A Τῇ δὲ ε' ἑβδομάσι τῶν ἁγίων Νηστειῶν δίδοται παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἀῤῥαβῶν γαμικοῦ συναλλάγματος Ἑλένῃ τῇ θυγατρὶ Ῥωμανοῦ, καὶ τῇ τρίτῃ τῇ λεγομένῃ τῆς Γαλιλαίας (58) στεφανοῦται μετ' αὐτῆς παρὰ Νικολάου τοῦ πατριάρχου ὁ βασιλεὺς, τὸν Ῥωμανὸν βασιλεοπάτορα προβαλόμενος, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ἑταιρειάρχην Χριστοφόρον τὸν τούτου υἱόν. Καὶ μετὰ μικρὸν Λέων ὁ Φωκᾶς ἀναπεισθεὶς ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ συγγενῶν καὶ ταγμάτων πρὸς ἀποστασίαν ἀπεῖδε, καὶ ἀποστείλας προσελάβετο μετ' αὐτοῦ τὸν παρακοιμώμενον, Κωνσταντῖνον καὶ Ἀναστάσιον τοὺς Γογγυλίους καὶ αὐταδέλφους, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν τῆς Μαλελίας, πληροφορῶν ἅπαντας ὑπερ τοῦ βασιλέως τὰ ὅπλα Κωνσταντίνου αἴρειν. Ῥωμανὸς δὲ (59) χρυσόβουλλον (60) ἐκθέμενος ἀνατροπὴν ἔχοντα τῆς τοῦ Φωκᾶ προφάσεως, B καὶ τῇ χειρὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῇ σφραγῖδι ταῦτ' ἐμπεδώσας μετά τινος γυναικὸς ἑταιρίδος, ἣν διὰ τὴν τοιαύτην ὑπηρεσίαν καὶ Βασιλικὴν ὕστερον προσηγόρευσαν, ἐν τῷ τοῦ Λέοντος στρατοπέδῳ ἐξέπεμψε, καὶ ἕτερα δὲ μετά τινος κληρικοῦ Μιχαὴλ ὑποσχέσεσι τιμῶν καὶ δωρεῶν διαφθείροντα τοὺς τῶν ταγμάτων ἐξάρχους καὶ τὸν λαόν. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ Μιχαὴλ φωραθεὶς ὑπὸ τοῦ Φωκᾶ καὶ τυφθεὶς ἀνηλεῶς ἀπετμήθη τὰ ὦτα· ἔλαθε δ' ἡ γυνὴ ἐν τῷ στρατῷ διασπείρασα ἃ ἐπήγετο. Πρῶτον οὖν ὁ τοῦ Βαρέος Μιχαὴλ υἱὸς Κωσταντῖνος, τοῦ τάγματος ἄρχων τῶν Ἱκανάτων, καταλιπὼν τὸν Λέοντα τῷ Ῥωμανῷ προσεχώρησεν· ᾧτινι καὶ ὁ Βαλάντιος καὶ ὁ λεγόμενος Ἄτζμωρος, τουρμάρχαι (61) καὶ ἄμφω ὄντες, ἐπηκολούθησαν. Λέων δὲ ὅμως ὁ Φωκᾶς C τὴν Χρυσόπολιν καταλαβὼν, καὶ τὸν λαὸν παρατάξας κατὰ τὴν ἀντιπέραν ἐν τῷ κίονι ἱσταμένην λιθίνην δάμαλιν, ἐξεφόβει τοὺς ἐν τῇ πόλει. Ῥωμανὸς δὲ μετὰ δρόμωνος τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου Συμεὼν ἐκπέμψας πρὸς τὸν τοῦ ἀποστάτου λαὸν καὶ χρυσόβουλλον ἐνσεσημασμένον παρὰ τοῦ βασιλέως ἐνεχείρισεν αὐτῷ, καὶ παρηγγύησε πάντα τρόπον σπουδάσαι τῷ λαῷ τοῦτο ὑπαναγνῶναι. Ὁ δὲ τοῦ χρυσοβούλλου νοῦς εἶχεν οὕτως· « Ἡ βασιλεία μου φύλακα αὐτῆς ἐγρηγορώτατον καὶ πιστότατον οὐδένα τῶν ὑπὸ χεῖρα ἢ Ῥωμανὸν εὑροῦσα, [618] τούτῳ μετὰ θεὸν τὴν ἑαυτῆς φυλακὴν κατεπίστευσε, καὶ ἀντὶ πατρὸς αὐτὸν κρίνει, σπλάγχνα πατρικὰ πρὸς αὐτὴν ἐνδεικνύμενον. Λέοντα δὲ τὸν Φωκᾶν ἀεὶ ταύτῃ προσπολεμοῦντα καὶ ἐπιβουλεύοντα, καὶ νῦν τὴν κρυ-

Quinta sacri Jejunii septimana imperator Helenam Romani filiam arrha data sibi conjugio copulat, ac tertia Galilææ cum ea coronatur a Nicolao patriarcha; et Romanum imperatori patrem designat, priorem dignitatem in filium ejus Christophorum transferens. Paulo post Leo Phocas suorum propinquorum suasu et exercituum hortatu res novas molitur; accitoque Constantino cubiculario, Constantino et Anastasio Gongyliis fratribus et Constantino Maleliano, persuadere nititur omnibus se pro imperatore Constantino arma ferre. Romanus vero diploma, quo Leonis institutum refutabatur, scriptum, manuque et sigillo imperatoris **294** munitum, meretricis cujusdam operæ, quam ab hoc ministerio imperatoriam postea nominarunt, in castra Leonis mittit, aliasque litteras per Michaelum quemdam clericum : iis animos ducum ac militum promissionibus munerum et honorum ad defectionem sollicitabat. Sed Michaelo huic a Phoca deprehenso et atrociter verberato aures sunt amputatæ : meretrix per castra dispersit quæ jussa erat. Primum ergo Constantinus legionis Hicanatorum dux, Michaeli Gravis filius, a Leone ad Romanum transit, deinde Balantius et Atzmorus turmarchæ eum subsequuntur. Leo tamen ad Chrysopolin accessit : exercituque ad bucalam saxeam, quæ in columna stat e regione urbis, constituto oppidanos terruit. At Romanus Simeonem canicleo præfectum celoce mittit ad Leonis exercitus, cum litteris manu imperatoris obsignatis, quas quacunque posset ratione omnino iis auscultantibus recitaret. Diplomatis hæc erat sententia : « Cum nullum alium mei imperii vigilantiorem atque fideliorem custodem inter omnes meos ministros invenirem Romano, huic secundum Deum ejus tutelam commisi, ipsumque patris loco habeo, qui paternam animi erga me affectionem re ostendit. Leonem autem Phocam, qui nunquam non insidiatus est et adversatus nostro imperio, nunc malitiam suam diu occultatam detegit, neque domesticum esse volo neque **295** pro subdito habeo, sed desertorem ac tyrannum pronuntio; qui injussu meo hanc rebellionem molitus est, ut in se imperium transferret. Id cum intelligatis, subditi mei, quod æquum est statuite; et tyrannide odiosa repudiata, ad dominum a majoribus suis imperium hæreditario consecutum revertimini. » Cum ad

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(58) Εὐαγγελισμόν vocari festum diem quo memoria recoli solet lætus de Christo incarnando nuntius a Gabrielo D. Mariæ Virgini oblatus, apparet. Quid autem hoc Galilææ sit, nescio, ac videtur mendosum : pro eo Zonaras Pascha habet. Xyl. — Ipsius Paschalis hebdomadis feria tertia. Leo Grammaticus : Τῇ τρίτῃ τοῦ Πάσχα τῇ λεγομένῃ τῆς Γαλιλαίας. Pari modo Κυριακὴν τοῦ Θωμᾶ, τοῦ ἀσώτου, τῆς Σαμαρείτιδος, etc., vocant Dominicam qua Thomæ, Prodigi, Samaritanæ, etc.. evangelicas lectiones percurrunt. Goar.

(59) Quod Romanus Leoni opprimendo adeo studuit, cum quo paulo ante fœdus fecisse dicitur, id nimirum novæ necessitates pristinis prælatæ efficiunt. *Da liebers kam, war leiders aus.* Nam op- D presso Leone, sub se habuit et generum et imperium Xyl.

(60) Χρυσόβουλλον, *diploma regium regiæ litteræ, sacræ*, puniceo colore scriptæ, quibus cum aureo sigillo, βούλλᾳ, Cæsareæ imaginis fieret impressio Διὰ σφραγῖδος χρυσῆς ἀσφαλίσασθαι dixit auctor supra p. 178 et 615 A. Goar.

(61) Qui τουρμάρχης, is et μεράρχης, ταγματάρχης, et, ut scribit Leo Constitut. 3, ποτὲ καὶ στρατηλάτης· ac ut Constantinus Themat. 1 : Οἱ δὲ λεγόμενοι τουρμάρχαι εἰς ὑπουργίαν τῶν στρατηγῶν ἐτάχθησαν. Σημαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ἀξίωμα τὸν ἔχοντα ὑφ' ἑαυτὸν στρατιώτας τοξφόρους πεντακοσίους καὶ πελταστὰς τριακοσίους καὶ δεξιολάβους ἑκατόν. Goar.

castra pervenisset Simeon, et diploma exercitui missum recitatum ejusque cognita esset sententia, cœperunt omnes a Leone ad Romanum imperatoris patrem desciscere. Leo principio frustra conatus diplomatis lectionem impedire, mox paulatim se a suis deseri videns, desperatis rebus, fuga salutem quæsivit. Et comitatus paucis quibusdam suorum fidissimis ad castellum pervenit cui nomen Ateus. Inde repulsus castellum obtinuit cui nomen Goeleontos, quasi ejulationem Leonis, malo nimirum omine. Ibi a Michaelo Gravi et multis aliis agmine facto capitur. Mittuntur ergo qui eum Cpolin abducant, Joannes Tubaces et Leo Pastelas; iique ei oculos eruunt, sive occulto, ut quidam dicunt, Romani jussu, sive, quod Romanus asseverabat, qui et inique hoc ut nolente se factum ferre videbatur, sua sponte. Hic finis fuit rebellionis Phocæ Leonis.

πτομένην αὐτοῦ πονηριαν φανερώσαντα, οὔτε δομέστικον εἶναι βουλεται, οὔθ' ἕνα κρίνει τῶν ὑπηκόων, ἀλλ' ἀποστάτην καὶ τύραννον, καὶ χωρὶς ἐμῆς βουλῆς τὴν τοιαύτην ἀνταρσίαν συστήσαντα, ἵν' εἰς ἑαυτὸν τὸ τῆς βασιλείας ἐπισπάσηται κράτος. Τοῦτο οὖν εἰδὼς, ὁ ἐμὸς λαὸς, τὸ δέον συνιέναι θέλησον, καὶ τὸν προγονικὸν ἐπιγνοὺς δεσπότην τῆς πικρᾶς τυραννίδος ἀπόστηθι. » Τοῦ δὲ Συμεὼν γενομένου κατὰ τὴν παρεμβολὴν καὶ τὸ χρυσοβούλλιον φανερῶς ἐκπέμψαντος τῷ λαῷ, ὡς τοῦτο ἀνέγνωσαν καὶ τὸν αὐτοῦ νοῦν κατενόησαν, ἤρξαντο πάντες ἀναχωρεῖν καὶ τῷ βασιλεοπάτορι προσρύεσθαι Ῥωμανῷ. Ὁ δὲ Φωκᾶς πρῶτον μὲν πειραθεὶς τὴν ἀνάγνωσιν κωλῦσαι τοῦ χρυσοβουλλίου καὶ μὴ δυνηθεὶς, εἶτα καὶ ὑποῤῥέουσαν κατὰ μικρὸν τὴν αὐτοῦ βλέπων δύναμιν, τοῖς ὅλοις ἀπειρηκὼς φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύετο, καὶ μετά τινων ὀλίγων τῶν πιστοτάτων τὸ φρούριον κατέλαβεν Ἀτεούς. Ἀποκρουσθεὶς δ' ἐκεῖθεν ἔν τινι χωρίῳ κατήντησεν ὃ κατωνομάζετο Γοηλήοντος, ὃ καὶ φανερῶς ἐδήλου ὠὴ Λέοντι· κἀκεῖσε παρὰ Μιχαὴλ τοῦ Βαρέος καί τινων ἄλλων πλείστων ἐπ' αὐτὸν συστάντων συλλαμβάνεται. Στέλλεται τοίνυν Ἰωάννης ὁ Τουβάκης καὶ Λέων ὁ Παστηλᾶς εἰσαγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν βασιλεύουσαν. Οἱ δὲ τοῦτον κρατήσαντες ἀπετύφλωσαν, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν ἐντολὴν λαθραίαν λαβόντες ἐκ Ῥωμανοῦ, ὡς δ' οἱ περὶ τὸν Ῥωμανὸν διενίσταντο, αὐθαιρέτῳ γνώμῃ και προαιρέσει· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐδόκει ἀγανακτεῖν ὁ Ῥωμανὸς ὡς παρὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν γεγονότος τοῦ ἔργου. Ἡ μὲν οὖν τοῦ Λέοντος ἀποστασία τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος.

297 Aliæ porro insidiæ Romano sunt structæ a Constantino quodam Ctemateno, Davido Cumiliano, et Michaelo curatore manganorum. Ii adolescentibus quibusdam armatis negotium dederunt Romani, cum is venatum exiret, interficiundi. Quibus cognitis et comprehensis, auctoribus insidiarum oculi sunt effossi, et ludibrii causa per medium forum circumducti, interque eos Leo Phocas mulæ insidens.

ή Συνέστη δὲ καὶ ἑτέρα ἐπιβουλὴ κατὰ Ῥωμανοῦ, παρά τινος Κωσταντίνου Κτηματηνοῦ, Δαβὶδ τοῦ Κουμουλιανοῦ καὶ Μιχαὴλ κουράτωρος τῶν μαγγάνων (62)· οὗτοι γὰρ νεανίας τινὰς καθοπλίσαντες κατὰ τὸ κυνήγιον ἐξελθόντα (63) τὸν Ῥωμανὸν ἐπετρέψαντο διαχειρίσασθαι. Ὧν γνωσθέντων, καὶ συλληφθέντες οἱ τῆς ἐπιβουλῆς πρωτουργοὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπηρώθησαν καὶ διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς περιήχθησαν. Συνῆν δὲ ταύτῃ τῇ ἀτίμῳ περιαγωγῇ καὶ Λέων ὁ Φωκᾶς, ἡμιόνῳ ἐφεζόμενος.

Accusata est etiam Zoe imperatrix quasi necem Romano esset machinata, et palatio submota ac rasa in monasterium S. Euphemiæ detrusa. Ejectus etiam est urbe Theophylactus patricius, ac Theodorus imperatoris pædagogus, ejusque germanus Simeon, quod in Romanum aliquid moliti essent, jussique in Opsicio degere. Ad hos deportandos operam contulit Joannes Curcuas drungarius vigiliæ, qui eos subito arreptos navibus in oppositam continentem trajecit.

Κατηγορήθη δὲ καὶ Ζωὴ ἡ βασιλὶς τῇ ζωῇ ἐπιβουλεύουσα τοῦ Ῥωμανοῦ, καὶ τοῦ παλατίου κατάγεται, κἀν τῇ τῆς Ἁγίας Εὐφημίας μονῇ ἀποκείρεται. Ἐξεβλήθη δὲ τῆς πόλεως καὶ Θεοφύλακτος πατρίκιος, καὶ Θεόδωρος ὁ παιδαγωγὸς τοῦ βασιλέως, καὶ ὁ τούτου ὁμαίμων Συμεὼν, [P. 619] καὶ ἐν τῷ ὀψικίῳ διάγειν ἐτάχθησαν, ὡς τάχα κατὰ Ῥωμανοῦ μελετῶντες. Ὑπούργησε δὲ πρὸς τὸν ἐξοστρακισμὸν τῶν τοιούτων ὁ δρουγγάριος τῆς βίγλας Ἰωάννης ὁ Κουρκούας, αἰφνίδιον συναρπάσας αὐτοὺς καὶ πλοίοις εἰς τὴν περαίαν διαβιβάσας.

Septembris mensis die 24 Romano Cæsaris dignitas delata est, et mense Decembri imperatorio est redimitus diademate, a patriarcha Nicolao, permissu imperatoris. Coronatus autem die sacrorum luminum uxorem quoque suam Theodoram coronat, et mense Maio, die Pentecostæ **297** sacro, filium etiam suum Christiferum, Constantino palam quidem

Τῇ δὲ κδ' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἀνάγεται Ῥωμανὸς εἰς τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν, καὶ Δεκεμβρίῳ μηνὶ τῷ τῆς βασιλείας διαδήματι στέφεται, ἐπιτροπῇ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ πατριάρχου Νικολάου αὐτὸν ἀναδήσαντος· Ῥωμανὸς δὲ ταινιωθεὶς τῷ βασιλικῷ διαδήματι στέφει κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῶν ἁγίων Φώτων (64) καὶ τὴν ἑαυτοῦ σύζυγον Θεο-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(62) *Curatore manganorum*, id est, balistarum et aliorum id genus tormentorum, ut alibi. Xyl. — Ut palatii et illius ærarii curam gereret, sicut regiæ præcipuæ curopalates. Circa *machinas* et *balistas* nugatur hic scholiastes. Goar.

(63) Fortassis, cum apud Cynegium (loci nomen, forte ubi in urbe venationes edebantur) prodiret. Xyl.

(64) Puto esse quem alias Purificationis Mariæ vocant, *Lichtmess*. Xyl. — Cæcutit Xylander in lumine, et quo purget oculos collyrio opus est illi,

δώρεν Μαΐῳ δὲ μηνὶ κατὰ τὴν τῆς ἁγίας Πεντηκο- A στῆς ἡμέραν στέφει καὶ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Χριστοφόρον διὰ Κωνσταντίνου τάχα, κατὰ μὲν τὸ φαινόμενον ἐθέλοντος καὶ καταδεχομένου διὰ τὴν βίαν, ἐν δὲ τῷ ἀφανεῖ ἀλύοντος καὶ τὴν συμφορὰν ἀποκλαιομένου εἰς ἑαυτόν. Καὶ μόνοι οἱ δύο (65) κατὰ τὴν τοιαύτην προῆλθον προέλευσιν. Ἰουλίῳ δὲ μηνὶ, η' ἰνδικτιῶνος, ἡ τῆς Ἐκκλησίας γέγονεν ἕνωσις, ἑνωθέντων τῶν διαφερομένων μητροπολιτῶν τε καὶ κληρικῶν τῶν ἀπὸ Νικολάου πατριάρχου καὶ Εὐθυμίου διεσχισμένων. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἐξορίζει τὸν μάγιστρον Στέφανον εἰς τὴν Ἀντιγόνου νῆσον ὡς τῆς βασιλείας τάχα ὀριγνώμενον, καὶ μοναχὸν ἀποκείρει, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ Θεοφάνην τὸν Τειχιώτην, καὶ Παῦλον τὸν ὀρφανοτρόφον, τοὺς οἰκειοτάτους αὐτῷ. Προκένσου δὲ γενομένου ἐν τῷ τριβουναλίῳ, αἰφνίδιον B οἱ βασιλεῖς εἰς τὸ παλάτιον ὑποστρέφουσιν ἐπιβουλῆς μηνυθείσης αὐτοῖς· κατασχεθέντες δὲ οἱ ἔξαρχοι, ὅ τε πατρίκιος Ἀρσένιος καὶ ὁ μαγκλαβίτης Παῦλος, τυφλωθέντες καὶ δημευθέντες ἐξωρίσθησαν. Ἠγάγετο δὲ τούτῳ τῷ ἔτει καὶ γαμβρὸν ἐπὶ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ Ἀγάθῃ Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς Λέοντα τὸν τοῦ Ἀργυροῦ, ἄνδρα γενναῖον καὶ κάλλει σώματος καὶ ἰδέᾳ ὑπερφέροντα, συνέσει τε καὶ φρονήσει κοσμούμενον.

concedente et probante, quia nihil contra vim poterat, occulte autem ægre ferente et suam deplorante secum calamitatem. Ac soli duo isti ea in pompa processerunt. Julio mense, indictione octava, ad concordiam redierunt metropolitæ et clerici, Nicolai et Euthymii patriarcharum causa hactenus disjuncti. Cæterum Romanus imperator Stephanum magistrum in Antigoni insulam relegat, imperii affectati suspectum, et monachum facit, et cum eo Theophanem Teichiotam et Paulum Orphanotrophum, ejus intimos. Cum procensus fieret in tribunalio, insidiis delatis imperatores subito in palatium abiverunt. Earum capti auctores Arsenius patricius et Paulus manglabita: oculi iis effossi et relegati sunt, bona eorum publicata. Eodem anno Romanus filiam suam Agatham in matrimonium collocat Leoni Argyri filio, viro generoso ac corporis pulchritudine et prudentia præstanti.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ τὰ κατὰ τὸν Ῥεντάκιον. Οὗτος ἐξ Ἑλλάδος ὡρμημένος τὸν ἑαυτοῦ γεννήτορα ἐπεχείρησεν ἀνελεῖν. Δεδιὼς δ' ἐκεῖνος τὴν τοῦ υἱοῦ ἀταξίαν, πλοίου ἐπιβὰς ἔπλει πρὸς τὸ Βυζάντιον ὡς τάχα τοῦ βασιλέως δεησόμενος ἀνακοπὴν γενέσθαι τῆς τοῦ υἱοῦ ἀπαιδευσίας. Ἀνιὼν δὲ κατεσχέθη παρὰ τῶν Σαρακηνῶν τῶν ἐν τῇ Κρήτῃ. Ὁ δὲ τούτου υἱὸς ὑποχείριον ἔχων τὸν πατρῷον πλοῦτον, ἀνελθὼν μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν μεγαλόπολιν, τῷ θείῳ τεμένει τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας προσέδραμε. κἀν τούτῳ προσκαθήμενος τὴν πατρικὴν κατεσπάθα C οὐσίαν. Οὐκ ἔλαθε τοῦτο τὸν Ῥωμανὸν, ἀλλὰ γνοὺς ἐβουλεύσατο ἐξαγαγεῖν τοῦτον τῆς ἐκκλησίας καὶ παιδεῦσαι· Ὁ δὲ πληροφορίαν σχὼν, βασιλικὰ πλασάμενος γράμματα ὡς δῆθεν ἐκπεμφθέντα πρὸς τὸν Συμεὼν, αὐτομολήσειν ἐβουλεύσατο πρὸς τοὺς Βουλγάρους. Καὶ ἐλεγχθεὶς τῆς τε οὐσίας καὶ τῶν ὀφθαλμῶν στερεῖται.

Sub idem tempus Rentacius natione Græcus, suum patrem interficere cum conaretur, pater filii intemperiem metuens conscenso navigio Byzantium versus navigavit, ab imperatore petiturus ut filii libidinem **298** compesceret; estque a Cretensibus Saracenis captus. Filius paternarum opum compos factus cum iis se Cpolin contulit ad Sophiæ templum: ibique desidens paterna bona prodegit. Romanus re comperta templo eum educere et castigare intendit. Quod Rentacius cum subodoraretur, litteris ab imperatore ad Simeonem confictis ad Bulgaros transfugere instituit, convictusque criminis oculis est et bonis spoliatus.

[P. 620] Ἀδραλέστου δὲ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν ἀποθανόντος, προεβλήθη Πόθος ὁ Ἀργυρός. Καὶ τῶν Βουλγάρων ἄχρι τῶν Κατασυρτῶν ἐξελασάντων ἔξεισι καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ταγμάτων, καὶ κατασκηνοῖ κατὰ τὴν λεγομένην Θερμόπολιν. Ἐκεῖθεν δὲ Μιχαὴλ ταγματάρχην τὸν τοῦ πατρικίου Μωρολέοντος υἱὸν ἐπὶ κατασκοπὴν τῶν Βουλγάρων ἐκπέμπει. Ὁ δὲ ἀπροόπτως ταῖς βαρβαρικαῖς ἐμπεσὼν ἐνέδραις, ἐπείπερ ἄφυκτα ἦν, τρέπεται πρὸς ἀλκὴν, καὶ πολλοὺς τῶν Βουλγάρων ἀνελὼν καὶ τρεψάμενος, καιρίαν δὲ τυπεὶς καὶ αὐτὸς, ἐπανῆκεν D εἰς τὴν βασιλίδα καὶ μετὰ μικρὸν ἐνελεύτησε. Τότε δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ ἐπιβουλὴ μηνύεται κατ' αὐτοῦ, προστάτην ἔχουσα τὸν σακελλάριον (66) Ἀνα-

Mortuo Adralesto scholarum domestico Pothus Argyrus sufficitur. Is, Bulgaris grassando usque ad Catasyrta progressis, copias contra eos educit; castrisque ad Thermopolin positis Michaelum cohortis præfectum, patricii Moroleonis filium, speculatum emittit. Qui, improviso in barbaricas delapsus insidias, cum fugæ locus non esset, vim parat; multisque Bulgaris dejectis ac pulsis, accepto lethali vulnere, Cpolin redit pauloque post moritur. Tunc et Romano detectæ sunt insidiæ quas ipsi sacellarius Anastasius struxerat, nimirum pro Constantino propugnans. Harum auctores ac conscios suo quemque arbitratu Romanus puniit, Anastasio monacho facto. Constantinumque exinde

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

ubi Purificationis diem interpretatur, qui, ceu notissimus, Theophaniorum esse dignoscitur. Goar.

(65) Obscurus locus. Forte Constantino domi relicto et spreto Romanus cum filio, utpote imperatores, sacram pompam duxerunt. De procensu alibi. Tribunalium locus tribunalis videtur. Xyl.

(66) Quem thesauri præfectum et custodem sub logothetæ dispositione positum existimo. Pancirollus in Notit. Imper. Or, c. 47. Lexicon anonymum bibliothecæ Regiæ: Σακέλλιον βαλάντιον. Goar.

detrusum secundo loco, se priore imperatorem dici jussit, prætendens hanc unam **299** esse insidiarum avertendarum rationem. Ita ob res fluxas et imperium caducum Romanus perjurii se obligavit et a Deo abalienavit. Hic erat rerum urbanarum status.

A στάσιον, ὑπὲρ τοῦ βασιλέως δῆθεν ἀγωνιζόμενον· καὶ τῶν αἰτίων συσχεθέντων ἕκαστος κατὰ τὸ δόξαν ἐτιμωρήθη τῷ βασιλεῖ Ῥωμανῷ τοῦ Ἀναστασίου ἀποκαρέντος μοναχοῦ. Ἐξ ἧς αἰτίας καὶ ὁ Κωνσταντῖνος ὑποβιβάζεται, καὶ δεύτερος ἀνηγορεύετο βασιλεὺς, πρῶτος δὲ ὁ Ῥωμανὸς, προφασισάμενος οὕτως μόνως δυνατὸν εἶναι κατευνασθῆναι τὰς ἐπιβουλὰς, διά τε πράγματα πρόσκαιρα καὶ βασιλείαν φθαρτὴν καὶ ἐπίκηρον ἐπιορκίᾳ περιπεσὼν καὶ τοῦ Θεοῦ γενόμενος μήκοθεν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν πόλιν ἐφέρετο τῇδε.

At Simeon iterum magnum contra Romanos emittit exercitum, duce Chagano, uno suorum procerum, et Minico equisonum principe; mandatque ut recta ad urbem contendant. Romanus, de eorum adventu certior factus, metuensque ne ii pulcherrima urbi propinquorum locorum palatia et ædificia incendio vastarent, Joannem rectorem cum Leone et Potho Argyris obviam ire jubet, exercitum ducentes validum ex imperatoriis sodalitatibus et cohortibus aliis contractum. Adfuit iis etiam Alexius patricius et drungarius rei navalis, et Moseles cum suis. Quinta Jejuniorum septimana, exercitu in planitie Pegarum instructo substiterunt. Ibi Bulgaris se subito prodentibus et obscura cum vociferatione ac magno impetu irruentibus rector Joannes fugam facit; ac patricius Photinus Latipedis filius pro eo pugnans aliique haud pauci obtruncantur. Rector ægre servatus in celocem evasit. Idem facere volens Alexius drungarius, cum ascendere nequiret, de scalis celocis in mare decidit **300** cum suo protomandatore, et suffocatus est. Leo et Pothus Argyri in castellum fuga se receperunt. Reliqua multitudo partim hostium manus dum effugere volunt, in mari pereunt, alii ferro necantur, quidam capiuntur. Bulgari, nemine prohibente, Pegense palatium totumque Stenum incendio vastant.

Ὁ δὲ Συμεὼν πάλιν δύναμιν βαρεῖαν ἐκπέμπει κατὰ Ῥωμαίων, ἔξαρχον ἔχουσαν Χαγάνον, ἕνα τῶν παρ' αὐτῷ μέγα δυναμένων, καὶ Μινικὸν τῶν ἱπποκόμων τὸν πρῶτον, οἷς ἐπέσκηψεν κατ' αὐτῆς ὡς τάχιστα τῆς πόλεως ἐκστρατεῦσαι. Ὧν τὴν ἔφοδον ἀναμαθὼν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς, καὶ λογισάμενος μή B πως ἐπελθόντες τὰ κάλλιστα τῶν πλησιαζόντων τῇ πόλει παλατίων καὶ οἰκημάτων πυρπολήσωσι τὸν ῥαίκτωρα Ἰωάννην ἅμα Λέοντι καὶ Πόθῳ τοῖς Ἀργυροῖς ἐκπέμπει μετὰ πλήθους ἱκανοῦ ἔκ τε τῆς βασιλικῆς ἑταιρείας καὶ τῶν ταγματικῶν (67), οἷς συνῆν καὶ ὁ πατρίκιος Ἀλέξιος καὶ δρουγγάριος τῶν πλωΐμων ὁ Μωσηλὲ μετὰ τῶν ὑπ' αὐτόν. Κατὰ δὲ τὴν ε' ἑβδομάδα τῶν Νηστειῶν διατάξαντες τὸν λαὸν ἐν τοῖς πεδινοῖς τῶν Πηγῶν τόποις προσέμενον. Ἐκεῖθεν δὲ τῶν Βουλγάρων ἀναφανέντων καὶ βοῇ χρησαμένων ἀσήμῳ καὶ σφοδρῶς ἐπελασάντων κατ' αὐτῶν, φεύγει μὲν ὁ ῥαίκτωρ Ἰωάννης, σφάττεται δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγωνιζόμενος Φωτεινὸς πατρίκιος ὁ τοῦ Πλατύποδος υἱὸς καὶ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι. Μόλις οὖν ὁ ῥαίκτωρ διασωθεὶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν δρόμωνα. C Τοῦτο καὶ Ἀλέξιος ὁ δρουγγάριος ποιῆσαι βουληθεὶς, καὶ μὴ δυνηθεὶς ἀνελθεῖν, ἐν τῇ τοῦ δρόμωνος ὑποβάθρᾳ πεσὼν ἐν τῇ θαλάσσῃ σὺν τῷ αὐτοῦ πρωτομανδάτωρι ἀπεπνίγη. Λέων δὲ καὶ Πόθος οἱ Ἀργυροὶ ἐν τῷ καστελλίῳ διαφυγόντες ἐσώθησαν. Τοῦ δὲ λοιποῦ πλήθους οἱ μὲν τὰς τῶν πολεμίων χεῖρας φεύγοντες ἀπεπνίγησαν, οἱ δὲ σιδήρου γεγόνασι παρανάλωμα, οἱ δὲ χερσὶ βαρβαρικαῖς συνελήφθησαν. [P. 621] Οἱ δὲ Βούλγαροι κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν τά τε τῶν Πηγῶν ἐνέπρησαν παλάτια καὶ ἅπαν τὸ Στενὸν ἐπυρπόλησαν.

Vicesima Februarii die, indictione decima, uxor Romani Theodora moritur et in Myrelæo sepelitur. Augustæ nomen deinde gessit uxor Christiferi Sophia. Tunc etiam ex Iberia venit Iber curopalates, splendideque ornatus per medium forum transiit, ac magna cum gloria et honore exceptus est. Eum imperator in ædem Sophiæ misit, ut ejus molem ac pulchritudinem videret. Quam is contemplatus magna cum admiratione, fatusque hanc ædem vere esse Dei receptaculum, domum rediit. Rursum deinde Bulgari impressione facta usque ad palatium Theodoræ Augustæ pervenerunt, idque nemine defendente cremaverunt. Romanus convivio sumptuose instructo ad id duces militarium ordinum vocavit, interque hos Sacticium cohortis excubitorum præfectum. Procedente **301** convivio illatus est de Bulgaris sermo; et imperatore multa ad ca-

Εἰκοστῇ δὲ Φεβρουαρίου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος ι', θνήσκει Θεοδώρα ἡ σύμβιος Ῥωμανοῦ, καὶ θάπτεται ἐν τῷ Μυρελαίῳ· ἀνηγορεύθη δὲ Αὐγοῦστα ἡ τοῦ βασιλέως Χριστοφόρου γυνὴ ἡ Σοφία. Παρεγένετο δὲ καὶ ἐξ Ἰβηρίας ὁ κουροπαλάτης ὁ Ἴβηρ, D καὶ διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς διελθὼν κεκοσμημένος λαμπρῶς μετὰ δόξης πολλῆς καὶ τιμῆς ὑπεδέχθη· ὃν καὶ ἐν τῇ Ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Σοφίᾳ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς, τὸ κάλλος αὐτῆς θεάσασθαι καὶ τὸ μέγεθος. Ἀπελθὼν οὖν καὶ τοῦ ναοῦ τὴν καλλονὴν καταπλαγεὶς καὶ τὸν πολυτελῆ κόσμον ὑπερθαυμάσας, καὶ ἀληθῶς Θεοῦ καταγώγιον τὸν ἱερὸν τουτονὶ χῶρον εἰπὼν, ὑπέστρεψεν εἰς τὰ ἴδια. Τῶν δὲ Βουλγάρων πάλιν εἰσβολὴν ποιησαμένων κατὰ τῆς Ῥωμαίων χώρας, καὶ τοῖς παλατίοις τῆς βασιλίδος ἐγγισάντων Θεοδώρας ὡς οὐδὲν ἦν τὸ προσιστάμενον, πυρὶ ταῦτα παρέδοσαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἄριστον ποιησάμενος πο-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(67) *Ex confœderatorum et subditorum ordinibus.* GOAR.

λυτελὲς τοὺς τῶν ταγμάτων ἄρχοντας συνεκάλεσε. συνῆν δὲ τούτοις καὶ ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Σακτίκιος, τοῦ τάγματος ἄρχων τῶν ἐξκουβίτων. Ἐπίδοσιν δὲ λαμβανούσης τῆς εὐωχίας λόγος ἐκινήθη περὶ τῶν Βουλγάρων. Καὶ τοῦ βασιλέως ἐπαγωγὰ πολλὰ εἰρηκότος, πρὸς ὁρμὴν ἐπανιστῶντα ἐνθουσιώδη καὶ παρακαλοῦντα εὐψύχως ἐξελθεῖν κατὰ τῶν ἐναντίων καὶ τῆς σφῶν ὑπεραγωνίσασθαι πατρίδος, πάντες συνέθεντο ἑτοίμως ἐξελθεῖν καὶ τῶν Χριστιανῶν ὑπεραγωνίσασθαι. Ἕωθεν οὖν καθοπλισθεὶς ὁ Σακτίκιος, ὄπισθεν τῶν Βουλγάρων γενόμενος καὶ εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτῶν εἰσελθὼν, τῶν πλειόνων ἐπὶ διαρπαγὴν σκύλων σκεδασθέντων κατὰ τὴν χώραν, πάντας τοὺς ἐν τῇ παρεμβολῇ εὑρεθέντας κατέσφαξε. Μαθὸν οὖν τὸ πλῆθος τῶν Βουλγάρων ὑπὸ τῶν διαδράντων τὸ γεγονὸς ὑποστρέφουσιν ἐν τῷ στρατοπέδῳ. Καὶ συμπλοκῆς γενομένης, ἀκμῆτες οἱ Βούλγαροι πρὸς κεκμηκότας μαχόμενοι καὶ ἀκραιφνεῖς πρὸς ἤδη τῷ προηγησαμένῳ πολέμῳ κεκακωμένους ἄνδρας τρέπουσι τὸν Σακτίκιον σὺν ὀλίγοις τὴν προσβολὴν τῶν ἐναντίων δεξάμενον. Γενναίως οὖν ἀγωνισάμενος καὶ πολλοὺς ἀνελὼν τῶν πολεμίων, ἐπειδὴ κατισχύετο, μεθίησι τοῦ ἵππου τὸν χαλινὸν, καὶ νῶτα δοὺς ἔφυγεν. Ἔν τινι δὲ ποταμῷ γενόμενος καὶ τοῦτον διαπερῶν, καὶ τῇ ἰλύϊ τοῦ ἵππου ἐμπαγέντος, καταλαμβάνεται παρὰ τῶν Βουλγάρων καὶ δέχεται πληγὴν καιρίαν κατὰ τῆς ἕδρας καὶ τοῦ μηροῦ. Καὶ τοῦ ἵππου δὲ ἀνασπασθέντος ἐκ τῆς ἰλύος σπουδῇ καὶ συνεργίᾳ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων, νῦν μὲν φεύγων, νῦν δ' ὑποστρέφων μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀνακόπτων Βουλγάρους, διασώζεται μέχρι τῶν Βλαχερνῶν, καὶ ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Σοροῦ (68) τεθεὶς τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐτελεύτησε, μέγα πένθος οὐ τῷ βασιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ στρατῷ καὶ παντὶ τῷ πλήθει Ῥωμαίων ἀπολιπών.

lefaciendos animos adque virtutem concitandos idonea locuto, cohortatoque eos ut fortiter in hostem irent ac pro sua propugnarent patria, universi alacrem suam operam in defendendis Christianis promiserunt. Postridie prima luce armatus Sacticius Bulgaros a tergo subsecutus est; ingressusque eorum castra, plerisque prædatum per agros vagantibus, omnes qui in castris erant occidit. Ex iis qui effugerant Bulgari re cognita in castra redeunt: commissaque pugna ipsi integri viribus defatigatos antegresso prœlio Romanos fundunt, Sacticio cum paucis aliis eorum impetum fortiter subsistentibus. Atque is cum aliquandiu præclare pugnasset multosque hostium dejecisset, cum premeretur, equo habenas laxat ac fugæ se dat. In cujusdam autem amnis transitu equus in cœno cum hæsisset, Bulgari eum assequuntur, vulnusque in anum et femur mortiferum accipit. Equo tamen e cœno evulso industria famulorum, atque iis modo fugientibus modo ad ingruentium Bulgarorum depulsionem se vertentibus, usque ad Blachernas evadit; positusque in **302** templo Sancti Sepulcri proxima nocte vitam cum morte commutat, magno luctu non imperatori modo, sed et universo exercitui ac populo Romano relicto.

[P. 622] Ἐγένετο δὲ καὶ ἑτέρα τις ἀποστασία κατὰ τοῦ βασιλέως ἐν Χαλδίᾳ (69), ὑποθήκῃ τοῦ στρατηγοῦντος αὐτῆς Βάρδα πατρικίου τοῦ Βοΐλα. Ἐξῆρχον δὲ τοῦ νεωτερισμοῦ Ἀδριανός τις Χαλδαῖος καὶ Τατζάτης ὁ Ἀρμένιος, πλούσιοι σφόδρα. Κατασχόντες οὖν οὗτοι φρούριον τὸ λεγόμενον Παΐπερτε κατὰ τοῦ βασιλέως ὡπλίζοντο. Ἀλλ' ὀξὺς ἐπιφανεὶς (ἔτυχε γὰρ ἐνδημῶν ἐν Καισαρείᾳ) ὁ τῶν σχολῶν ἐξηγούμενος Ἰωάννης ὁ Κουρκούας τὴν σύστασιν διεσκέδασε, τοὺς ἐμφανεστέρους τῶν κατασχεθέντων ἀποτυφλώσας καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν δημεύσας, τοὺς δὲ πενιχροὺς καὶ ἀσήμους ἀθώους κελεύσας ὅπῃ βούλονται ἀπιέναι. Μόνος δὲ ὁ Τατζάτης φρούριον ἐπί τινος ὑψηλοῦ λόφου κατεσκευασμένον κατεσχηκὼς, καὶ λόγον τοῦ μή τι κακὸν παθεῖν δεξάμενος ἀπὸ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν καὶ λαβὼν, εἰσῆλθεν ἐν τῇ βασιλίδι, καὶ τῇ τοῦ μαγκλαβίτου (70) ἀξίᾳ

Alia deinde ab imperatore facta defectio in Chaldia instinctu patricii Bardæ, cognomento Boilæ, qui ei præsidebat. Principes novarum rerum moliendarum fuerunt Adrianus quidam Chaldæus et Tatzates Armenius, homines prædivites. Ii occupato castello Paipertis contra imperatorem arma sumebant. Sed Joannes Curcuas, scholarum domesticus, qui tum forte Cæsareæ erat, celeriter supervenit et coitionem eam dissipavit. Deprehensorumque primariis oculos eruit, et bona eorum publicavit, obscuros ac pauperes impune quo liberet discedere jussit. Unus Tatzates, castello quodam occupato, quod in sublimi erat situm colle, fide impunitatis a domestico scholarum accepta, Cpolin venit, ibique manglabitæ honore præditus in domo manganorum custoditus est; cumque fugam moliretur, deprehenso oculi sunt effossi.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(68) Dubito de hoc loco. Σορός tumulum significat et sepulcrum. Forte fuit ædes in Blachernis, sepulcri in quo Christus depositus fuit similitudinem referens, quale Spiræ Nemetum suburbanum, et alia alibi visuntur, *zum heiligen Grab*, et fit mentio paulo post. Xyl. — Templum est illud, in cujus sacratiore loculo sanctissimæ Deiparæ vestis et zona in Blachernis asservabantur. Goar.

(69) Chaldia regio est, ut apparet, Syriæ, hoc quidem loco; nam in Nicephori Phocæ imperio diserte Calabriæ ascribitur. Ex Basilio Romani F. ubi Phocæ contra Durum res gestæ describuntur, Iberiæ vicinam fuisse Chaldiam videri potest. Xyl.

(70) Quod sit manglabitæ, vel ut supra scriptum est, manclabitæ officium, nescio. Talia videntur etiam mysticus et stypeiota et quem alias ῥαίκτωρα, paulo post ipse παραδυναστεύοντα videtur dicere, quasi vicarium imperatoris. Xyl. — Τῇ τοῦ μαγγλαβίτου ἀξίᾳ τιμηθείς. An non μαγγλάβια merebatur Xylander experiri, qui tam dure Cedrenum ἐμαγγλάβισεν? At nescivit, inquit. Is itaque cornicularius et clavicularius dicitur apud Pancirollum in Not. Imp. c. 11, et est unius cohortis principem stipantis præpositus, et ad ejus nutum, ceu sententiis reorum exsequendis præfectus, sontes quosque ab eo damnatos, eodem

Bardas Boilas, quod ei imperator bene volebat, nullam aliam pœnam dedit quam quod rasus et monachus est factus.

Interim Simeon Bulgarorum princeps Adrianopolim vallo fossaque cingit ei obsidet ac magno studio oppugnat. Præerat ei urbi Leo patricius, **302** quem ob præproperum in hostes impetum vocabant Moroleonem quasi stultum leonem. Is oppugnationem fortiter sustinebat, et modo Bulgaros irruentes de muro profligabat, modo portis apertis in eos acerrimum impetum dabat facileque pellebat. Sed oppidani cibo deficiente ac fame graviter premente, cum alimentorum aliunde parandorum spes nulla affulgeret, penuria moti, urbem, se ducemque Bulgaris tradiderunt. Simeon Leonem nactus, et recordatus quanta is mala Bulgaris intulisset, innumeris suppliciorum formis excruciatum tandem acerba morte necavit, Bulgaricoque in urbe relicto præsidio discessit. Hoc præsidium audito contra se venire Romanum exercitum urbe relicta fugit; atque sic Adrianopolis a Romanis est recepta.

Eo tempore Leo etiam Tripolita cum magna classe Romanos invasit. Quem in Lemno naves in statione habentem subito adortus Joannes Radenus patricius, rei navalis drungarius, facile vicit, Agarenis fere omnibus exstinctis, soloque Tripolita fuga elapso. Mense Septembri, indictione secunda, Simon, Bulgarorum princeps, cum omnibus copiis expeditiodem contra Cpolin suscipit; populatusque Macedoniam et in Thraciam incendiis grassatus, obviis quibusque vastatis, proxime Blachernas **304** castra ponit. Inde postulat ut ad se mittantur Nicolaus patriarcha aliique procerum, de componenda pace collocuturi. Datis mutuo obsidibus, ut ab insidiis omnia tuta essent, ac patriarcha juramentis fidente, quæsitum est qui senatores cum eo exire deberent. Delecti patricius Michaelus Stypeiota et Joannes mysticus ac tum gubernandarum rerum socius: nam Joannes rector apud imperatorem delatus criminis jam tum palatio discesserat, inque suo monasterio monachus factus erat. Cum legati ad Simeonem venissent ac de pace essent collocu-

A τιμηθεὶς ἐν τῷ οἴκῳ τῶν μαγγάνων ἐτηρεῖτο. Δρασμὸν δὲ βουλευσάμενος ἁλίσκεται καὶ τῶν ἀφθαλμῶν στερεῖται. Βάρδας δὲ ὁ Βοΐλας φιλίως πρὸς αὐτὸν διακειμένου τοῦ βασιλέως ἀπεκάρη μοναχὸς, μηδὲν ἄλλο πεπονθὼς ἀνιαρόν.

Συμεὼν δὲ ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων, τὴν 'Αδριανούπολιν καταλαβὼν καὶ ταύτην χάραξι καὶ τάφροις περιστοιχίσας, ἐπιμελῶς ἐπολιόρκει. 'Εστρατήγει δὲ τῆς πόλεως ὁ πατρίκιος Λέων, ὃν διὰ τὴν ὀξύῤῥοπον πρὸς τοὺς πολέμους ὁρμὴν Μωρολέοντα ἐκάλουν. Οὗτος εὐψύχως τὴν πολιορκίαν ἐδέξατο, καὶ γενναιοτάτως ποτὲ μὲν ἀπὸ τοῦ τείχους τοὺς προσιόντας τῶν Βουλγάρων ἠμύνετο, ποτὲ δὲ τὰς πυλίδας ἀναπεταννὺς ἐπετίθετο σὺν ῥύμῃ ἀνυποστάτῳ καὶ ῥᾳδίως ἐτρέπετο. 'Επεὶ δὲ ὁ σῖτος τοὺς ἐν τῇ πόλει ἐπιλελοίπει καὶ λιμὸς ἐπίεζε τοὺς ἔνδοθεν κραταιὸς, B μηδαμόθεν ἐλπίδα ἔχοντες ἐπισιτισμοῦ, τῇ ἐνδείᾳ πεισθέντες προδεδώκασι τὴν πόλιν καὶ ἑαυτοὺς καὶ τὸν στρατηγὸν τοῖς Βουλγάροις· ὃν χειρωσάμενος ὁ Συμεὼν, καὶ ὧν εἰς τοὺς Βουλγάρους ἐνεδείξατο μεμνημένος κακῶν, μυρίαις αἰκίαις τιμωρησάμενος τελευταῖον ἀπέκτεινε θανάτῳ πικρῷ. Βουλγάρους οὖν ἐπιστήσας φύλακας τῇ πόλει ὑπεχώρησεν· οἵτινες 'Ρωμαϊκὸν στρατόπεδον ἀκηκοότες ἥκειν κατ' αὐτῶν καταλιπόντες τὴν πόλιν ἔφυγον, καὶ πάλιν ἡ 'Αδριανούπολις ὑπὸ 'Ρωμαίους ἐγένετο.

Τότε δὲ καὶ Λέων ὁ Τριπολίτης μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ πλοίων πολεμικῶν ἐξῆλθε κατὰ 'Ρωμαίων· ὃν ἐν τῇ νήσῳ Λήμνῳ ναυλογοῦντα 'Ιωάννης πατρίκιος καὶ δρουγγάριος τῶν πλωΐμων ὁ 'Ραδηνὸς αἰφνίδιον ἐπιφανεὶς ῥᾳδίως ἐτρέψατο, τῶν 'Αγα- C ρηνῶν σχεδὸν πάντων ἀνῃρημένων, τοῦ δὲ Τριπολίτου μόνου φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορισαμένου. Σεπτεμβρίῳ δὲ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος β', [P. 623] ὁ ἄρχων Βουλγαρίας Συμεὼν πανστρατὶ κατὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκστρατεύει, καὶ ληΐζεται μὲν Μακεδονίαν, ἐμπιπρᾷ δὲ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία, καὶ πάντα καταστρέφει τὰ ἐν ποσί. Ἔγγιστα δὲ Βλαχερνῶν στρατόπεδον πήξας ἐπεζήτησεν ἀποσταλῆναι αὐτῷ τὸν πατριάρχην Νικόλαον καί τινας τῶν ἐν τέλει ὥστε περὶ εἰρήνης διαλεχθῆναι. Λαβόντες οὖν ὁμήρους παρ' ἀλλήλων ὡς οὐδεμία τις ἐπακολουθήσει ἐπιβουλὴ, καὶ τοῦ πατριάρχου τοῖς ὅρκοις ἀναθαῤῥήσαντος, γέγονε λόγος ὁποίους δεῖ τῶν συγκλητικῶν τούτῳ συνεξελθεῖν. Προεκρίθη γοῦν ὁ πατρίκιος Μιχαὴλ ὁ Στυπειώτης καὶ 'Ιωάννης ὁ μυστικὸς καὶ D παραδυναστεύων (71)· ἤδη γὰρ 'Ιωάννης ὁ ῥαίκτωρ

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

spectante, castigat. Eam Bardariotarum fuisse suo tempore Codinus refert, de quibus: Κρέμανται δὲ ἐπὶ ζώνης ἑκάστου τούτων λῶροι, οὓς καλοῦσι μαγγλάβια (sic ille scribit), ἤγουν βακτηρίας ἢ ῥάβδους. μαστίζειν τοὺς ἀξίους μαστίζεσθαι. Leo Grammaticus: 'Αποστέλλει μαγλαβίτην (ita legit ille) τὸν Μαυροθεόδωρον ξίφει ἀνελεῖν τὸν μοναχόν. Turcæ a Græcis plura mutuati ad conspectum imperatoris præcursorem habent μαγγλαβίτην (*bujurdi* sua lingua vocant), ad ejus nutum reum quemque suppliciis extremis subjicere paratum. Ac princeps ipse, regia deposita plebeiaque assumpta veste, vicos circumit nonnunquam et anfractus viarum, si cuncta in pace ordine quiete composita sint exploraturus: sin tumultuantes rixantes incompositos ac imperii jussa spernentes cives aut militiæ ascriptos comperiat, a manglabitis viæ comitibus ac suppliciorum instrumentis jam prius instructis extemplo corripi jubet, simulque pœnis vel neci tradi, omissis judiciorum tardis ambagibus, imperat. GOAR.

(71) Imperatoris amicus, qui nimirum consiliis et monitis imperatori in administranda re publica fideliter assistit: quem nunc imperii subadjuvam et publici status administrum vocitare solemus. Is quoque in palatio morabatur. Jamjam enim καταιβάζεσθαι τοῦ παλατίου, ex eo deturbari, simul tamen συγχωρεῖσθαι εἰσέρχεσθαι προσκυνεῖν τὸν βασιλέα, ut ad imperatorem veneraturus ac salutaturus accederet, potestatem accipere conspicietur. GOAR.

διαβληθεὶς πρὸς τὸν βασιλέα, κατελθὼν τοῦ παλατίου, ἐν τῇ αὐτοῦ μονῇ τὴν κοσμικὴν ἀπεκείρατο τρίχα. Ἀφικομένους οὖν αὐτοὺς πρὸς τὸν Συμεὼν καὶ μέλλοντας κινεῖν λόγους περὶ εἰρήνης, τούτους μὲν ἀπεπέμψατο, αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν ἐπεζήτει θεάσασθαι· πεπληροφόρητο γὰρ ἄνδρα συνετὸν αὐτὸν εἶναι καὶ ἀληθῆ. Ἀσπασίως δὲ ὁ Ῥωμανὸς ἐδέξατο τοῦτο. Ἀποστείλας οὖν ἐν τῷ τοῦ Κοσμιδίου αἰγιαλῷ κατεσκεύασεν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὀχυρωτάτην ἀπόβασιν, ὥστε τὴν βασιλικὴν τριήρη διεκπλέουσαν ἐν αὐτῇ προσορμίζεσθαι, περιφράξας αὐτὴν πάντοθεν διατειχίσμασι, Μέσον δὲ θριγκίον γενέσθαι προσέταξεν, ἔνθα ἀλλήλοις ἔμελλον ὁμιλεῖν. Ὁ δὲ Συμεὼν ἀποστείλας ἐνέπρησε τὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ναὸν τὸν ἐν τῇ Πηγῇ, ὃν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἐδομήσατο, ἐπυρπόλησε δὲ καὶ τὰ κύκλῳ σύμπαντα, καὶ δῆλος ἦν ἐκ τούτου μὴ εἰρήνην ζητῶν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν τῷ ναῷ γενόμενος τῶν Βλαχερνῶν ἅμα τῷ πατριάρχῃ, καὶ ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ εἰσελθὼν καὶ ἱκετηρίας ᾠδὰς ἀποδοὺς τῷ θεῷ, τὸ ὠμοφόριον (72) τῆς Θεοτόκου λαβὼν ἐξῄει τοῦ ναοῦ, ὅπλοις ἀσφαλέσι φραξάμενος. Τὸν σὺν αὐτῷ οὖν στόλον κοσμήσας ἀριπρεπῶς τὸν ὡρισμένον κατείληφε τόπον, Ἐννάτη τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἦν ὅτε ταῦτα ἐγίνετο. Παρεγένετο δὲ καὶ ὁ Συμεὼν, πλῆθος ἐπαγόμενος εἰς πολλὰς διῃρημένον τὰς παρατάξεις καὶ τὰς ἰδέας· οἱ μὲν γὰρ ἦσαν χρυσάσπιδες καὶ χρυσᾶ δόρατα ἔχοντες, οἱ δὲ ἀργυράσπιδες, οἱ δὲ χαλκάσπιδες, οἱ δὲ ἄλλῃ χροιᾷ ὥς πῃ ἑκάστῳ ἐδόκει, ἐκεκόσμηντο. Οἵτινες μέσον αὐτὸν εἰληφότες τὸν Συμεὼν ὡς βασιλέα εὐφήμουν Ῥωμαϊκῇ τῇ φωνῇ. Πάντες δὲ οἱ ἐν τέλει καὶ ὁ ἀστικὸς δῆμος ἐκ τῶν τειχῶν ἐθεῶντο τὰ δρώμενα. Πρῶτος οὖν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τὴν εἰρημένην ἀποβάθραν καταλαβὼν τὸν Συμεὼν ἐξεδέχετο. Ὅμηρα δὲ δόντες ἀλλήλοις, καὶ τὴν ἀποβάθραν οἱ Βούλγαροι διερευνήσαντες ἀκριβῶς, μή πού τις δόλος ἢ ἐνέδρα κρύπτηται, τότε κατελθεῖν τὸν Συμεὼν τοῦ ἵππου προετρέψαντο καὶ εἰσελθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα. Ἠσπάσαντο γοῦν ἀλλήλους, καὶ περὶ εἰρήνης ἤρξαντο διαλέγεσθαι. [P. 624] Φασὶ δ' οὖν εἰπεῖν τὸν Ῥωμανὸν πρὸς τὸν Συμεών· « Ἀκήκοά σε Χριστιανὸν ἄνθρωπον καὶ θεοσεβῆ, βλέπω δὲ τὰ ἔργα μηδαμῶς τοῖς λόγοις συμβαίνοντα. Εἰ μὲν γὰρ ἀληθῶς Χριστιανὸς ὑπάρχεις, στῆσον ποτε τὰς ἀδίκους σφαγὰς καὶ τὰς χύσεις τῶν ἀνοσίων αἱμάτων, καὶ σπεῖσαι μεθ' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, Χριστιανὸς καὶ αὐτὸς ὢν καὶ ὀνομαζόμενος, καὶ μὴ θέλε μολύνεσθαι Χριστιανῶν δεξιὰς αἵμασιν ὁμοπίστων Χριστιανῶν. Ἄνθρωπος εἶ καὶ αὐτὸς, θάνατον προσδοκῶν καὶ ἀναστασιν, καὶ κρίσιν, καὶ ἀνταπόδοσιν τῶν βεβιωμένων. Σήμερον ὑπάρχεις, καὶ αὔριον εἰς κόνιν διαλυθήσῃ. Εἰ πλούτου ἐρῶν ταῦτα ποιεῖς, ἐγώ σε τούτου ἐμπλήσω εἰς κόρον. Μόνον ἄσπασαι τὴν εἰρήνην καὶ ἀγάπησον τὴν ὁμόνοιαν, ἵνα καὶ αὐτὸς βίον ζήσῃς εἰρηνικὸν καὶ ἀναίμακτον, καὶ οἱ Χριστιανοὶ παύσωνταί ποτε κατ'

turi, ita eos Bulgarus dimisit ut ostenderet se ipsius imperatoris congressum expetere, quem pro certo habebat virum esse prudentem atque veracem. Pergratum id fuit Romano, misitque illico qui in littore Cosmidii in mari tutissimum egressui e navo locum pararent, ut eo imperatoria triremis appellere posset. Eum undique munitionibus circumdedit; ac in medio jussit tabulatum attolli, in quo erant collocuturi. Interim Simeon missis suis templum Deiparæ ad Fontem incendit, ab Justiniano conditum. Sed et vicina circum omnia igne vastabat; satisque apparebat pacem ei cordi non esse. Romanus cum patriarcha fanum Blachernense et Sacrum Sepulcrum ingressus, Deum comprecatus, accepto beatæ Virginis **205** humerali, templo exiit. Cumque et se diligenter armasset et comitatum suum decenter ornasset, ad definitum locum se contulit. Acta hæc nona die Decembris. Eodem venit et Simeon, multitudinem adducens variis ordinibus ac formis distinctam: alii namque erant aureis scutis ornati et aureis hastis, alii argenteis clypeis, alii æreis, alii aliorum colorum, prout cuique visum fuerat. Ii in medium sui Simeonem recipiebant, ac Romana voce regem consalutabant. Omnes proceres et civium multitudo, quæ gererentur, de muris spectabant. Prior Romanus locum exscensionis dictum occupavit, et Simeonem exspectavit. Datis ultro citroque obsidibus, Bulgari cum locum diligenter pervestigassent, ne quis dolus aut insidiæ laterent, Simeonem equo descendere jusserunt et ad imperatorem intrare. Ibi cum se mutuo consalutassent, de pace colloqui cœperunt. Ac ferunt Romanum hæc verba ad Bulgarum fecisse: « Hominem te esse Christianum et pium audivi, sed facta tua famæ minime respondent. Si enim re vera es Christianus, finem tandem fac cædium et fundendi sanguinis insontis, pacemque cum nobis Christianis Christianus et ipse compone, neque fac ut dextræ Christianorum polluatur sanguine eumdem Christum colentium. Homo et ipse es, mortem opperiens et resurrectionem et judicium ac dignam vita acta **206** mercedem. Hodie vivis, et cras in pulverem dissolveris. Si divitiarum cupiditas te ad hæc agenda impellit, ego ad satietatem usque te iis opplebo: tantum pacem amplectere et concordiam dilige, ut ipse quoque vitam pacatam degas ac incruentam, et tandem Christiani desinant contra se invicem arma ferre. » His verbis hacque submissione imperatoris ad verecundiam ductus Simeon promisit se pacem facturum; et peracta salutatione discessum est, cum quidem magnificentissima dona Simeoni imperator dedisset. Dignum est relatu prodigium quod tunc accidit. Nam ferunt colloquentibus principibus duas aquilas supra eos volitasse, et cum clangore se conjunxisse, moxque divulsas fuisse, ita ut altera ad urbem altera in

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(72) Ὠμοφορίου, vestem B. Virginis ibi repositam. GOAR.

Thraciam avolaret. Id, qui augurio aliquid tribuebant, signum inauspicatum interpretati sunt, et infecta pace discessum iri judicarunt. Simeon ad suos reversus proceribus moderationem imperatoris et liberalitatem narravit.

A ἀλλήλων ὅπλα κινοῦντες. » Καὶ ταῦτα μὲν εἶπεν ὁ βασιλεὺς, αἰδεσθεὶς δὲ ὁ Συμεὼν τὴν τούτου ταπείνωσιν ὑπέσχετο τὴν εἰρηνην ποιήσασθαι. Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους διεχωρίσθησαν, τοῦ βασιλέως δώροις μεγαλοπρεπέσι δεδιωσαμένου τὸν Συμεών. Συμβέβηκε δὲ τι τεράστιον τότε, ὡς ἄξιον εἶναι καὶ διηγήσασθαι. Δύο φασὶν ἀετοὺς τῶν βασιλέων ὁμιλούντων ἄνωθεν αὐτῶν ὑπερπτῆναι, κλάγξαι τε καὶ ἀλλήλοις συμμῖξαι καὶ παραυτίκα διαζενχθῆναι, καὶ τὸν μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλθεῖν, τὸν δὲ ἐπὲ τὴν Θρᾴκην ἀποπτῆναι. Τοῦτο δὲ οἱ περὶ τὰς ὀρνιθοσκοπίας ἐπτοημένοι οὐκ αἴσιον ἔκριναν οἰωνόν· ἀσυμβάτους γὰρ διαλυθήσεσθαι ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ ἀμφοτέρους ἔφησαν. Ὁ δὲ Συμεὼν ὑποστρέψας τοῖς οἰκείοις ἄρχουσι τὴν τοῦ βασιλέως ἐξηγεῖτο μετριότητα καὶ τὸ πρὸς τὰ χρήματα προετικόν τε καὶ ἐλευθέριον.

Festo Christi natalitio, indictione secunda, Romanus duos suos filios Stephanum et Constantinum coronat in Magno Templo: reliquum Theophylactum patriarcha radit ac clericum facit, et subdiaconum ac syncellum designat, cum prius in sanctuarium intrasset officium subdiaconi gerens. Joannem porro mysticum et gubernandarum rerum socium patricia **307** ac proconsulari dignitate ornavit imperator. Die Maii decima quinta, indictione tertia, moritur Nicolaus patriarcha, cum a secunda designatione munus suum gessisset annos tredecim. Augusto mense successor ei creatur Stephanus, Amasiæ metropolita. Porro mysticus affectati imperii defertur, ad hoc usus consilio Cosmæ patricii logothetæ dromi, qui eum sibi generum ambiebat, et palatio ejicitur, permisso tamen ut adorandi imperatoris causa id ingrederetur. Nam imperator eum diligebat, ideoque prorsus excludere nolebat. Instantibus tamen accusatoribus, et crimina ei objecta vera esse demonstrantibus, imperator rem perscrutatus, cum deprehenderet non aliter quem ii retulerant habere, capere mysticum et quæstiones de eo exercere statuit. Quod is præsentiens in monasterium Monocastanum confugit, ibique monachus est factus. Patricium Cosmam logothetam in Horologio imperator male multatum officio deposuit. Loco mystici substituit protovestiarium Theophanem et eadem potestate auxit. Sub idem tempus in Thracia terræ motus hiatusque terribiles fuerunt, multæque domus et templa una cum ipsis hominibus absorpta sunt.

Κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν τῶν Χριστουγέννων ἰνδικτιῶνος β', Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς στέφει τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, Στέφανον καὶ Κωνσταντῖνον, ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ· τὸν δὲ λοιπὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεοφύλακτον ὁ πατριάρχης ἀπέκειρε κληρικὸν, χειροτονήσας αὐτὸν B ὑποδιάκονον, προχειρισάμενος καὶ σύγκελλον, πρότερον διελθόντα εἰς τὰ ἅγια μετὰ τοῦ τάγματος τῶν ὑποδιακόνων. Ἐτίμησε δὲ καὶ τὸν μυστικὸν Ἰωάννην καὶ παραδυναστεύοντα πατρίκιον καὶ ἀνθύπατον. ιε' δὲ Μαΐου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος γ', τελευτᾷ ὁ πατριάρχης Νικόλαος, κρατήσας ἐν τῇ δευτέρᾳ ἀναῤῥήσει ἔτη ιγ'· καὶ καθίσταται Αὐγούστῳ μηνὶ πατριάρχης ὁ τῆς Ἀμασείας μητροπολίτης Στέφανος. Κατηγορήθη δὲ καὶ ὁ μυστικὸς ὡς τὴν βασιλείαν σφετεριζόμενος, καὶ ὑποθήκῃ τοῦ πατρικίου Κοσμᾶ (73) καὶ λογοθέτου τοῦ δρόμου, μνηστευομένου τοῦτον εἰς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, καταβιβάζεται τοῦ παλατίου. Συγχωρεῖται δ' ὅμως εἰσάρχεσθαι καὶ προσκυνεῖν τὸν βασιλέα· στέργων γὰρ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς τελέως ἀπώσασθαι οὐκ ἐβούλετο. Ἐγκειμέ- C νων δὲ τῶν κατηγόρων καὶ σαφῆ διεκνύντων τὴν κατηγορίαν, [P. 625] ἐρευνήσας ὁ βασιλεὺς καὶ ἀληθῆ τὰ κατ' αὐτοῦ εὑρὼν λαληθέντα ἔμελλε κατασχεῖν καὶ ἐξετάσαι· ὁ δὲ τοῦτο προγνοὺς φυγῇ τὴν Μυνοκάστανον μονὴν καταλαμβάνει καὶ ἀποκείρεται μοναχός. Τὸν δὲ πατρίκιον Κοσμᾶν καὶ λογοθέτην αἰκισάμενος ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ὡρολογείῳ παρέλυσε τῆς ἀρχῆς. Προβάλλεται δὲ ἀντὶ τοῦ μυστικοῦ Ἰωάννου τὸν πρωτοβεστιάριον Θεοφάνην παραδυναστεύοντα. Ἐγένετο τηνικαῦτα καὶ σεισμὸς ἐν τῷ θέματι τῶν Θρᾳκησίων καὶ χάσματα γῆς καταπληκτικὰ, ὥστε πολλὰ χωρία καὶ ἐκκλησίας αὐτάνδρους καταποθῆναι.

Maio mense, indictione 15, Simeon Bulgarorum princeps in Chrobatos duxit; ab iisque in angustiis montium prœlio victus omnem suum **308** amisit exercitum. Joannes autem quidam astronomus Romanum accessit, eumque monuit uti mittat aliquem qui amputet caput columnæ, quæ supra Xerolophi fornicem posita occidentem respiciebat: ita enim Simeonem, cui illa fatalis erat, statim periturum. Exsecutus hoc est imperator: et qua hora

Μαΐῳ δὲ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος ιε', εἰσβολὴν Συμεὼν ὁ τῆς Βουλγαρίας ἄρχων ἐποιήσατο κατὰ Χρωβάτων (74), καὶ συμβαλὼν μετ' αὐτῶν καὶ ἡττηθεὶς ἐν D ταῖς τῶν ὀρῶν δυσχωρίαις ἅπαν τὸ ἑαυτοῦ ἀπώλεσε στράτευμα. Ἰωάννης δὲ τις ἀστρονόμος προσελθὼν τῷ βασιλεῖ ἔφησεν ὡς εἰ πέμψας ἀποκόψει τὴν κεφαλὴν τῆς ἱσταμένης ἄνωθεν τῆς ἐν τῷ Ξηρολόφῳ ἀψῖδος καὶ πρὸς δύσιν βλεπούσης στήλης (75), ἀποθανεῖται ὁ Συμεὼν παραυτίκα· αὐτῷ γὰρ ἐστοιχειω-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(73) Hunc locum, secutus conjecturas et ea quæ sequuntur, ita legi, ut si καί non ante ὑποθήκῃ sed ante καταβιβάζεται esset scriptum. Apparet enim Cosmam genero suo favisse et in affectando regno consiliis juvisse, quare et magistratus ei fuit abrogatus, ut minime credam hoc judice vel auctore mysticum fuisse aula pulsum. Xyl.

(74) Χραβάτων habet Zonaras.

(75) Στήλης, *simulacri, statuæ*. Ei namque caput dejecit imperator. Goar.

σθαι τὴν τοιαύτην στήλην. Ὁ δὲ τοῖς ἐκείνου πιθήσας λόγοις ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν τῆς στήλης· καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, καθὼς ἀκριβωσάμενος ἔγνω ὁ βασιλεὺς, ὁ Συμεὼν ἐν Βουλγαρίᾳ τέθνηκε νότῳ καταχαρδίῳ ἁλούς.

Οὗ τελευτήσαντος τὴν τῶν Βουλγάρων ἀρχὴν Πέτρος κατέσχεν ὁ ἐκ τῆς δευτέρας αὐτοῦ γυναικὸς τῆς ἀδελφῆς Γεωργίου τοῦ Σουρσουβούλου, ὃν καὶ ἐπίτροπον τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ὁ Συμεὼν κατέστησε· Μιχαὴλ γὰρ τὸν ἐκ τῆς προτέρας ἀποτεχθέντα παῖδα αὐτῷ ἔτι ζῶν ὁ Συμεὼν ἀπέκειρε μοναχόν. Τὰ γοῦν πέριξ ἔθνη, Τοῦρκοι, Σέρβοι, Χρωβάτοι καὶ οἱ λοιποὶ, τὴν τοῦ Συμεὼν ἀναμαθόντες τελευτὴν ἐκστρατεύειν κατὰ Βουλγάρων ἐβουλεύοντο. Κατέσχε δὲ καὶ λιμὸς μέγας σὺν ἀκρίδι τὸ Βουλγάρων ἔθνος, ἰσχυρῶς ἐκπιέζων καὶ καταδαπανῶν τὰ πλήθη καὶ τοὺς καρπούς. Ἐδεδοίκεσαν μὲν οὖν οἱ Βούλγαροι καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἔφοδον ἐθνῶν. ἐδεδίεσαν δὲ πλέον τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπέλευσιν. Βουλευσάμενος οὖν ὁ Πέτρος μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἔγνω δεῖν ἐπιστρατεῦσαι Ῥωμαίοις ἐπὶ καταπλήξει. Καταλαμβάνουσι τοίνυν τὴν Μακεδονίαν, Εἶτα μαθόντες ὡς ἔξεισι κατ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς, πέμπουσι λάθρα τινὰ μοναχὸν Πέτρος τε ὁ ἄρχων Βουλγαρίας καὶ ὁ τῶν παίδων τοῦ Συμεὼν ἐπιτροπεύων Γεώργιος, γράμματα ἐπαγόμενον. Ὡς βούλονται δὲ Ῥωμαίοις σπείσασθαι, τὰ γράμματα ἔφραζεν, εἰ αἱροῦνται δὲ, καὶ γαμικὸν συστήσασθαι συνάλλαγμα μετ' αὐτῶν. Ὃν ἀφικόμενον ὁ βασιλεὺς ἀσμενέστατα προσδεξάμενος, εὐθέως ἀπέστειλε μετὰ δρόμωνος μοναχόν τινα Θεόδοσιον καὶ Κωνσταντῖνον βασιλικὸν κληρικὸν (76) [P. 626] τὸν Ῥόδιον, συλλαλῆσαι τοῖς Βουλγάροις τὰ εἰς εἰρήνην ἐν Μεσημβρίᾳ (77). Οἵτινες παραγενόμενοι καὶ τὰ εἰκότα διαλεχθέντες ὑπέστρεψαν διὰ ξηρᾶς ἅμα Στεφάνῳ τινὶ περιωνύμῳ ἐν Βουλγαρίᾳ· κατόπιν δὲ τούτων παρεγένετο καὶ ὁ ἐπίτροπος Γεώργιος ὁ τοῦ Σουρσουβούλου καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἐπιφανῶν. Καὶ εἰς ὄψιν ἐλθόντες τῷ βασιλεῖ, θεασάμενοι δὲ καὶ τὴν θυγατέρα Χριστοφόρου τοῦ βασιλέως Μαρίαν καὶ ἐπ' αὐτῇ μεγάλως ἀρεσθέντες (ἦν γὰρ ὑπερφέρουσα τῷ κάλλει), ἔγραψαν τῷ Πέτρῳ διὰ τάχους παραγενέσθαι, σύμφωνα ποιησάμενοι πρότερον περὶ τῆς εἰρήνης. Ἀπεστάλη δὲ καὶ Νικήτας μάγιστρος, ὁ τοῦ βασιλέως συμπένθερος Ῥωμανοῦ, ὑπαντῆσαι καὶ ἀγαγεῖν τὸν Πέτρον μέχρι τῆς βασιλίδος. Οὗ καταλαβόντος ἐν Βλαχέρναις, ὁ βασιλεὺς μετὰ τριήρους ἐλθὼν τοῦτον ἐδέξατο καὶ ἠσπάσατο καὶ φιλοτίμως ἐδεξιώσατο. Ἀλλήλοις οὖν τὰ εἰκότα προσομιλήσαντες τά τε τῆς εἰρήνης σύμβολα καὶ τὰ τοῦ γάμου ἐπεραιώσαντο, τοῦ πρωτοβεστιαρίου Θεοφάνους ἐν πᾶσι μεσολαβοῦντος. Καὶ τῇ η' τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐξελθὼν ὁ πατριάρχης Στέφανος, ἅμα τῷ πρωτοβεστιαρίῳ Θεοφάνει καὶ πάσῃ τῇ συγκλήτῳ, εὐλόγησε Πέτρον τε καὶ Μαρίαν ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Πηγῆς, παρανυμφευόντων τοῦ πρωτοβεστιαρίου καὶ τοῦ Σουρσουβούλου. Φαι-

statuæ fuit abscissum caput, ea ipsa, quod diligenti inquisitione Romanus postea deprehendit, Simeon in Bulgaria cordis morbo interiit.

Morte ejus Bulgariæ dominium ad Petrum rediit, filium ejus ex secunda uxore, sorore Georgii Sursubuli, quem et tutorem suis liberis Simeon constituit. Nam Michaelum idem ex priore sibi natum conjuge, viventem adhuc monachum fecerat. Vicinæ igitur gentes, Turci, Servi, Chrobatæ atque alii, audita Simeonis morte Bulgaros bello petere statuebant. Sed et fame graviter premebantur. Bulgari, et locustæ fruges eorum depopulabantur atque absumebant. Itaque Bulgaris cum aliarum gentium tum Romanorum præcipue in se expeditionem metuentibus, Petrus re cum suis deliberata in Romanos bellum suscipit, ut iis terrorem incuteret. Cumque in Macedoniam pervenisset, audito imperatorem Romanum contra se cum exercitu proficisci, ipse et Georgius liberorum **309** Simeonis tutor occulte monachum cum litteris mittunt, quibus continebatur cupere Bulgaros cum Romanis pacem ac fœdus conjungere, ac si Romanis ita videretur, nuptiis inter gentes contractis id firmari. Iis litteris acceptis Romanus, cum rem quam maxime probaret, statim celoce emisit Theodosium quemdam monachum et Constantinum Rhodium clericum aulicum, qui in Messembria cum Bulgaris de pace colloquerentur. Quo in colloquio cum res commode esset tractata, legati per continentem in urbem redierunt, comitante Stephano, cujus magnum erat inter Bulgaros nomen; eosque subsecutus est Gregorius Sursubulus aliique illustres aliquot viri. Hi ut cum imperatore congressi filiam Christiferi Cæsaris Mariam viderunt, eamque (erat enim formæ præstantissimæ) magnopere probaverunt, pacta pace, Petrum missis litteris absque mora venire jusserunt. Missus est etiam Nicetas magister, filii Romani socer, qui Petro obviam iret eumque Cpolin deduceret. Ubi ad Blachernas venit Petrus, imperator triremi eodem vectus eum excepit ac salutavit et honorifice tractavit, iisque inter se uti ex re erat collocutis, pacta pacis et matrimonii composita sunt, in omnibus iis protovestiario Theophane medium se ferente. Octobris die octava, patriarcha Stephanus **310** cum protovestiario Theophane et universo senatu egressus, conjugium Petri et Mariæ in fano Deiparæ ad Fontem sacrum faustumque esse jussit, sponsam comitantibus Theophane et Sursubulo. Nuptiis magnifice et sumptuoso cum splendore confectis, protovestiarius cum filia Cæsaris urbem intravit. Tertium a nuptiis convivium instituit imperator ad Fontem, in loco ubi e navibus exire solebant, stante imperatoria celoce in eo loco : adhibuitque

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(76) Qui ecclesiis in palatio inclusis ministrabat. Goar.

(77) Ad confinia Thraciæ et Hæmi montis radices, juxta Anchialum sita. Goar.

convivio Petrum, Constantinum imperatorem ac Christiferum. Ibi haud leviter tumultuati sunt Bulgari, Christiferum Constantino in faustis acclamationibus præponi debere contendentes. Eorumque petitioni imperator morem gessit. Omnibus paractis quæ in tali re fieri assolent. Maria cum suo marito solvit et in Bulgariam iter iniit, deducta a parentibus et protovestiario usque ad Hebdomum. Hoc pacto res in urbe actæ.

loco ferientes atque vulnerantes. Ibi de transitu desperantem jam imperatorem Nicephorus Xiphias Philippopolis tum præfectus monet ut loco eo maneat, septumque illud oppugnare continenter pergat : se alio abiturum, operamque **458** daturum ut salutare aliquid conficiat. Hoc modo re composita, cum suis montem ad meridiem claustris iis objectum celsissimum, cui Balathistæ nomen, magnis itineribus circuit ; et 29 die Julii, indictione 12, de superiore loco subito ingenti cum strepitu Bulgaros a tergo adoritur. Qui cum re insperata perterriti fugerent, imperator defensoribus vacuum septum diruit ac fugientes insequitur. Multi tum Bulgari occisi, multo plures capti. Ipse Samuelus ægre evasit filii opera, irruentes fortiter repellente patremque equo impositum in castellum Prilapum abducente. Captivis Bulgaris, qui fuisse ad 15 millia feruntur, oculos imperator eruit, singulisque centuriis unoculum præficit, atque his ductoribus eos ad Samuelum mittit. Quos Samuelus isto numero atque ordine venire videns animi ad calamitatem eam fortiter ferendam non habuit satis, sed oborta vertigine exanimatus in terram corruit. Aqua autem et unguentis a præsentibus utcunque recreatus, cum sese aliquantulum collegisset, frigidæ haustum petiit ; cumque bibisset, cardiagmo correptus biduo post obiit. Successit ei filius Gabrielus, qui et Romanus dicebatur, patre robustior ille, sed prudentia longe inferior, natus captiva **459** quadam Larissæa. Iniit decima quinta Septembris, indictione decima tertia. Cumque nondum integrum imperasset annum, venatum exiens interficitur a Joanne, qui et Bladisthlabus, filio Aaronis, quem ipse neci aliquando subtraxerat.

A ἀξιοπρεπεῖς ἐπιστήσας, προσέμενε τὸν βασιλέα. Ἀφικομένου δὲ καὶ τούτου καὶ ἀποπειρασαμένου τῆς εἰσόδου, ἐπείπερ ἀντεῖχον γενναίως οἱ φυλάσσοντες καὶ τοὺς βιαζομένους ἐξ ὑπερδεξίων ἀνῄρουν βάλλοντες καὶ τιτρώσκοντες, καὶ ἤδη ἀπέγνωστο τῷ βασιλεῖ ἡ διάβασις, Νικηφόρος ὁ Ξιφίας τῆς Φιλιππουπόλεως τότε στρατηγῶν τῷ βασιλεῖ συνταξάμενος, καὶ αὐτὸν μὲν προσμένειν καὶ συνεχεῖς προσβολὰς τῷ δέματι ποιεῖσθαι παρεγγυήσας, αὐτὸς δὲ ἀπιέναι φήσας, εἴ πως δυνηθείη λυσιτελές τι διαπράξασθαι καὶ σωτήριον, τὸν περὶ αὐτὸν εἰληφὼς λαὸν ὑποστρέφει, καὶ περιοδεύσας τὸ πρὸς μεσημβρίαν κείμενον τοῦ Κλειδίου ὑψηλότατον ὄρος, ὃ Βαλαθίσταν κατονομάζουσι, καὶ τραχυπορίαις καὶ ἀνοδίαις χρησάμενος, κθʹ τοῦ Ἰουλίου μηνός, ἐπινεμήσει ιβʹ. ἄνωθεν B ἐξαίφνης μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ δούπου κατὰ νώτου γίνεται τῶν Βουλγάρων· οἱ δὲ τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντες τρέπονται πρὸς φυγήν. Καὶ ὁ βασιλεὺς μονωθὲν διαρρήξας τὸ τεῖχος ἐδίωκεν. Ἔπεσον οὖν πολλοί, καὶ πολλῷ πλείους ἑάλωσαν, μόλις τοῦ Σαμουὴλ διαφυγεῖν δυνηθέντος τὸν κίνδυνον συνεργίᾳ τοῦ ἰδίου υἱοῦ γενναίως τοὺς ἐπιόντας ὑποδεξαμένου, καὶ ἵππῳ τοῦτον ἐπιβιβάσαντος καὶ εἰς τὸ λεγόμενον Πρίλαπον τὸ φρούριον ἀπαγαγόντος. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς ἑαλωκότας τῶν Βουλγάρων ἀμφὶ τὰς ιεʹ, ὥς φασιν, ὄντας χιλιάδας ἀπετύφλωσε, καὶ ἑκάστην ἑκατοντάδα πεπηρωμένων ὑφ' ἑνὸς μονοφθάλμου ὁδηγεῖσθαι κελεύσας εἰς τὸν Σαμουὴλ ἀποπέμπει. Οὓς ἐκεῖνος ἀφικνουμένους κατ' ἀριθμὸν καὶ τάξιν θεώμενος, καὶ τὸ πάθος οὐκ ἐνεγκὼν νεανικῶς καὶ εὐψύχως, λειποθυμίᾳ καὶ σκότῳ βάλλεται καὶ C εἰς γῆν πίπτει· ὕδατι δὲ καὶ μύροις οἱ παρόντες τὴν πνοὴν αὐτοῦ ἀνακαλεσάμενοι ἀνενεγκεῖν μικρὸν πεποιήκασιν. Ἀνενεγκὼν δὲ ὕδωρ πιεῖν ἐπεζήτησε ψυχρόν. Λαβὼν δὲ καὶ πιὼν ἐλήφθη καρδιαγμῷ, καὶ μετὰ δύο ἡμέρας θνήσκει. Παραλαμβάνει δὲ τὴν Βουλγάρων ἀρχὴν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Γαβριὴλ ὁ καὶ Ῥωμανός, ῥώμῃ μὲν καὶ ἰσχύϊ τοῦ πατρὸς ὑπερέχων, φρονήσει δὲ καὶ διανοίᾳ πολλῷ λειπόμενος, τεχθεὶς τῷ Σαμουὴλ ἀπό τινος αἰχμαλώτιδος Λαρισσαίας. [P. 708] Ἦρξε δὲ κατὰ τὴν ιεʹ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός, ἐπινεμήσει ιγʹ. Καὶ μηδ' ὅλον ἀποπληρώσας ἐνιαυτὸν σφάττεται, εἰς κυνηγέσιον ἐξελθών, παρὰ Ἰωάννου τοῦ καὶ Βλαδισθλάβου τοῦ υἱοῦ Ἀαρών, ὃν αὐτὸς θνήσκειν μέλλοντα τοῦ θανάτου ἀπελυτρώσατο.

Antequam hoc fieret, Theophylacto Botaneiata Thessalonicæ post Davidum Arianitam præfecto Samuelus Nestoritzam, unum de potentissimis Bulgaris, magno cum exercitu ad eam urbem misit. Quem Theophylactus, filio suo Michaele comitatus, pugna congressus fudit magnaque præda parta et multis captis, cum his ad imperatorem tunc septum in angustiis apud Chlidium oppugnantem venit. Imperator angustiis quo diximus modo superatis, ad Strumpitzam accedit ; et castello cui Matzucium nomen potitus, Strumpitzæ jam propinquans, Theophylactum Botoneiatam Thessalonicæ ducem colles ad Strumpitzam sitos superare jubet et septa obvia incendere, sibique hoc modo iter Thessalonicam ducens expedire. Proficiscentem præsidiarii

Πρὸ τοῦ δὲ ταῦτα γενέσθαι, Θεοφυλάκτου τοῦ Βοτανειάτου ἄρχειν Θεσσαλονίκης μετὰ τὸν Ἀριανίτην πεμφθέντος Δαβὶδ ὁ Νεστορίτζης, εἷς τῶν παρὰ Βουλγάροις μέγα δυναμένων ὑπάρχων, μετὰ δυνάμεως ἁδρᾶς κατὰ Θεσσαλονίκης ἐκπέμπεται παρὰ D τοῦ Σαμουήλ· οἷς συναντήσας ὁ Θεοφύλακτος σὺν τῷ υἱῷ Μιχαὴλ καὶ συμπλακεὶς τρέπει τε κατὰ κράτος, καὶ λείαν πολλὴν καὶ αἰχμαλώτους συχνοὺς προσλαβόμενος διακομίζει τῷ βασιλεῖ πολιορκοῦντι τὸ ἐν τῇ κλεισούρᾳ τοῦ Κλειδίου δέμα (60). Τὸ δέμα δέ, ὡς εἴρηται, διαβὰς ὁ βασιλεὺς κατὰ Στρούμπιτζαν γίνεται. Καὶ παρεστήσατο μὲν φρούριον τὸ καλούμενον Ματζούκιον, τῇ Στρουμπίτζῃ δὲ προσεγγίζον, μετὰ δυνάμεως δ' ἐκπέμπει τὸν Βοτανειάτην Θεοφύλακτον τὸν δοῦκα Θεσσαλονίκης, ὑπερβῆναι κελεύ-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(60) Δέμα turris ἐν κλεισούρᾳ, in *clusa* sive *muro* inter duos montes asperos erecto, ad quam aditus hic passim dicitur κλειδίον. GOAR.

σας τοὺς ἐν Στρουμπίτζῃ βουνοὺς, καὶ τὰ ἐν ταῖς A κατ' αὐτοὺς ὁδοῖς πυρπολῆσαι δέματα, καὶ εὐπόρευτον αὐτῷ θεῖναι τὴν πρὸς Θεσσαλονίκην ἄγουσαν ὁδόν. Ὁ δὲ ἀπελθὼν συνεχωρήθη μὲν ἐν τῷ εἰσιέναι παρὰ τῶν τοποφυλακούντων Βουλγάρων ἀνεμποδίστως διελθεῖν, μέλλων δὲ πρὸς τὸν βασιλέα πάλιν ὑποστρέφειν μετὰ τὸ τὰ προστεταγμένα πληρῶσαι περιπίπτει λόχοις ἐπ' αὐτῷ τούτῳ προσκαθημένοις καὶ ἐνεδρεύουσιν ἔν τινι ἐπιμήκει στενοχωρίᾳ· ἐν ᾗ εἰσελθὼν καὶ πάντοθεν περιστοιχισθεὶς καὶ ἄνωθεν ὑπὸ λίθων καὶ τόξων βαλλόμενος, μηδενὸς ἀμύνασθαι δυναμένου διὰ τὴν πύκνωσιν καὶ τὸ τῆς στενοχωρίας ἀδιεξόδευτον, αὐτός τε πίπτει, μηδὲ ταῖς οἰκείαις χερσὶ δυνηθεὶς χρήσασθαι, καὶ πολὺ μέρος σὺν αὐτῷ ἀπώλετο τοῦ στρατοῦ. Ἅπερ μηνυθέντα τῷ βασιλεῖ πολλῆς αὐτὸν ἐνέπλησεν ἀθυμίας. Ὅθεν καὶ προσωτέρω B χωρεῖν οὐκ ἔκρινεν, ἀλλ' ὑποστρέψας ἦλθεν εἰς τὰ Ζαγόρια, ἔνθα τὸ λίαν ὀχυρώτανον ἵδρυται φρούριον ὁ Μελένικος, ἐπί τινος πέτρας ἱδρυμένον κρημνοῖς καὶ φάραγξι βαθυτάταις πάντοθεν ἐστεφανωμένης· ἐν ᾧ οἱ τῆς περιχώρου πάντοθεν καταφυγόντες Βούλγαροι ὀλιγά τῶν Ῥωμαίων ἐφρόντιζον. Πρὸς οὕς ὁ βασιλεὺς Σέργιόν τινα ἐκτομίαν, ἕνα τῶν οἰκειοτάτων αὐτῷ θαλαμηπόλων, ἐκπέμπει, ἄνδρα φρενήρη τε καὶ δεινὸν εἰπεῖν, ἀποπειρώμενος τῆς γνώμης αὐτῶν. Οὗτος δ' ἐκεῖσε γενόμενος καὶ πολλαῖς χρησάμενος πιθανολογίαις μεταδιδάξαι ἴσχυσε τοὺς ἀνθρώπους τὸ δέον, καὶ τὰ ὅπλα καταθεμένους παραδοῦναι τῷ βασιλεῖ ἑαυτοὺς καὶ τὸ φρούριον. Οὓς ἀποδεξάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ φιλοφρονησάμενος ἀξιοπρεπῶς, καὶ φρουρὰν τῷ φρουρίῳ τὴν ἀρκοῦσαν

nihil obstantes ire quo volebat passi sunt. Sed cum mandatis peractis ad imperatorem redire vellet, in insidias ad hoc ipsum collocatas in porrectis in longum angustiis incidit, **460** circumventusque et desuper saxis telisque petitus, omni se defendendi prærepta facultate ob compressos in artum ordines et loci angustiam omni exitu carentis, cum magna sui exercitus parte perit. Imperator ea clade nuntiata maximum percepit dolorem, et progredi ulterius non ausus retro abiit ad Zagoria, ubi castellum erat Melenicus longe munitissimum, saxo impositum et præcipitiis vallibusque profundissimis cinctum. Eo ex vicinia passim confugerant Bulgari, Romanorum admodum securi. Ad eos imperator mittit Sergium spadonem, unum ex intimis suis cubiculi ministris, hominem cordatum ac facundum, qui ipsorum animos periclitaretur. Is multa suadendo atque probabiliter disserendo eos eo adduxit, ut rem recta via reputantes positis armis se et castellum imperatori dederent. Quos imperator humanissime excepit; et castello præsidio sufficienti imposito Mosynopolin rediit. Ibi ei moranti nuntius de obitu Samueli affertur, vigesima quarta Octobris die. Exinde statim Mosynopoli Thessalonicam abit, atque hinc ad Pelagoniam usque proficiscitur nullo cum maleficio, nisi quod regiam Gabrieli Butelianam **461** incendit. Missis etiam militibus castella Prilapum et Stypeium capit. Inde ad fluvium Tzernam venit, eumque ratibus et utribus inflatis trajicit, ac Budena redit; et inde nona Januarii die Thessalonicam venit.

ἐγκατατάξας, μετέβη πρὸς Μοσυνούπολιν· ἐν ᾗ διάγοντι τούτῳ καὶ ὁ τοῦ Σαμουὴλ ἀγγέλλεται θάνατος κατὰ τὴν κδ' τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός. [P. 709] Καὶ εὐθὺς ὁ βασιλεὺς ἀπάρας ἐκ Μοσυνουπόλεως κάτεισιν εἰς Θεσσαλονίκην, κἀκεῖθεν ἄπεισιν εἰς Πελαγονίαν, μηδὲν λυμαινόμενος τῶν ἐν ποσὶν, ἀλλ' ἢ μόνα πυρπολήσας τὰ ἐν Βουτελίῳ βασίλεια τοῦ Γαβριὴλ, Πέμψας δὲ καὶ στρατιὰν χειροῦται τὸ φρούριον Πριλάπου καὶ τοῦ Στυπείου. Ἐκεῖθεν καταλαμβάνει τὸν Τζερνᾶν λεγόμενον ποταμὸν, ὃν σχεδίαις καὶ θυλάκοις πεφυσημένοις διαπεράσας ἐπάνεισιν εἰς τὰ Βοδηνὰ, κἀκεῖθεν τῇ θ' τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην.

Ἔαρος δ' ἐπιστάντος ὑπέστρεψε πάλιν εἰς Βουλ- C γαρίαν, καὶ τῷ φρουρίῳ τῶν Βοδηνῶν προσίσχει· ἔφθασαν γὰρ οὗτοι, τὴν πρὸς βασιλέα πίστιν ἀπαρνησάμενοι, ἆραι κατὰ Ῥωμαίων ὅπλα. Καρτερὰν οὖν ἐνστησάμενος πολιορκίαν ἠνάγκασε πίστεις λαβόντας ἑαυτοὺς ἐγχειρίσαι τοὺς ἔνδον· οὓς πάλιν ἐν τῷ Βολερῷ μετοικίσας, καὶ ἕτερα φρούρια ἀνεγείρας δύο ἐν τῷ μέσῳ τῆς δυσχωρίας, ὧν τὸ μὲν Καρδίαν ὠνόμασε τὸ δ' ἕτερον ἅγιον Ἠλίαν, ὑπέστρεψεν εἰς Θεσσαλονίκην. Ἐν ᾗ Ῥωμανὸς ὁ καὶ Γαβριὴλ διά τινος Ῥωμαίου Χειροτμήτου δούλωσιν καὶ ὑποταγὴν ὑπισχνεῖται. Ὁ δὲ ὑποπτεύσας τὰ γράμματα, τὸν πατρίκιον Νικηφόρον τὸν Ξιφίαν καὶ Κωνσταντῖνον τὸν Διογένην, μετὰ τὸν Βοτανειάτην στρατηγὸν γεγονότα Θεσσαλονίκης, μετὰ δυνάμεως ἐκπέμπει ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Μογλένων. Ὧν τὴν πᾶσαν ληϊσαμένων ἐκείνην γῆν καὶ τὴν πόλιν πολιορ- D κούντων ἔφθασε καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸν παραῤῥέοντα τῇ πόλει μετοχετεύσας ποταμὸν, καὶ τὰ θεμέλια τῶν τειχῶν ὑπορύξας καὶ ξύλα καὶ εὔπρηστον ἄλλην ὕλην ὑποβαλὼν τοῖς ὀρύγμασι καὶ πῦρ ἐμβαλὼν, τῆς ὕλης

Initio veris rursum in Bulgariam it, ac Budenæ castellum (nam præsidium fide violata arma contra Romanos ceperat) magna vi obsidens, fide publica accepta se dedere præsidiarios cogit, eosque Bolerum deportat. Tum in angustiarum medio duo castella ædificat, unum Cardiæ, alterum sancti Eliæ nomine, et Thessalonicam redit. Hic degenti Gabrielus, qui et Romanus appellabatur, per quemdam Romanum Cheirotmetum (id nominis ab incisa manu est) promittit se ipsi servum atque subjectum fore. Sed imperator fallaces litteras esse suspicans, Xiphiam et Constantinum Diogenem, qui Botaneiatæ in prætura Thessalonicensi successit, cum exercitu in regionem Moglenorum mittit; qui cum eam depopulati urbem obsiderent, supervenit ipse, et amnis, qui urbem alluebat, alveo adverso, suffossis murorum fundamentis, et interjecto cavernis ligno aliaque ignis capace materia, incendio muros evertit. Quo viso oppidani miserabiliter supplices facti se et munitionem **462** dediderunt. Captus est ibi Domitianus Caucanus, homo potens et Gabrieli consi-

liarius, et Moglenorum princeps Elitzes aliique procerum multi et manus haud parva militum. Armis ferendis idoneos Aspracaniam deportat imperator: colluviem reliquam diripi jubet, et castellum, cui Notia nomen, incendi, Moglenis vicinum.

A καταπρησθείσης, κατέστρεψε τὸ τεῖχος. Ὅπερ ἰδόντες οἱ ἔνδον πρὸς ἱκεσίαν μετ' ὀλοφυρμῶν ἐτράποντο, καὶ ἑαυτοὺς παρεδίδουν σὺν τῷ φρουρίῳ. Ἐλήφθη μὲν οὖν Δομετιανὸς ὁ Καυχάνος, ἀνὴρ δυνάστης καὶ τῷ Γαβριὴλ συμπάρεδρος, καὶ Ἠλίτζης ὁ ἄρχων Μογλένων, καὶ ἕτεροι δυνάσται πολλοὶ, καὶ λαὸς πολεμιστὴς οὐκ ὀλίγος. Τοὺς μὲν οὖν ὅπλα δυναμένους κινεῖν εἰς Ἀσπρακανίαν ἐκπέμπει ὁ βασιλεὺς, τὸν δὲ λοιπὸν συρφετώδη λαὸν διαρπαγῆναι προσέταξεν, ἐμπρησθῆναι δὲ καὶ τὸ φρούριον. Ἑάλω καὶ ἕτερον φρούριον Ἐνώτια κεκλημένον γειτονοῦν τοῖς Μογλένοις.

Quinta die Cheirotmetus Romanus venit, famulos secum adducens Joannis Bladisthlabi, Aaronis filii, et litteras, quibus hic significabat se Gabrielo vitam eripuisse, nuncque ad se rediisse Bulgaricum imperium; promittebatque se servum et subditum imperatori fore. Iis perlectis imperator suam sententiam aurea bulla consignatam Joanni mittit. Paucisque post diebus Romanus redit, litteras Joannis et principum Bulgariæ afferens, quibus ii se subditos imperatori fatebantur. Adjungit se etiam imperatori Caucanus, Domitiani apud Moglenos capti frater, estque ab eo honorifice habitus. Cæterum imperator certior factus Joannem dolo ac fallaciter ista scripsisse ac contraria suis promissis moliri, in Bulgariam revertitur; et Ostrobo Soscoque adjacente regione ac campestri Pelagonia depopulatis, quotquot Bulgaros cepisset, eis oculos effodit. Et usque ad urbem Achridem, regiam Bulgariæ, accedit. Qua **463** potitus, rebus omnibus recte constitutis, pergere et ad Dyrrachium proficisci intendit, quod et ejus loci res ipsius præsentiam requirebant. Etenim quandiu Trymalia et viciniores Serviæ partes in potestate Bladimeri (gener is fuit Samueli) manserunt, hominis justi ac pacis et virtutis studiosi, pacatum fuerat Dyrrachium. At postquam Joannes Samuelum interfecit, deceptumque falsis juramentis Bladimerum et opera Davidi Bulgarorum archiepiscopi se dedentem paulo post perfide necavit, magnopere Dyrrachiana res concussa atque perturbata est, quod Joannes urbem eam identidem per ductores suos, aliquando etiam præsens oppugnaret. Sed imperatoris institutum res haud parva impediit. Etenim ad Achridem proficiscens post se reliquit cum manu militum Georgium Gonitziatem et Oreatam protospatharium captivum, jubens eos in campestria Pelagoniæ grassari. Eos universos Bulgari duce Ibatza, viro nobilissimo et spectatæ virtutis, in insidias attractos trucidarunt. Ejus cladis dolore concitus imperator in Pelagoniam revertitur, Ibatzamque persecutus Thessalonicam venit, indeque Mosynopolin, misso cum exercitu ad Strumpitzæ oppugnationem Davido Arianita. Is subito irruens castellum Thermitza cepit. Misit et alium exercitum in Triaditzæ **464** castella, duce Xiphia. Qui omnibus quæ sita erant in planitie subactis, castellum cui Boion nomen expugnavit.

Ἡμέρᾳ δὲ πέμπτῃ ἧκεν ὁ Χειρότμητος Ῥωμαῖος, ἔχων καὶ θεράποντος Ἰωάννου τοῦ καὶ Βλαδισθλάβου, υἱοῦ Ἀαρὼν, ἐπαγόμενος καὶ γράμματα δηλοῦντα φονευθῆναι ὑπ' αὐτοῦ τὸν Γαβριὴλ ἐν τῷ Πετρισκῷ καὶ τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν εἰς ἑαυτὸν μετενεχθῆναι, ὑπισχνούμενά τε τὴν πρέπουσαν ὑποταγὴν B καὶ δούλωσιν ἐνδείξασθαι πρὸς τὸν βασιλέα. Ὅπερ ἀναγνοὺς ὁ βασιλεὺς, καὶ χρυσοβούλλοις γράμμασιν τὰ δοκοῦντα πιστωσάμενος, ἀπέστειλε πρὸς τὸν Ἰωάννην. Καὶ μετ' ὀλίγας πάλιν ἡμέρας ἐπανῆκεν ὁ τετμημένος τὴν χεῖρα Ῥωμαῖος, γραφὰς κομίζων Ἰωάννου τε καὶ τῶν ἀρχόντων Βουλγαρίας ὑπηκόους ὁμολογούντων καὶ δούλους γενέσθαι τοῦ βασιλέως [P. 710] Προσεῤῥύη δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ Καυχάνος ὁ ἀδελφὸς Δομετιανοῦ τοῦ ἐν Μογλένοις ἁλόντος· ὃν φιλοτιμησάμενος διὰ τιμῆς ἦγεν. Ἐπεὶ δὲ ἔγνω τὸν Ἰωάννην δόλῳ καὶ περινοίᾳ γράψαντα τὰ γραφέντα καὶ τἀναντία ὧν ὑπισχνεῖτο διανοούμενον, ἐπανέστρεψε πάλιν πρὸς Βουλγαρίαν, καὶ ληϊλατήσας τὴν περίχωρον Ὀστροβοῦ καὶ τοῦ Σωσκοῦ καὶ τὴν πεδιάδα Πελαγονίας τοὺς ἁλισκομένους πάντας C ἀπετύφλου Βουλγάρους. Ἄπεισιν οὖν ἄχρι τῆς πόλεως Ἀχρίδος, ἐν ᾗ τὰ βασίλεια τῶν βασιλέων ἵδρυντο Βουλγαρίας· καὶ τὴν πόλιν παραλαβὼν καὶ πάντα καλῶς διαθεὶς ἔμελλε καὶ προσωτέρω βαδίζειν καὶ τῆς πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον ἅψασθαι· ἐδεῖτο γὰρ τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ τὰ ἐκεῖσε. Ἕως μὲν γὰρ Τρυμαλιᾶς καὶ τῶν ἀγχοτάτω Σερβίας μερῶν ἦρχε Βλαδιμηρὸς ὁ ἐπὶ θυγατρὶ τοῦ Σαμουὴλ κηδεστὴς, ἀνὴρ ἐπιεικὴς καὶ εἰρηνικὸς καὶ ἀρετῆς ἀντεχόμενος, ἠρεμίαν εἶχε τὰ ἐν Δυῤῥαχίῳ· ἐπειδὴ δὲ ὁ Γαβριὴλ παρὰ τοῦ Ἰωάννου ἀπώλετο, καὶ οὗτος παρασπονδηθεὶς καὶ τοῖς ὅρκοις πιστεύσας παρὰ τοῦ Ἰωάννου δοθεῖσιν αὐτῷ διὰ Δαβὶδ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας ἑαυτὸν ἐνεχείρισε καὶ μετὰ μικρὸν ἀπεσφάγη, πολὺν εἶχε τάραχον καὶ κλόνον τὰ ἐκεῖσε πράγματα, ἐγκειμένου καθ' ἑκάστην καὶ διὰ στρατηγῶν D πολλάκις τοῦ Ἰωάννου καὶ δι' ἑαυτοῦ πάλιν ἑλεῖν τὴν πόλιν. Καὶ διὰ τοῦτο ἐβούλετο μὲν ὁ βασιλεὺς ἀπελθεῖν καὶ βοηθῆσαι, ἐκωλύθη δὲ δι' αἰτίαν οὐκ ἄλογον. Ἀπερχόμενος γὰρ πρὸς Ἀχρίδα κατέλιπε κατόπιν μετὰ πλήθους στρατιωτῶν Γεώργιον στρατηγὸν τὸν Γονιτζιάτην καὶ Ὀρέστην πρωτοσπαθάριον τὸν αἰχμάλωτον, κατατρέχειν κελεύσας τὰ πεδία Πελαγονίας· οὓς ἐλλοχήσαντες Βούλγαροι ἔχοντες στρατηγὸν τὸν Ἰβάτζην, φανερώτατον ἄνδρα καὶ δεδοκιμασμένον, ἀναιροῦσι πάντας. Ὧν τῇ λύπῃ συγχυθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐπανέστρεψεν εἰς Πελαγονίαν, καὶ τὸν Ἰβάτζην καταδραμὼν καὶ διώξας ἀπῆλθεν ἐν Θεσσαλονίκῃ. Κἀκεῖθεν διέβη εἰς Μοσυνούπολιν, κατὰ Στρουμπίτζης λαὸν πεπομφὼς ἡγεμόνα ἔχοντα τὸν πατρίκιον Δαβὶδ τὸν Ἀριανίτην· ὃς αἰφνιδίως ἐπιφανεὶς εἷλε τὸ φρούριον ὃ Θερμίτζα κατονομάζεται. Καὶ ἕτερον πάλιν λαὸν κατὰ τῶν ἐν Τριαδίτζῃ

φρουρίων, ἔξαρχον ἔχοντα τὸν Ξιφίαν, ἐκπέμπει. Καὶ οὗτος δὲ τὰ ἐν τοῖς ὑπαίθροις πάντα καταστρεψάμενος εἷλε πολιορκίᾳ τὸ ἔρυμα ὃ Βοιῶν καλεῖται.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπελθὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει, A κατὰ τὸν Ἰανουάριον μῆνα τοῦ ,ςφκδʹ ἔτους, στόλον εἰς Χαζαρίαν (61) ἐκπέμπει, ἔξαρχον ἔχοντα τὸν Μογγὸν, υἱὸν Ἀνδρονίκου δουκὸς τοῦ Λυδοῦ· καὶ τῇ συνεργίᾳ Σφέγγου τοῦ ἀδελφοῦ Βλαδιμηροῦ, τοῦ ἀδελφοῦ (62) τοῦ βασιλέως, ὑπέταξε τὴν χώραν, τοῦ ἄρχοντος αὐτῆς Γεωργίου τοῦ Τζούλου ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ συλληφθέντος. [P. 711] Τότε καὶ Σεναχηρεὶμ ὁ τῆς ἄνω Μηδίας ἄρχων, ἣν Ἀσπρακανίαν ὀνομάζουσι σήμερον, τῷ βασιλεῖ πανγενεὶ προσέδραμε, τὴν ὑπείκουσαν αὐτῷ παραδεδωκὼς ἅπασαν χώραν, πατρίκιος τιμηθεὶς καὶ στρατηγὸς Καππαδοκίας, καὶ κτήσεις ἀντιλαβὼν τάσδε τὰς πόλεις, τὴν Σεβάστειαν, τὴν Λάρισσαν, τὴν Ἄβαραν, καὶ ἄλλας κτήσεις πολλάς. Στενοχωρούμενος γὰρ οὗτος ὑπὸ τῶν προσοίκων Ἀγαρηνῶν καὶ μὴ B οἷος ὢν ἀντέχειν προσέδραμε τῷ βασιλεῖ, παραδοὺς τὴν ἑαυτοῦ χώραν. Ἧς ἄρχειν ἀποσταλεὶς Βασίλειος πατρίκιος ὁ Ἀργυρὸς καὶ τοῖς ὅλοις πταίσας παραλύεται τῆς ἀρχῆς· καὶ διάδοχος αὐτοῦ πέμπεται Νικηφόρος πρωτοσπαθάριος ὁ Κομνηνὸς, ὃς κατὰ χώραν γενόμενος καὶ τὰ μὲν πειθοῖ τὰ δὲ βίᾳ χρώμενος ὑπήκοον τῷ βασιλεῖ τὴν χώραν ἐποίησε.

Imperator Cpolin reversus Januario mense, anno mundi 6524, classem in Chatzariam mittit, duce Mongo Andronici duce Lydi filio. Is adjuvante Sphengo fratre Bladimeri, ejus qui Basilii imperatoris sororem in matrimonio habebat, regionem eam subegit, principe ejus Georgio Szulo in primo conflictu capto. Tunc etiam Senacherimus, superioris Mediæ princeps, quam hodie Aspracaniam nominant, cum universa sua familia imperatori accessit, tradita ei sua ditione, quod vicinis Agarenis ipsum prementibus ad resistendum non satis haberet virium; estque factus patricius et Cappadociæ dux, recepitque suæ ditionis loco Sebasteam, Larissam, Maram urbes aliaque multa prædia. Aspracaniæ autem imperator præfecit Basilium patricium Argyrum; cui ob rem male gestam abrogatum imperium, et successor missus Nicephorus Commenus protospatharius, qui provinciam qua verbis qua vi usus imperatori subjecit.

Τῷ δὲ, ,ςφκδʹ ἔτει, ἰνδικτιῶνος ιδʹ, ἀπάρας τῆς βασιλίδος ὁ βασιλεὺς ἄπεισιν εἰς Τριαδίτζαν. Καὶ τὸ φρούριον Πέρνικον περικαθίσας ἐπολιόρκει, τῶν ἔνδον τε καρτερῶς καὶ ἐκθύμως ἀγωνιζομένων, καὶ πολλῶν Ῥωμαίων πιπτόντων. Ἐφ' ὅλας ὀγδοήκοντα καὶ ηʹ ἡμέρας προσλιπαρήσας τῇ πολιορκίᾳ, ὡς ἔγνω ἀδυνάτοις ἐπιχειρῶν, ἄπρακτος ὑπεχώρησε καὶ εἰς Μοσυνούπολιν ἀπῆλθεν. Ἐν ᾗ τὸν λαὸν διαναπαύσας ἔαρος ἐπιστάντος ἄρας ἐκ Μοσυνουπόλεως εἴσεισιν εἰς Βουλγαρίαν, καὶ περικαθίσας φρούριον τὸ λεγόμενον Λογγὸν εἷλε πολιορκίᾳ. C Δαβὶδ δὲ τὸν Ἀριανίτην καὶ Κωνσταντῖνον τὸν Διογένην εἰς τὰς κατὰ Πελαγονίαν πεδιάδας ἐκπέμψας ζώων πολλῶν καὶ αἰχμαλώτων ἐγένετο κύριος. Τὸ δὲ ληφθὲν φρούριον ἐμπρήσας ὁ βασιλεὺς, καὶ τριχῇ τοὺς ἁλόντας μερισάμενος, καὶ μίαν μὲν μερίδα τοῖς συμμαχοῦσι παρεσχηκὼς Ῥῶς, ἑτέραν δὲ Ῥωμαίοις, καὶ ἄλλην ἑαυτῷ παρακατασχὼν, ἐχώρει προσωτέρω. Καὶ μέχρι Καστορίας ἐλθὼν καὶ τῆς πόλεως ἀποπειραθεὶς, ὡς ᾔσθετο ἀνεπιχείρητον αὐτὴν οὖσαν, ὑπέστρεψεν· ἐδέξατο γὰρ καὶ γράμμα τοῦ στρατηγοῦντος ἐν τῷ Δοροστόλῳ Τζιτζικίου, τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρικίου Θευδάτη τοῦ Ἴβηρος, ὡς ὁ Κρακρᾶς λαὸν ὅτι πλεῖστον ἀθροίσας καὶ τῷ Ἰωάννῃ ἑνωθεὶς, προσλαβόμενοι δὲ καὶ Πατζινάκας, μέλλουσιν εἰσβολὴν κατὰ Ῥωμαίων ποιήσασθαι. Τούτῳ τῷ γράμματι θορυβη- D θεὶς ἐπανῄει διὰ ταχέων. Ἐν τῷ παριέναι δὲ τό τε φρούριον εἷλε τὰ Βοσόγραδα καὶ ἐνέπρησε, καὶ τὴν Βέρροιαν ἐπικτίσας, δῃώσας δὲ καὶ κατερειπώσας τὰ πέριξ Ὀστροβοῦ καὶ Μολισκοῦ, ἔστη τοῦ προσωτέρω ἰέναι· ἀπηγγέλη γὰρ αὐτῷ ὡς ἡ μελετωμένη τῷ Κρακρᾷ καὶ τῷ Ἰωάννῃ κατὰ Ῥωμαίων

Eodem anno, indictione 14, imperator urbe egressus in Triaditzam **465** venit, et castellum Pernicum obsidione cinctum oppugnat. Dies autem octo cum ibi perseverasset, præsidiariis fortissime defendentibus multisque Romanis cadentibus, sentiens se quod conatus erat consequi non posse, re infecta discedit Mosynopolin. Ibi quiete refectis copiis, appetente vere in Bulgariam intrat, et castellum Longum circumsessum expugnat; ac missis in campestria Pelagoniæ Davido Arianita ac Constantino Diogene multum pecoris atque hominum inde abigit. Incenso castello captivos in tres partes distribuit, quarum unam Rossis auxiliariis, alteram Romanis, tertiam sibi assignat. Progressus inde ad Castoriam usque, cum eam urbem tentasset ac inexpugnabilem sentiret, retro abduxit. Acceperat enim litteras a Tzitzicio Dorostoli præfecto, Theudatæ Iberi patricii filio, quibus indicabatur Cracram numerosissimo exercitu contracto se cum Joanne conjunxisse, eosque adscitis in societatem Patzinacis in Romanorum ditionem irrupturos. His litteris perturbatus illico convertit iter, inque transitu Bosograda castellum capit atque incendit, Berrœam reficit; eversisque circum Ostrobum et Moliscum sitis castellis subsistit, accepto nuntio Cracræ et Joannis impressionem, **466** quam moliti erant, impeditam esse, Patzinacis eos auxilio frustratis. In reditu castellum expugnat Setænam, ubi arcem Samuelus habebat ac plurimum frumenti reposuerat: frumentum milites diripere jubet, cætera omnia cremat. Secundum hæc adversus Joannem non procul a se dissitum emittit cohortes scholarum

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(61) Versus Alanos et Tanain sitam. Goar.

(62) Vox, ἀδελφοῦ mire obscurat locum. Ego ad historiam respiciens lucem adhibui. Loquitur de Bladimero Rossico principe, qui, ut Cedrenus supra ostendit, Basilii imperatoris sororem uxorem habuit. Xyl.

occidentalium et Thessalonicensium duce Constantino Diogene. Iis profectis insidias cum tenderet Joannes, imperator de suorum sollicitus salute, equo ante suos profectus idque unum fatus : « Si quis bellator est, me sequatur, » cursum contendit. Hoc ut comperere Joannis exploratores, territi in sua castra redierunt, nihil aliud vociferantes quam « Bezeite, Tsæsar. » Omnibus cum ipso Joanne incomposite fugientibus, Diogenes cum suis, animis receptis, eos insecuti magnam cædem peragunt, capiunt ducentos gravis armaturæ, et equos ac supellectilem Joannis et ejus patruelem. Imperator his rebus gestis ad Bodena redit, indeque omnibus constitutis Byzantium, die nono mensis Januarii, indictione decima quinta, anno mundi 6526.

A ἔφοδος ἐνεποδίσθη, τῶν Πατζινάκων μὴ δόντων συμμαχίαν αὐτοῖς. Διὸ καὶ ὑποστρέψας πολιορκεῖ φρούριον ἄλλο τὴν Σέταιναν, ἐᾶ ἧ βασίλεια ἦσαν τοῦ Σαμουὴλ καὶ σῖτος ἀπέκειτο πολὺς, ὃν τῷ λαῷ διαρπάσαι κελεύσας τἆλλα πάντα κατέφλεξεν. [P. 712] Ἐξέπεμψε δὲ καὶ κατὰ Ἰωάννου οὐ μακρὰν ἀπέχοντος τὸ τάγμα τῶν σχολῶν τῆς Δύσεως καὶ τὸ τῆς Θεσσαλονίκης, ἡγεμόνα ἔχοντα Κωνσταντῖνον τὸν Διογένην. Τούτοις ἀπιοῦσιν ἐνήδρευεν ὁ Ἰωάννης. Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς καὶ μή τι πάθοιεν φοβηθεὶς, παρὰ τοῦ λαοῦ ἐξιππασάμενος, καὶ μηδὲν ἄλλο εἰπὼν ἀλλ' ἢ μόνον · « Ὅστις πολεμιστὴς ἀκολουθείτω μοι, » ἀπῄει κατὰ σπουδήν. Τοῦτο γνόντες ος τοῦ Ἰωάννου σκόποι μετὰ φόβου πρὸς τὸ τοῦ Ἰωάννου στρατόπεδον ἔρχονται, καὶ δειλίας καὶ ταραχῆς τοῦτο ἐνέπλησαν, μηδὲν ἄλλο βοῶντες εἰ μὴ, « Βεζεῖτε (63), ὁ Τζαῖσαρ. » Πάντων οὖν φευγόντων ἀκόσμως σὺν τῷ Ἰωάννῃ, οἱ περὶ τὸν Διογένην ἀναθαῤῥήσαντες κατόπιν ἐδίωκον. Καὶ κτείνουσι μὲν πολλοὺς, συλλαμβάνουσι δὲ καὶ διακοσίους πανοπλίτας καὶ τούς ἵππους καὶ τὴν ἀποσκευὴν Ἰωάννου καὶ τὸ τούτου ἀνεψιόν. Ταῦτα δράσας ἐπάνεισι πρὸς τὰ Βοδηνὰ, καὶ πάντα τὰ ἐκεῖσε καταστησάμενος ἐπαναζευγνύει πρὸς τὸ Βυζάντιον, κατὰ τὴν θ' τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, τῆς ιε' ἐπινεμήσεως, ἔτους ,ςφκς'.

Joannes licentiam consecutus ad oppugnandum Dyrrachium barbarico cum fastu proficiscitur, et inito prælio sternitur, incertum a quo, **467** cum imperasset Bulgaris annos 2, menses 5. Imperator a præfecto Dyrrachii Nicephoro patricio Pegonita certior de morte Joannis factus statim expeditionem facit. Cumque ad Andrianopolin venisset, occurrunt ei frater et filius famosi illius Cracræ, lætum ferentes nuntium, dedere se imperatori celebre illud Pernicum et alia 35 castella ; quibus cum dignos habuisset honores et Cracram ad patriciam extulisset dignitatem, Mosynopolin venit. Eodem venerunt et legati e Pelagonia et Morobisdo et Lipenio, urbes imperatori dedentes. Inde Serras proficiscitur. Eodemque venit Cracras cum iis qui 35 ista dedita castella obtinuerant, suntque honorifice excepti. Accessit etiam Dragomuzus Strumpitzam dedens, estque patricio honore affectus, secum adducens etiam Joannem Chaldiæ præfectum patricium, qui a Samuelo captus in custodia 22 annos detentus fuerat. Simulatque Strumpitzæ imperator appropinquavit, ad eum venit Davidus Bulgariæ archiepiscopus cum litteris Mariæ morte Joannis viduæ, promittentis se, modo certa quædam postulata obtineret, Bulgaria cessuram. Occurrit etiam Bogdanus interiorum castellorum dominus; atque ipse etiam patricio ornatur gradu, quod jampridem rebus imperatoris favisset suumque socerum interfecisset. Inde Scopia abit, urbique relinquens præfectum Davidum patricium Arianitam, **468** per castella Stypeium et Prosacum revertitur, comprecationibus et gratulationibus eum venerantibus subditis. Inde ad dextram partem inclinans Achridem ingreditur, ibique castra facit, omni populo cum pæanibus, plausu et faustis acclamationibus occur-

B Ἀδείας δὲ λαβόμενος ὁ Ἰωάννης ἄπεισι πολιορκήσων τὸ Δυῤῥάχιον μετὰ φρυάγματος καὶ ὄγκου βαρβαρικοῦ. Ἔνθα πολιορκίας συστάσης καὶ συμπλοκῆς γενομένης πίπτει, μηδενὸς δήλου γενομένου τοῦ καταβεβληκότος αὐτόν. ἄρξας Βουλγάρων ἐπ' ἐνιαυτοὺς β' καὶ μῆνας ε'. Μηνυθέντος δὲ τῷ βασιλεῖ τοῦ θανάτου τοῦ Ἰωάννου διὰ τοῦ στρατηγοῦντος Δυῤῥαχίου Νικήτα πατρικίου τοῦ Πηγωνίτου, ἔξεισι παραυτίκα ὁ βασιλεύς. Γενομένῳ δ' αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν ὑπαντῶσιν ὁ ἀδελφὸς τοῦ περιφήμου Κρακρᾶ καὶ ὁ υἱὸς, προσχωρεῖν εὐαγγελιζόμενοι τό τε περίπυστον φρούριον τὸν Πέρνικον καὶ ἕτερα πέντε ἐπὶ τριάκοντα. Οὓς τιμήσας ἀξίως καὶ τὸν Κρακρᾶν ἐς τὸν τῶν πατρικίων θρόνον ἀναβιβάσας ἦλθεν εἰς Μοσυνούπολιν. Ἐνταῦθα δὲ καὶ πρέσβεις C ἧκον ἐκ Πελαγονίας καὶ Μωροβίσδου καὶ Λιπενίου, παραδιδόντων τῷ βασιλεῖ τὰς πόλεις. Ἐκεῖθεν ἄρας ἦλθεν ἐν Σέῤῥαις, ἐν αἷς ἀφίκετο ὁ Κρακρᾶς μετὰ τῶν ἀρχόντων τῶν προσρυέντων λε' κάστρων, καὶ καλῶς ὑπεδέχθη. Προσεῤῥύη δὲ καὶ Δραγομοῦζος, τὰ ἐν τῇ Στρουμπίτζῃ παρεσχηκὼς καὶ πατρίκιος τιμηθεὶς, ἄγων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν πατρίκιον Ἰωάννην τὸν Χαλδίας, τότε τῆς χρονίας ἀπολυθέντα καθείρξεως · ἔτυχε γὰρ ἁλοὺς παρὰ τοῦ Σαμουὴλ καὶ ἐπὶ εἴκοσι καὶ δύο χρόνους ὢν ἐν τῇ φυλακῇ. Ἄρτι δὲ τῇ Στρουμπίτζῃ προσήγγισεν ὁ βασιλεὺς καὶ ἧκεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βουλγαρίας Δαβὶδ μετὰ γραμμάτων Μαρίας τῆς Ἰωάννου γυναικὸς, ὑπισχνουμένης ἐκστῆναι Βουλγαρίας, εἰ τεύξεται τῶν κατὰ σκοπόν. Ὑπήντησε δὲ καὶ Βογδάνος ὁ τῶν ἐνδοτέρω κάστρων τοπάρχης, καὶ τιμᾶται καὶ οὗτος D πατρίκιος ὡς καὶ πάλαι τὰ βασιλέως φρονῶν καὶ τὸν ἑαυτοῦ πενθερὸν ἀνελών [P. 713] Ἐκεῖθεν ἄπεισιν εἰς τὰ Σκόπια, καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα λιπὼν ἐν τῇ πόλει Δαβὶδ πατρίκιον τὸν Ἀριανίτην ὑπέστρεψε

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(63) Id vocabuli credo significare, fugite. Quod circumstantiæ arguunt aliquanto superius. Xyl. — Verbis Latinis, vel potius Italis, *Fugite, o Cæsar*, pronuntiatione Italis eisdem propria. Goar.

διὰ τῶν φρουρίων Στυπείου τε καὶ Προσάκου, μετὰ A λιτῶν καὶ ὕμνων εὐφημούμενος καὶ τιμώμενος. Αὖθις δὲ πάλιν πρὸς τὰ δεξιὰ νενευκὼς ἄπεισιν εἰς Ἀχρίδας, κἀκεῖσε στρατοπεδείαν ἐπήξατο, τοῦ λαοῦ παντὸς μετὰ παιάνων καὶ κρότων καὶ εὐφημιῶν προσυπαντῶντος αὐτῷ· πόλις δὲ ἡ Ἀχρὶς ἐπὶ λόφου κειμένη ὑψηλοῦ, ἔγγιστα λίμνης μεγίστης, ἐξ ἧς ποιεῖται τὰς ἐκβολὰς ὁ Δρῖνος ποταμὸς πρὸς ἄρκτον ἰὼν, εἶτα νεύων πρὸς δύσιν καὶ εἰσβάλλων εἰς τὸ Ἰόνιον περὶ τὸν Εἴλισσὸν τὸ φρούριον, μητρόπολις οὖσα (64) τῆς πάσης Βουλγαρίας, ἐν ᾗ καὶ τὰ βασίλεια τῶν βασιλέων ἵδρυντο Βουλγαρίας καὶ τὰ χρήματα ἀποτεθησαύριστο· ἅπερ ἀνοίξας ὁ βασιλεὺς εὗρε χρήματα πολλὰ καὶ στέμματα ἐκ μαργάρων καὶ χρουσοϋφεῖς ἐσθῆνας καὶ χρυσοῦ ἐπισήμου κεντηνάρια ἑκατὸν, ἅτινα πάντα εἰς ῥόγας ἐκένωσε τῆς B περὶ αὐτὸν στρατιᾶς. Ἐπιστήσας οὖν ἄρχοντα τῆς πόλεως Εὐστάθιον πατρίκιον τὸν Δαφνομήλην, καὶ φρουρὰν ἀξιόλογον αὐτῷ δοὺς, ἐξῆλθεν εἰς τὴν παρεμβολὴν καὶ ἀχθεῖσαν ὡς αὐτὸν ἐδέξατο τὴν γυναῖκα Ἰωάννου τοῦ καὶ Βλαδισθλάβου, σὺν τρισὶν υἱοῖς καὶ θυγατράσιν ἓξ ἐπαγομένην καὶ νοθογενῆ υἱὸν τοῦ Σαμουὴλ καὶ δύο θυγατέρας Ῥαδομηροῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Σαμουὴλ καὶ πέντε υἱοὺς, ὧν ὁ εἷς πεπήρωτο τοὺς ὀφθαλμοὺς παρὰ τοῦ Ἰωάννου λωβηθεὶς, ὅτε τὸν Ῥαδομηρὸν τὸν υἱὸν Σαμουὴλ σὺν τῇ αὐτοῦ γυναικὶ καὶ Βλαδιμηρὸν τὸν τούτου γαμβρὸν ἀνεῖλεν. Ἦσαν δὲ καὶ ἕτεροι τρεῖς υἱοὶ τῇ Μαρίᾳ ἀπὸ τοῦ Ἰωάννου τεχθέντες, ἀλλ' ἔφθασαν ἀποδρᾶσαι εἰς τὸ ὄρος τὸν Τμῶρον, κορυφὴν ὑπάρχοντα τῶν Κεραυνίων ὀρῶν. Ἣν ἠπίως δεξάμενος καὶ φιλοφρόνως φυλάττεσθαι προσέταξε μετὰ τῶν ἄλλων. C Προσῆλθον δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ ἕτεροι μεγιστᾶνες τῶν Βουλγάρων, ὁ Νεστορίτζης, ὁ Ζαρίτζης καὶ ὁ νέος Δοβρομηρὸς, μετὰ τῶν οἰκείων ἕκαστος ταγμάτων· καὶ ἐδέχθησαν εὐμενῶς καὶ βασιλικῶς ἐτιμήθησαν. Τότε καὶ Προυσιανὸς καὶ οἱ τούτου δύο ἀδελφοὶ. οἱ τοῦ Βλαδισθλάβου παῖδες οἱ εἰς τὸν Τμῶρον φυγόντες, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, καὶ χρονίᾳ κακωθέντες πολιορκίᾳ (στρατιῶται γὰρ προσταχθὲν ἐκ βασιλέως προσεδρεύοντες ἐτήρουν τὰς καθόδους τοῦ ὄρους), διακηρυκεύονται πρὸς τὸν ασιλέα πίστεις αἰτοῦντες καὶ ἑαυτοὺς ἐγχειρίσαι ἐπαγγελλόμενοι. Καὶ πρὸς μὲν τούτους ὁ βασιλεὺς φιλανθρώπους ἔδωκεν ἀποκρίσεις, ἄρας δ' ἐξ Ἀχρίδος ἔρχεται εἰς τὴν λίμνην τὴν λεγομένην Πρέσπαν, ἐν τῷ διιέναι τὸ μεταξὺ ὄρος φρούριον οἰκοδομήσας ἄνωθεν τούτου καὶ Βασιλίδα ἐπονομάσας, καὶ ἕτερον ἐν τῇ λεχθείσῃ λίμνῃ. Ἐκ δὲ Πρέσπης ἄπεισιν εἰς τὴν λεγομένην Διάβολιν, ἐν ᾗ βήματος ἀρθέντος ὑψηλοῦ εἰσιόντας ἐδέξατο τοὺς περὶ τὸν Προυσιανὸν [P. 714] ἀδελφοὺς, καὶ λόγοις ἐπιεικέσι καὶ φιλανθρώποις παραμυθησάμενος τοῦτον μὲν μάγιστρον, τοὺς δὲ λοιποὺς πατρικίους ἐτίμησεν. Ἤχθη δὲ καὶ ὁ Ἰβάτζης πεπηρωμένας ἔχων τὰς ὄψεις. Ἀλλ' ἄξιον εἰπεῖν καὶ τὸν τρόπον τῆς ἐκτυφλώσεως· ἔχει γὰρ ἡδύ τι καὶ θαυμαστὸν ἡ διήγησις

rente. Urbs est Achris in sublimi posita colle, proxime lacum maximum, unde Drinus fluvius versus septentriones effluit. Deinde versus occidentem deflectens in Ionium intravit, apud Hissum castellum, quæ urbs caput erat totius Bulgariæ et regia regum Bulgariæ, ibique eorum repositi thesauri. Quos imperator aperuit, magnamque pecuniæ vim invenit, et coronas ex unionibus consertas, auroque intextas vestes, atque auri centenaria 100, quæ is congiarii loco in milites suos erogavit. Ubi præfecit Eustathium patricium Daphnomelum, adjuncto validio præsidio; atque exiit in castra, excepitque ad se adductam Joannis Bladisthlabi viduam cum filiis tribus et sex filiabus: adducebat ea secum etiam spurium Samueli filium et duas filias Radomeri, filii Samueli, ac filios quinque, de quibus **469** unus oculis erat orbatus ab Joanne, quo is tempore Radomerum Samueli filium ejusque uxorem et generum Bladimerum interfecit. Habebat Maria ex Joanne etiam alios tres filios: sed ii in montem Tmorum, qui unus est de verticibus Ceraunicorum montium, confugerant. Imperator eam benigne et comiter exceptam cum reliquis asservari jussit. Adjunxerunt se imperatori præterea illi etiam Bulgarici proceres, Nestoritzes, Zaritzes et junior Dobromerus, quisque cum suis cohortibus, acceptique sunt comiter, et ab imperatore iis ut ipso dignum erat honos habitus. Quin et Prusianus Bladisthabi filius cum fratribus, quos in Tmorum effugisse docuimus, diuturna fracti obsidione (milites enim jussu imperatoris insederant montium descensus) ab imperatore caveri sibi petunt et deditionem promittunt; quibus is humaniter respondit. Achride porro ad lacum Pespam iter faciens duo condit castella, unum in monte interjacente, quod Basilidem vocat, alterum in dicta palude. Prespa Diabolin petit, ibique erecto tribunali Prusianum cum fratribus accipit, orationeque plena humanitatis consolatus, eum magistri, reliquos **470** patricia dignatur excellentia. Adductus est etiam Ibatzes oculis spoliatus. Quos quo pacto amiserit, referre operæ pretium est, cum ea narratio jucundum habeat quippiam et admirabile.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(64) Verba minime cohærent, et vix dubito quin locus sit mutilus. Quod de urbe dicit, eam ego Strumpitzam fuisse conjicio. Ionium autem puto vocare eam regionem quæ Adriatico immineret mari, ob vicinitatem. Xyl. — Verba minime cohærent, inquit Xylander. Imo non cohæret interpres auctori. Post hæc itaque verba πόλις δὲ Ἀχρὶς subjiciatur parenthesis, cujus meta sit in his aliis περὶ τὸ Εἴλισσὸν τὸ φρούριον· nihil tunc mutilum aut obscurum exstat, Πόλις δὲ Ἀχρὶς μητρόπολίς ἐστι τῆς πάσης Βουλγαρίας. Ipsa est nominatissima illa Justiniana prima, Justiniani patria, qua ecclesiasticis qua politicis supra plurimas urbes evecta. De qua Gregoras l. II, ipse Justinianus Novella 2, Cujacius ad eum, et Geographi omnes. Goar.

Mortuo Bladisthlabo, cum uxor ab ea relicta, filii omnesque Bulgariæ proceres imperatori deditionem fecissent, solus hic Ibatzes fugiens, occupato monte accessus habente difficillimos, arcem autem regiam perelegantem hortosque et alia oblectamenta præclara (Brochotum quidam, alii Pronistan vocant), solus Dei voluntati sese opponebat, copiasque paulatim colligens rebellionem moliebatur, imperium Bulgaricum somnians. Haud exiguam id factum imperatori attulit molestiam : ideoque recto itinere omisso ad meridiem declinavit, Diabolinque se contulit, ut aut desistere ab armis seditiosum istum cogeret aut bello opprimeret. Ibi ergo degens aliquandiu Ibatzen per litteras hortatus est ne Bulgaria subacta solus ipse rebellare vellet, neve ea sibi polliceri vana spe quæ adipisci nequiret : cogitaret hunc sibi conatum male cessurum. Ad eas litteras Ibatzes ita rescripsit ut omnis generis usus prætextibus rem extraheret, imperatorque ab eo lactatus quinquaginta quinque dies contra **471** animi sententiam Diaboli hæreret. At Achridis præfectus Daphnomelus certior factus imperatorem de opprimendo Ibatza esse sollicitum, instituto suo cum duobus quorum ei perspecta erat fides famulis communicato, opportunitatem venatus rem ita aggreditur. Solemne festum Assumptionis Mariæ Ibatzes publice celebrabat, vocabanturque ad convivium de more non vicini modo, sed et peregrini. Ad eam festivitatem Eustathius ultro proficiscitur. Cumque incidisset in custodes viarum, nuntiare Ibatzæ jubet nominatim se adesse et cupere cum ipso animum exhilarare. Miratus est Ibatzes hostem sua sponte venire ac se hostium manibus credere, venire tamen jussit, admissumque lætus excepit atque amplexus est. Finito hymno matutino, omnibusque aliis in sua dilapsis diversoria, Ibatzen Eustathius accedit, et quod haberet quæ seorsim cum ipso colloqueretur apprime necessaria ac ipsi utilia, petit ut reliqui interim secedant. Ibatzes dolum non sentiens, sibique omnino persuadens Eustathium cum ipso velle societatem rebellionis coire, dimotis aliquantisper famulis manu eum apprehensum in pomarium quoddam abducit opacum arboribusque ita dense consitum ut ne vox quidem inde **472** exaudiri posset. Ibi solum Ibatzam nactus Eustathius, homo manu promptus, in terram illico prosternit, genuque pectori ejus innixus vocem jacentis intercludit, duosque suos famulos celerrime subvenire jubet, qui, ut erat compositum, stantes et eventui intenti, simulatque domini vox auribus ipsorum allata est, accurrunt, Ibatzæ os veste injecta obturant, ne ad ejus clamorem confluente multitudine conatus fieret irritus ; et oculos ei exsculpunt : cæcatum in aulam projiciunt extra paradisum, ipsi in sublime domus cœnaculum evadunt, strictisque gladiis exspectant hostium impetum. Cognito facinore ingens confluxit multitudo. Alii strictos manibus gladios tenentes, alii hastas, arcus alii, nonnulli lapides, quidam ligna, aliqui faces

A Μετὰ γὰρ τὸν τοῦ Βλαδισθλάβου τοῦ καὶ Ἰωάννου θάνατον καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Μαρίας καὶ τῶν ταύτης παίδων προσχώρησιν καὶ τὴν τῶν ἄλλων δυναστῶν ἁπάσης Βουλγαρίας ὑπακοὴν ὁ Ἰβάτζης οὗτος φυγὼν καὶ ἔν τινι δυσβάτῳ γενόμενος ὄρει (Βροχωτὸς κλῆσις αὐτῷ) βασίλειά τε ἔχοντι περικαλλῆ (Προνίσταν ταῦτα καλοῦσι) καὶ παραδείσους καὶ ἀπολαύσεις οὐκ ἀπρεπεῖς, ὑπεῖξαι τοῖς θελήμασιν οὐκ ἐβούλετο τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ δύναμιν ἐκ τοῦ κατὰ μικρὸν συνεγείρων ἀνεστάτου τὰ παρακείμενα καὶ ἀποστασίαν ἐμελέτα καὶ τὴν Βουλγαρικὴν ὠνειροπόλει ἀρχήν. Τοῦτο οὐ μικρῶς ἐλύπει τὸν βασιλέα, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ κατ' εὐθεῖαν ἀφέμενος πορεύεσθαι ἀπέκλινε πρὸς μεσημβρίαν, καὶ κατὰ τὴν εἰρημένην ἐγένετο Διάβολιν, ὡς ἢ καταναB γκάσων πάντως τὸν ἀποστάτην καταθεῖναι τὰ ὅπλα ἢ πολέμῳ τοῦτον κατεργασόμενος. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐν τῷ ῥηθέντι τόπῳ φιλοχωρῶν γράμμασιν ἐνουθέτει τὸν Ἰβάτζην, μὴ τῆς Βουλγαρίας πάσης ὑποταγείσης μόνον ἀνταίρειν χεῖρας αὐτὸν μηδὲ φαντάζεσθαι τὰ ἀτέλεστα, γινώσκοντα ὡς οὐκ εἰς ὄνησιν αὐτῷ τὸ ἐγχείρημα τελευτήσει. Ὁ δὲ τὰ γράμματα δεχόμενος καὶ ἑτέροις ἀμειβόμενος, καὶ παντοίας προτιθεὶς ἀφορμάς, παρεῖλκε καὶ ἀνεδύετο, ὡς ἀναγκασθῆναι τὸν βασιλέα ἐπὶ πέντε καὶ πεντήκοντα ἡμέρας ἐνδιατρῖψαι τῷ τόπῳ, ταῖς ὑποσχέσεσι δελεαζόμενον. Ἐγνώσθη τὰ τοῦ πράγματος τῷ τῆς Ἀχρίδος ἄρχοντι Εὐσταθίῳ τῷ Δαφνομήλῃ, ὅτι μέλει τῷ βασιλεῖ ἡ τοῦ Ἰβάτζη καθαίρεσις. Καὶ δῆτα καιρὸν ἐπιτήδειον εὑρηκώς, καὶ δυσὶ θεράπουσι τῶν πιστικωτάτων κοινολογησάμενος καὶ τὸ βούC λευμα φανερώσας, ἐγχειρεῖ τῇ πράξει. Δημοτελὴς ἤγετο ἑορτὴ τῷ Ἰβάτζῃ, ἡ κοίμησις τῆς παναγίου καὶ Θεομήτορος. Κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν εἰώθει συγκαλεῖν εἰς εὐωχίαν οὐ τοὺς ἀγρογείτονας μόνον καὶ ἀγχιτέρμονας, ἀλλὰ καὶ τῶν ὡς πορρωτάτω πολλούς. Ἄπεισι γοῦν ὁ Εὐστάθιος αὐτόκλητος εἰς τὴν ἑορτήν, καὶ τοῖς φυλάττουσιν ἐντυχὼν τὰς διόδους ἀπαγγέλλειν ἐκέλευεν ὅστις εἴη, καὶ ὅτι πάρεστι τῷ ἄρχοντι συνευφρανθησόμενος. Ἀπαγγειλάντων δὲ τούτων, ἐν θαύματι ὁ Ἰβάτζης ἐτίθει εἰ δυσμενὴς ἄνθρωπος αὐθαίρετος ἥκει καὶ χερσὶν ἐκδίδωσιν ἑαυτὸν πολεμίαις. Ὅμως ἀφιλέσθαι κελεύει, καὶ ἐλθόντα ἐδέξατό τε περιχαρῶς καὶ ἠσπάσατο. Ἄρτι δὲ τελεσθέντος τοῦ ἑωθινοῦ ὕμνου, καὶ παντων τῶν συνειλεγμένων εἰς τὰς ἰδίας σκεδασθέντων καταγωD γάς, ὁ Εὐστάθιος πρόσεισι τῷ Ἰβάτζῃ, καὶ ἀξιοῖ τοὺς ἄλλους πρὸς μικρὸν ἐκστῆναι ὡς τάχα μέλλων αὐτὸς διαλέξεσθαι κατ' ἰδίαν περί τινος ἀναγκαιοτάτου καὶ λυσιτελοῦντος αὐτῷ. [P. 725] Ὁ δὲ τὸν δόλον καὶ τὴν ἀπάτην μὴ κατανοήσας, ἀλλὰ τῷ ὄντι ὑπολαβὼν ὡς βούλεται καὶ αὐτὸς εἷς γενέσθαι τῶν συνιστώντων αὐτῷ τὴν ἀποστασίαν, τοὺς θεράποντας μικρὸν ἀποστῆναι κελεύσας, τῆς χειρὸς ἐκείνου λαβόμενος ἔν τινι παραδείσῳ εἰσάγει συνηρεφεῖ δένδροις καὶ κοιλότητα ἔχοντι, ὡς μηδὲ φωνὴν ἐξηχεῖσθαι δύνασθαι διὰ τὴν συνδενδρίαν. Οὗ ἐντὸς γενόμενος ὁ Εὐστάθιος, καὶ μεμονωμένου λαβόμενος τοῦ Ἰβάτζου, εἰς γῆν τε αὐτὸν εὐθὺς καταβάλλει, καὶ

τῷ στήθει προσερείσας τὸ γόνυ (ἦν γὰρ κατὰ χεῖρα A γενναῖος) τοῦτον κατῆγχε, καὶ τοῖς δυσὶν ὑπηρέταις ἐνεκελεύσατο βοηθεῖν τὴν ταχίστην. Οἱ δὲ, καθάπερ συντεθειμένον ἦν, ἱστάμενοι καὶ καραδοκοῦντες τὸ μέλλον, ὡς ἤκουσαν τῆς φωνῆς τοῦ κυρίου, ἔδραμόν τε εὐθέως, καὶ τὸν Ἰβάτζην περισχόντες καὶ τῷ χιτῶνι ἀποφράξαντες αὐτοῦ τὸ στόμα, ὡς μὴ βοήσας περιστήσῃ πλῆθος αὐτοῖς καὶ ἄπρακτον ἀποτελέσῃ τὸ ἔργον, ἀποτυφλοῦσι, τυφλωθέντα δὲ ἐκβάλλουσι τοῦ παραδείσου εἰς τὴν αὐλήν. Αὐτοὶ δὲ εἴς τι ὑπερῷον οἴκημα ὑψηλὸν ἀναδραμόντες καὶ τὰ ξίφη ἑλκύσαντες ἐξεδέχοντο τοὺς μέλλοντας προσιέναι. Γνωσθέντος δὲ τοῦ δράματος συνέῤῥει πλῆθος ἀμύθητον· οἱ μὲν γὰρ ξίφη κατέχοντες ἐν χερσὶν, οἱ δὲ δόρατα, οἱ δὲ τόξα, οἱ δὲ λίθους, οἱ δὲ ξύλα, οἱ δὲ δαλοὺς καιομένους, ἄλλοι δὲ ὕλην εὔπρηστον, ἔθεον βοη- B δρομοῦντες καὶ κεκραγότες· « Σφαττέσθωσαν, καιέσθωσαν, μεληδὸν κατατεμνέσθωσαν, λίθοις καταχωννύσθωσαν οἱ παλαμναῖοι καὶ ἀλιτήριοι· μή τις φειδὼ γενέσθω τῶν ἀλαστόρων. » Συνδρομὴν δὲ θεασάμενος ὁ Εὐστάθιος, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀπεγνωκὼς σωτηρίας, παρεκάλει τέως τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι καὶ μὴ μαλακισθῆναι, μηδ' ἑαυτοὺς προδοῦναι καὶ εἰς ἐξουσίαν πεσεῖν τῶν ζητούντων τὴν αὐτῶν ἀπώλειαν, καὶ παρ' ἐκείνων τὴν σωτηρίαν ἐκδέχεσθαι ἢ θάνατον οἰκτρὸν καὶ ἐπώδυνον. Πρὸς δὲ τὸ πλῆθος ἀπό τινος θυρίδος προκύψας καὶ τῇ χειρὶ κατασιγάσας τὸν ὄχλον τοιῶνδε λόγων ἀπήρξατο· « Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες οἱ συνειλεγμένοι, οὐδεμία τις προαπέκειτό μοι ἀπέχθεια πρὸς τὸν ὑμέτερον δυνάστην, καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ πάντες ἐρεῖτε, ἀκριβῶς εἰδό- C τες ὡς Βούλγαρος μὲν αὐτὸς, Ῥωμαῖος δ' ἐγὼ, καὶ Ῥωμαῖος οὐ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας οἰκούντων, ἀλλ' ἐκ τῆς μικρᾶς Ἀσίας, ἥτις ὅσον ἀπέχει ὑμῶν, ἴσασιν οἱ γινώσκοντες. Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς τῷ τοιούτῳ ἐπεχείρησα ἔργῳ οὐκ εἰκῇ καὶ μάτην, ἀλλά τις με κατήπειξεν ἀνάγκη, λογιεῖσθε οἱ φρονιμώτεροι. Οὐ γὰρ ἂν οὕτω μανιωδῶς εἰς προὖπτον ἐμαυτὸν ἐῤῥιψα κίνδυνον καὶ τῆς ἐμαυτοῦ ζωῆς κατεφρόνησα, εἰ μή τις ἦν ἄλλη αἰτία ἡ βιασαμένη με πρὸς τὴν πρᾶξιν ἐλθεῖν. Ἴστε οὖν ὡς τὸ γενόμενον ἔργον πρόσταγμα βασιλέως ἐστὶν, ᾧ πειθαρχῶν ἐγὼ ὡς ὄργανον διηκόνησα. [P. 716] Καὶ νῦν εἰ βούλεσθέ με διαχειρίσασθαι, ἰδοὺ ὑφ' ὑμῶν ἐγὼ περιειλημμένος. Πλὴν οὐκ εὐκόλως οὐδὲ ῥᾳδίως ἐγὼ ἀποθανοῦμαι, οὐδὲ καταθεὶς τὰ ὅπλα ἐμαυτὸν παραδώσω ὑμῖν ὡς βούλεσθε χρῆσθαι, ἀλλ' ἀγωνιοῦμαι περὶ τῆς οἰκείας ζωῆς, καὶ μέχρι θανάτου ἀμυνοῦμαι τοὺς ἐπιόντας ἅμα τοῖς σὺν ἐμοί. Εἰ δὲ καὶ θανούμεθα, ὅπερ ἀνάγκη παθεῖν τοὺς ὑπὸ πλειόνων περιστοιχισθέντας, εὐδαίμονα καὶ μακάριον τὸν θάνατον λογιζόμεθα, ἔχοντες καὶ τὸν μέλλοντα καὶ τὸ ἡμέτερον ἐκζητῆσαι καὶ ἐκδικῆσαι αἷμα, πρὸς ὃν βουλεύσασθε εἰ δυνατὸν ἄχρι πολλοῦ ἀνθίστασθαι. » Τούτων ἀκούσαντες οἱ συνηθροισμένοι τῶν λόγων, καὶ τῷ ἐκ βασιλέως δέει καταπλαγέντες, κατά μικρὸν ὑποῤῥέοντες ἄλλοι ἀλλαχῇ διεσκεδάσθησαν, οἱ γηραιότεροι δὲ καὶ φρονιμώτεροι τὸν βασιλέα εὐφημήσαντες ὑπετάγησαν. Ὁ δ' Εὐστάθιος κατὰ πολλὴν ἄδειαν τὸν Ἰβάτζην εἰληφὼς τῷ βασιλεῖ διεκόμισεν. Ὃν οὗτος ἀποδεξάμενος τῆς ἀνδραγαθίας στρατηγόν τε εὐθὺς προὐβάλετο Δυῤῥαχίου καὶ τὴν ἅπασαν κινητὴν ὕπαρξιν ἐδωρήσατο τοῦ Ἰβάτζου· τοῦτον δὲ παρέδωκεν φυλακῇ.

Τότε καὶ Νικολιτζᾶς ὁ πολλάκις ληφθεὶς καὶ τοσαυ- D τάκις ἀφεθεὶς, ἔν τισιν ὄρεσιν κρυπτόμενος, ὡς ἐπέμφθη δύναμις κατ' αὐτοῦ καὶ τῶν οἱ συνόντων οἱ μὲν προσεχώρησαν ἐθελοντὶ, οἱ δὲ ἡλίσκοντο, αὐτόμολος κάτεισι νυκτὸς εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ τῇ

ardentes, materiam alii ignis capacem, accurrebant opitulatum, vociferantes : « Jugulantor, cremantor, membratim conciduntor, lapidibus obruuntor scelesti : nemo flagitiosis hisce parcat. » Concursum cernens Eustathius, tametsi de salute sua desperarat, tamen suos hortabatur ut animo essent forti, neque emollirentur aut se ipsos hostibus proderent iisque dederent qui ipsorum mortem desiderarent, neve ab iis salutem potius se consecuturos quam misere interfectum iri putarent. Ipse per fenestram quamdam ad turbam prospiciens, manusque motu silentium **473** conficiens, ita eam est affatus : « Nullas mihi, o multitudo, cum vestro principe privatim intercessisse inimicitias vel ipsi judicare potestis. Is enim Bulgarus est, ego Romanus, quod vobis est notissimum. Neque Romanus ego sum e Thracia aut Macedonia oriundus, sed ex Asia minore ; quæ quanto sit spatio a vestra patria dissita, periti norunt. Jam prudentiores id non difficulter judicabunt, non temere me aut frustra, sed necessitate aliqua compulsum hoc facinoris aggressum fuisse. Alioqui nunquam me in tam evidens periculum tam dementer conjecturus fueram. Proinde sciatis jussu imperatoris, quidquid ejus est, fuisse factum, et eum mearum manuum usum ministerio. Ergo si me vultis occidere, sane circumdatus in vestra sum potestate : neque tamen nullo negotio nos conficietis, neque armis depositis vestræ nos tractandos committemus libidini, sed ad extremum usque spiritum pro nostra vita propugnabimus. Quodsi interficiemur, quod fieri necesse est, cum tam pauci a tam multis circumclusi simus, mortem eam felicem deputabimus, eum habituri sanguinis nostri ultorem, cui num diu possitis reluctari vobiscum reputate. » Hoc sermone audito, colluvies ista imperatoris terrore perculsi paulatim alii aliorsum dissipati diffluxere. Seniores ac **474** prudentia antecedentes, bene ominati imperatori, obedientiam promiserunt. Ita Eustathius nemine impediente Ibatzen ad imperatorem adduxit. Imperator Eustathium ob tam præclarum facinus collaudatum Dyrrachii præfectum constituit, et omnia mobilia Ibatzæ bona ei dono dedit, Ibatzam in custodiam tradidit.

Eodem tempore Nicolitzas etiam, toties captus totiesque dimissus, in montibus occultatus, cum adversus eum mitteretur cohors, et qui cum ipso erant partim ultro ad Romanos transirent, partim caperentur, noctu sponte sua in castra Romanorum

venit, manuque pulsatis foribus se nominatim adesse indicavit, ac corpus suum in potestatem imperatoris dedere. Sed eum imperator suo conspectu non dignatus Thessalonicam custodiendum misit. Ipse rebus Dyrrachii, Coloneiæ ac Dryinopolis suo arbitratu rectissime constitutis, et provinciis præsidio ducibusque munitis, permissoque ut captivi Romani, qui vellent, ibi manerent, reliqui ipsum sequerentur, Castoriam venit. Hic ad ipsum adductæ sunt duæ Samueli filiæ. Quæ cum viderent Mariam Joannis quondam uxorem imperatori astare, impetum in eam fecerunt tanquam interfecturæ. Sed imperator earum ferociam sedavit, pollicitus amplissimas se ipsis opes largiturum. Mariam zostæ munere ornatam cum filiis suis Cpolin misit. **475** Xiphiæ porro opera quæ erant in Serviis et Sosco castella omnia solo æquat, et in castellum Stagus venit. Ibi se ipsi offert Elemagus Belegradorum princeps, servili habitu, cum collegis suis. Imperator inde Athenas proficiscens, in itinere Zetunium transiens, ossa Bulgarorum contemplatus occisorum quo tempore Samuelum Nicephorus prælio fudit, admiratus est, ac multo magis murum in Thermopylis exstructum (qui etiamnum Scelos vocatur) apud Rupenam ad deterrendos Bulgaros. Ut Athenas venit, Deiparæ pro victoria gratias egit, templumque donariis splendidis ac magnificis exornavit. Hinc Cpolin rediit, invectusque est triumphans per magnas fores Aureæ portæ, ornatus corona aurea superne cristata, præeuntibus Maria, Samueli filiabus et reliquis Bulgaris. Actum hoc indictione secunda, anno ab origine mundi 6527. Atque hoc modo prosequentibus eum victoriæ gratulantibus acclamationibus Magnum templum iniit; cumque ibi carmine cantato Deo gratias pro tam felici successu egisset, in palatium abiit. Reversum victorem Sergius patriarcha prolixe oravit ut quod se facturum bello Bulgarico feliciter confecto promiserat, Allelengyum aboleret : sed nihil obtinuit. Atque is Sergius, cum per annos 20 Ecclesiam Dei moderatus esset, indictione **476** secunda, mense Julio, anno mundi 6527 ad Dominum emigravit. Suffectus est ei Eustathius, palatinæ ædis presbyterorum princeps.

A χειρὶ κρούσας τὴν θύραν προσήγγειλεν ἑαυτὸν ὅστις εἴη καὶ ὅτι παραδίδωσιν ἑκουσίως τὸ σῶμα τῷ βασιλεῖ. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὁ βασιλεὺς οὐδὲ ἰδεῖν ἠνέσχετο, ἀλλ' εἰς Θεσσαλονίκην, ἐξέπεμψε φρουρεῖσθαι κελεύσας. Αὐτὸς δὲ τὰ τοῦ Δυῤῥαχίου καὶ τῆς Κολωνείας καὶ Δρυϊνουπόλεως, ὥς πη ἐδόκει αὐτῷ βέλτιστα, καταστησάμενος, καὶ φύλακας τοῖς θέμασι καὶ στρατηγοὺς ἐπιστήσας, καὶ τῶν αἰχμαλώτων Ῥωμαίων τοὺς βουλομένους κατὰ χώραν μένειν ἐάσας, τοὺς δὲ λοιποὺς ἕπεσθαι προστάξας, ἦλθεν εἰς Καστορίαν. Ἔνθα προσήχθησαν αὐτῷ θυγατέρες δύο τοῦ Σαμουὴλ, αἵτινες θεασάμεναι Μαρίαν τὴν Ἰωάννου γυναῖκα παρισταμένην τῷ βασιλεῖ, ὥρμησαν κατ' αὐτῆς ὡς διαχειρισόμεναι. Ἀλλὰ ταύταις μὲν ὁ βασιλεὺς τὸν θυμὸν κατεκοίμισεν, ὑποσχόμενος τιμῆσαι καὶ ὑπερπλουτίσαι αὐτάς, τὴν δὲ Μαρίαν τῷ τῆς B ζωστῆς ἀξιώματι τιμήσας εἰς τὴν βασιλίδα μετὰ τῶν υἱῶν ἐκπέμπει. Καθαιρεῖ δὲ καὶ τὰ ἐν Σερβίοις καὶ τῷ Συσκῷ φρούρια πάντα διὰ τοῦ Ξιφίου, καὶ εἰς ἔδαφος καταστρέφει. Καὶ εἰς τὸ φρούριον Σταγοῦς ἔρχεται, ἔνθα κατέλαβεν ὁ τῶν Βελογράδων ἄρχων μετὰ δουλικοῦ τοῦ σχήματος Ἐλεμάγος, μετὰ τῶν συναρχόντων αὐτοῦ· ἐκεῖθεν ἄρας ἄπεισιν εἰς Ἀθήνας. Ἐν δὲ τῷ διιέναι τὸ Ζητούνιον τὰ ὀστᾶ τῶν πεσόντων ἐκεῖσε Βουλγάρων, [P. 717] ὁπηνίκα ὁ μάγιστρος Νικηφόρος ὁ Οὐρανὸς τὸν Σαμουὴλ ἐτρέψατο, θεασάμενος ἐθαύμασεν. Ὑπερηγάσθη δὲ καὶ τὸ ἐν Θερμοπύλαις γενόμενον τεῖχος, ὃ Σκέλος ἄρτι κατονομάζεται, εἰς ἀποτροπὴν τῶν Βουλγάρων παρὰ τοῦ Ῥουπένη. Καὶ ἐν Ἀθήναις γενόμενος καὶ τὰ τῆς νίκης εὐχαριστήρια τῇ Θεοτόκῳ δούς, καὶ ἀνα- C θήμασι πολλοῖς λαμπροῖς καὶ πολυτελέσι κοσμήσας τὸν ναόν, ὑπέστρεψεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Καὶ διὰ τῶν μεγάλων πυλῶν τῆς Χρυσῆς πόρτης στεφάνῳ χρυσῷ (65) λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι ἐθριάμβευσεν ἐστεφανωμένος, προηγουμένης Μαρίας τῆς τοῦ Βλαδισθλάβου γυναικὸς καὶ τῶν τοῦ Σαμουὴλ θυγατέρων καὶ τῶν λοιπῶν Βουλγάρων. Ἰνδικτιὼν ἦν β', ἔτος ,ϛφκζ'. Καὶ οὕτω μετὰ τροπαίων καὶ νίκης ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ εἰσελθὼν, καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστηρίους ᾄσας ᾠδάς, ἀπῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια. Ὃν ὁ πατριάρχης Σέργιος μετὰ νίκης εἰσελθόντα πολλὰ κατελιπάρει σβέσαι τὸ ἀλληλέγγυον (ἣν γὰρ ὑποσχόμενος ποιῆσαι τοῦτο, εἰ τῶν Βουλγάρων ὑπερισχύσειεν), ἀλλ' οὐκ ἔπεισεν. Ὃς ἐπὶ εἴκοσιν ὅλους ἐνιαυτοὺς τὴν τοῦ Θεοῦ ποιμάνας Ἐκκλησίαν Ἰουλίῳ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος β', ἐν ἔτει τῷ ,ϛφκζ', πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε. Καὶ προεβλήθη πατριάρχης Εὐστάθιος, πρῶτος ὢν τῶν πρεσβυτέρων τοῦ ἐν τοῖς βασιλείοις ναοῦ (66).

Subacta Bulgaria, imperatori se dedidit etiam contermina Chorbatorum gens et ejus principes, fratres duo; quibus imperator honores ac opes amplas tribuit. Solus adhuc imperium detrectabat Sermo Sirmii dominus Nestongi frater. Ad hunc Constantinus Diogenes finitimæ provinciæ præfectus legatum mittit, interposito jurejurando affirmans cupere se ipsum convenire ac de rebus ne-

D Τῷ δὲ βασιλεῖ προσεῤῥύησαν, τῆς Βουλγαρίας δουλωθείσης αὐτῷ, καὶ τὰ ὅμορα ἔθνη τῶν Χορβατῶν, ἄρχοντας ἔχοντες δύο ἀδελφούς, ὧν προσρυέντων καὶ ἀξιώματα λαβόντων καὶ κτήσεις ἱκανὰς ὑπήκοα γέγονε καὶ τὰ ἔθνη. Μόνος δὲ ὁ τοῦ Σιρμίου κρατῶν ἀδελφὸς τοῦ Νεστόγγου Σέρμων πιθῆσαι οὐκ ἤθελε· πρὸς ὃν Κωνσταντῖνος ὁ Διογένης, τῶν ἐκεῖσε μερῶν ἄρχων, φιλίαν ὑποκρινόμενος πρεσβευ-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(65) Corona hæc τροπαιουχία est Codini, judice Coresio Chiensi, triumphantium imperatorum ornamentum. Goar.

(66) Quem superius auctor πρωτοπαπᾶν τοῦ παλατίου vocavit; de quo jam abunde. Goar.

Γέγονε δέ τις καὶ ἄλλη ἀποστασία ἐν Κύπρῳ κατὰ C τοῦτον τὸν χρόνον, πρωτουργὸν ἔχουσα Θεόφιλον τὸν Ἐρωτικόν· οὗτος γὰρ τῆς νήσου στρατηγῶν καὶ νεωτέρων ἀεὶ πραγμάτων ἐφιέμενος, ἐπείπερ ἐπύθετο τὴν τοῦ Καλαφάτου καταστροφὴν καὶ τὴν κατασχοῦσαν τὰ πράγματα σύγχυσιν, καιρὸν εὔθετον εὑρεῖν οἰηθεὶς πρὸς τὸ σπουδαζόμενον, τότε τὸ ἔθνος ἅπαν τῶν Κυπρίων ἀνάπτει, καὶ τὸν δικαστὴν καὶ πράκτορα τῶν δημοσίων φόρων τὸν πρωτοσπαθάριον Θεοφύλακτον ἀνελεῖν παρασκευάζει, ἔγκλημα τούτῳ ἐπενεγκὼν ὡς βαρείας τὰς τῶν συντελειῶν ποιουμένῳ εἰσπράξεις. Ἀλλὰ πρὸς τοῦτον οὐκ ἐδέησε τῷ Μονομάχῳ μακροτέρας τριβῆς· χειροῦται γὰρ αὐτὸν ἐκπεμφθεὶς δ' [τε] τοῦ στόλου κατάρχων Κωνσταντῖνος πατρίκιος ὁ Χαγὲ, τὸ ἔθνος ἅπαν τῶν Κυπρίων ὑποποιησάμενος, καὶ εἰς βασιλέα ἄγει. Ἀχθέντα δὲ θῆλυν ὁ βασιλεὺς ἐνδύσας στολὴν καὶ ἐν τῷ ἱππικῷ ἱπποδρομίας ἀγομένης θριαμβεύσας καὶ τῶν ὑπαρχόντων ψιλώσας ἀπέλυσε.

Sub idem tempus Theophilus Eroticus Cypri prætor, homo semper novandarum rerum cupidus, cognito Calaphatis exitu et rerum confusione, opportunum se tempus nactum ratus sui instituti conficiendi totum Cyprium populum concitat, instigatque ad necem Theophylacti protospatharii judicis ac publici tributi exactoris, sub prætextu nimii ab eo in exigendo adhibiti rigoris. Ad hunc opprimendum nihil opus fuit Monomacho **550** longiore mora. Nam classis ductor Constantinus Chages patricius Cypriis universis subactis eum cepit, et ad imperatorem adduxit. Adductum imperator stola muliebri induit, et ludis equestribus in Circo in triumpho duxit, spoliatumque suis facultatibus dimisit.

[P. 758] Τῇ δὲ κ' τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, τῆς ια' D ἰνδικτιῶνος, κατέλυσε τὴν ζωὴν Ἀλέξιος ὁ πατριάρ-

Vicesima die Februarii, indictione 11, Alexius patriarcha rebus humanis excedit. Ei sufficitur die

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(25) Imperii sibi delati nuntium σεβαστοφόρου nomine remunerabant Græci imperatores, quasi qui Augustini dignitatem obtulisset. Moris usum in Stephano manifestat auctor, et Σεβαστοφόρου appellationis causam indicat eo quod τὰ τῆς βασιλείας εὐαγγέλια τούτῳ διεκομίσατο· Zonaras eo quod imperii insignibus illum ornasset. GOAR.

Annuntiationis festo Michaelus Cerularius, qui vixerat monachus ex quo eum orphanotrophus ob paratas insidias relegaverat. Indicatur etiam imperatori thesaurus auri reconditus in Alexii mansione, quem missis famulis recepit, ad centenaria viginti quinque. Eadem indictione, postridie Kalendas Maias, oculi effodiuntur orphanotropho in loco cui nomen Marycatis. Alii id inscio imperatore aiunt fuisse factum jussu Theodoræ: plerique omnes ipsius monachi mandato, ei ob relegationem irato. Mortuus est decima tertia die ejusdem mensis. Julio mense Stephanus Sebastophorus delatus est, quod insidiatus esset imperatori volueritque imperium in Leonem patricium transferre et Melitenæ præfectum constituere filium Lampri. Ac Stephanus quidem opibus suis multatus et monasticam vivere jussus et relegatus est. Lamprus, crudeliter tortus et per forum ludibrii causa in pompa ductus atque oculis orbatus, paulo post vita excessit.

A χης, καὶ ἀνάγεται εἰς τὸν αὐτοῦ θρόνον Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Εὐαγγελισμοῦ, μοναχοὺς ὢν ἐξ οὗπερ ὁ ὀρφανοτρόφος αὐτὸν διὰ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξώρισε. Προσαγγέλλεται δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ χρυσίον ἀποτεθησαυρισμένον ἐν τῇ τοῦ Ἀλεξίου μονῇ, καὶ πέμψας ἀναλαμβάνεται τοῦτο, εἰς κεντηνάρια ποσούμενον κε'. Μαΐου δὲ δευτέρας, τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος, ἐκτυφλοῦται καὶ ὁ ὀρφανοτρόφος ἐν τῷ λεγομένῳ χωρίῳ τῶν Μαρυκάτου, ὡς μέν τινές φασιν, ὑπὸ Θεοδώρας, ἄκοντος τοῦ βασιλέως, ὡς δὲ ὁ τῶν πολλῶν κρατεῖ λόγος, παρ' αὐτοῦ τούτου ἐγκοτῶντος αὐτῷ διὰ τὰς ὑπερορίας, καὶ τῇ ιγ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀποθνήσκει. Ἰουλίῳ δὲ μηνὶ τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος κατηγορήθη καὶ Στέφανος ὁ Σεβαστοφόρος ὡς ἐπιβουλεύων τῷ βασιλεῖ καὶ βασιλέα βουλόμενος ποιῆσαι Λέοντα πατρίκιον καὶ στρατηγὸν B Μελιτηνῆς, τὸν υἱὸν τοῦ Λαμπροῦ· καὶ ὁ μὲν Στέφανος τῶν ὑπαρχόντων γυμνωθεὶς καὶ μοναχὸς ἀποκαρεὶς ἐξωρίσθη· ὁ δὲ Λαμπρὸς, ἀπηνῶς ἐτασθεὶς καὶ τὰς ὄψεις πηρωθεὶς καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς πομπευθεὶς, μετὰ μικρὸν ἀπέθανεν.

551 Hac ipsa indictione, mense Junio, Rossica gens contra Romanum imperium insurrexit. Hactenus pacem amicitiamque cum Romanis Rossi coluerant, liberaque invicem fuerant commercia, et mercatores ultro citroque commearant. Tunc vero in urbe orta rixa cum quibusdam Scythis negotiatoribus, res ad manus venit, et est quidam de nobilioribus Scythis interfectus. Proinde ejus gentis regulus Bladimerus, homo iracundus atque animo inquieto, casum hunc sibi annuntiatum ægerrime ferens, nulla interposita mora, ad arma vocatis subditis quotquot bello habiles erant, copiisque auxiliaribus ascitis haud exiguis a nationibus quæ Oceani insulas septentrionales inhabitabant, collecta ad hominum, ut ferunt, 100000 multitudine, eam usitatis apud ipsos navigiis (lintres nos vocamus, unica arbore cavata factos) imponit, et adversus urbem tendit. Imperator, ejus conatu intellecto, legatis missis petit ut ab armis discedat, pollicitus se quidquid peccatum esset compensaturum, modo ne ipse levi de causa tot jam per annos coalitam pacem rumperet gentesque bello committeret. Cum autem barbarus litteris acceptis legatos ignominiose proturbaret, responsis superbis datis, imperator, desperata pace, ipse quoque se pro viribus bello parat. Scythicos negotiatores in urbe 552 degentes, nec non qui ut socii aderant, per provincias in custodiam dividit, ne quæ ab ipsis domi essent metuendæ insidiæ. Tum adornatis, quantum ejus præceps occasio rei ferebat, imperatoriis triremibus aliisque levibus navigiis, et impositis in eas qui e militibus ea tempestate Byzantii agentibus legi poterant classiariis, ipse quoque conscensa celoce sua Barbaris occurrit in faucibus maris ad Pharum stationem habentibus, juxta per continentem comitante equitatu haud exiguo. Instructa utrinque ad pugnam classe neutra pars prælium incipiebat, Scythis intra occupatum portum se continentibus, et Romanis eo-

Ἐγένετο δὲ καὶ κατὰ τὸν Ἰούνιον μῆνα τῆς αὐτῆς ἐπινεμήσεως καὶ ἡ τοῦ ἔθνους τῶν Ῥὼς κίνησις κατὰ τῆς βασιλίδος. Οὗτοι γὰρ κοινοπραγοῦντες μέχρι τοῦδε Ῥωμαίοις καὶ εἰρηνεύοντες μετ' αὐτῶν, ἀδεῶς τε ἀλλήλοις ἐπεμίγνυντο καὶ ἐμπόρους ἐς ἀλλήλους ἔπεμπον. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον φιλονεικίας γενομένης ἐν Βυζαντίῳ μετά τινῶν ἐμπόρων Σκυθῶν, συμπληγάδος τε ἐξ αὐτοῦ ἐπακολουθησάσης καί τινος Σκύθου φονευθέντος ἐπιφανοῦς, ὁ τότε C κατάρχων τοῦ γένοτς τούτων Βλαδιμηρὸς, ἀνὴρ ὁρμητίας καὶ τὰ πολλὰ τῷ θυμῷ χαριζόμενος, πυθόμενος τὸ συμβὰν καὶ δεινοπαθήσας καὶ μὴ δοὺς ἀναβολὴν ἢ καιρὸν τῷ κινήματι, τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀγείρας ὅσον μάχιμον, προσεταιρισάμενος δὲ καὶ συμμαχικὸν οὐκ ὀλίγον ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐν ταῖς προσαρκτίοις τοῦ Ὠκεανοῦ νήσοις ἐθνῶν, καὶ πλῆθος ἀθροίσας, ὥς φασι. περὶ τὰς ἑκατὸν χιλιάδας, καὶ πλοίοις ἐγχωρίοις τοῖς λεγομένοις μονοξύλοις ἐμβαλὼν κατὰ τῆς πόλεως ἐξορμᾷ. Τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς πέμπει μὲν πρεσβευτὰς, ἐξαιτῶν καταθέσθαι τὰ ὅπλα καὶ ὑπισχνούμενος ἐξιάσασθαι εἴ τι δὴ καὶ γέγονεν ἄτοπον, καὶ μὴ διὰ μικρὸν ἐθελῆσαι πρᾶγμα τὴν ἐκ μακροῦ παγιωθεῖσαν διαλῦσαι εἰρήνην καὶ τὰ ἔθνη κατ' ἀλλήλων ἀνάψαι· ἐπεὶ δὲ δεξάμενος αὐτὸς τὰ γράμματα τούς τε πρέσβεις ἀτί- D μως ἐδίωξε καὶ ὑπερηφάνους καὶ σοβαρὰς ἀπέδωκεν ἀπολογίας, ἀπεγνωκὼς ὁ βασιλεὺς τὴν εἰρήνην καὶ αὐτὸς ὡς ἐνῆν ἀντιπαρετάττετο. [P. 759] Καὶ τοὺς μὲν ἐνδημοῦντας τῇ βασιλίδι ἐμπόρους τῶν Σκυθῶν, ἔτι δὲ καὶ τοὺς κατὰ συμμαχίαν παρόντας διασκορπίσας ἐν τοῖς θέμασι, καὶ ἀσφαλισάμενος ἵνα μὴ καὶ ἀπὸ τῶν ἔνδον ἐπιβουλή τις ἀνεγερθῇ, ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου καὶ τὸ τοῦ ἔργου ὀξύῤῥοπον, τάς τε βασιλικὰς ἐξαρτύσας τριήρεις καὶ ἄλλας οὐκ ὀλίγας ἀπὸ τῶν εὐσταλῶν καὶ κούφων, καὶ λαοῦ πληρώσας ἀπὸ τῶν παρατυχόντων ἐν Βυζαντίῳ τότε στρατιωτῶν, καὶ αὐτὴς οὗτος τῷ βασιλικῷ ἐπιβὰς δρόμωνι ἔξεισι καὶ τοῖς Σκύθαις ἀπαντιάζει κατὰ τὸ τοῦ

Πόντου στόμα ἐν τῷ λεγομένῳ ναυλοχοῦσι Φάρῳ, παρεπομένην ἔχων διὰ τῆς ξηρᾶς καὶ ἱππικὴν στρατιὰν οὐκ ὀλίγην. Ἐπεὶ δὲ ἀντιμέτωποι ἔστησαν αἱ δυνάμεις, ἔργου μὲν οὐδέτερον μέρος ἥπτετο· οἵ τε γὰρ Σκύθαι ἐπὶ τοῦ λιμένος ἔνθα προσώρμουν ἑστῶτες ἡσυχίαν ἦγον, καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν ἐκείνων προσμένων κίνησιν ἐκαρτέρει. Ἐπεὶ δὲ ὁ καιρὸς ἐτρίβετο καὶ ἡ ὥρα ἦν πρὸς ὀψὲ, πρέσβεις ὁ βασιλεὺς πάλιν ἐκπέμπει περὶ εἰρήνης, καὶ πάλιν ἀτίμως ἀποπέμπει τούτους ὁ βάρβαρος, μηνύσας, εἰ βούλεται τῷ βασιλεῖ καταθέσθαι τὰ ὅπλα, δοῦναι παντὶ τῷ ἑπομένῳ αὐτῷ στρατῷ ἀνὰ χρυσίου λίτρας τρεῖς. Ἀμηχάνου δὲ φανείσης τῆς ἀποκρίσεως ἔγνω δεῖν ἔργου ἔχεσθαι. Ὡς δ' ἐκεῖνοι ἀτρέμας εἶχον, μεταστειλάμενος ὁ βασιλεὺς τὸν μάγιστρον Βασίλειον τὸν Θεοδωροκάνον τρεῖς εἰληφέναι προστάττει τριήρεις δρομάδας καὶ ἀπελθεῖν καὶ ἀποπειράσασθαι τῶν Σκυθῶν, εἴπερ δυνηθείη, ἀκροβολιζόμενος πρὸς πόλεμον αὐτοὺς σπισπάσασθαι. Ὁ δὲ τὰς τριήρεις εἰληφὼς καὶ πρὸς τοὺς Σκύθας γενόμενος οὐ δι' ἀκροβολισμοῦ τῆς αὐτῶν ἀπεπειρᾶτο γνώμης, ἀλλ' εἰς μέσους ἑαυτὸν ὠθήσας ἑπτὰ μὲν σκάφη τῷ σκευαστῷ καταφλέγει πυρὶ, τρία δὲ αὔτανδρα καταποντίζει. Χειροῦται δὲ καὶ ἓν αὐτὸς εἰσπηδήσας εἰς αὐτὸ, καὶ τῶν ἔνδον οὓς μὲν ἀποσφάξας, οὓς δὲ καὶ τροπωσάμενος, τὴν τόλμην καταπλαγέντας αὐτοῦ. Οἱ δὲ Σκύθαι, καὶ τὸν βασιλέα ἤδη ὁρῶντες ἐρχόμενον σὺν παντὶ τῷ στόλῳ, καὶ λογισάμενοι, ὅπερ ἦν εἰκὸς, εἰ τοιαῦτα πεπόνθασι τρισὶ τριήρεσιν ἀντιστάντες πολεμούσαις, τί ἂν πάθοιεν βιαζόμενοι παντὶ τῷ στόλῳ συμπλέκεσθαι, ἀπέβλεψαν πρὸς φυγὴν, καὶ εἰς τόπον ἀποῤῥιφέντες σκοπέλους ἔχοντα καὶ πέτρας ὑφάλους τὰ πλείω τῶν σκαφῶν ἀπεβάλοντο, ἐπιτιθεμένων τούτοις ἀπὸ τῆς ξηρᾶς καὶ τῶν παραπορευομένων στρατιωτῶν καὶ ἀπολλύντων αὐτοὺς, ὡς εὑρεθῆναι μετὰ ταῦτα νεκροὺς ἐῤῥιμμένους ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ἀμφὶ τὰς ιε' χιλιάδας. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς μετὰ τὴν τῶν Σκυθῶν ἧτταν ἐφ' ὅλας δύο προσμείνας ἡμέρας, κατὰ τὴν τρίτην ὑπέστρεψεν εἰς τὴν βασιλίδα, δύο τάγματα καταλιπὼν καὶ τὰς λεγομένας ἑταιρείας, ὑφ' ἡγεμόνι ταττόμενα Νικολάῳ τῷ παρακοιμωμένῳ [P. 760] καὶ Βασιλείῳ μαγίστρῳ τῷ Θεοδωροκάνῳ, ἐφ' ᾧ τοὺς αἰγιαλοὺς ἐπισκοπεῖν καὶ παρατρέχειν καὶ φυλάττεσθαι, μή τις ἀπόβασις γένηται τῶν Βαρβάρων, τὸν δὲ πάντα στόλον κατὰ τὸν Φάρον προσμένειν κελεύσας. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα διαπραξάμενος εἰσῆλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον, οἱ περὶ τὸν παρακοιμώμενον δὲ καὶ τὸν Θεοδωροκάνον τοὺς αἰγιαλοὺς περιιόντες, ἔνθα μετὰ τὴν τροπὴν ἐξεβράσθη τὰ σώματα τῶν Βαρβάρων, πολλῆς λείας καὶ σκύλων ἐγένοντο κύριοι. Καὶ τριήρεις δὲ τέσσαρας ἐπὶ εἴκοσι τοῦ λοιποῦ διαιρεθεῖσαι στόλου εἵποντο φεύγουσι τοῖς Βαρβάροις· ἔν τινι δὲ κόλπῳ ναυλοχούντων αὐτῶν παρῆλθον αὗται διώκουσαι. Καὶ γνόντες οἱ Σκύθαι τὴν ὀλιγότητα, καὶ ἀκριβῶς καταλαβόντες ὡς οὐ πλείους τῶν φαινομένων εἰσὶν, ὑπερκερώσεις ποιησάμενοι ἀπὸ τοῦ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἀκρωτηρίου καὶ συντόνῳ τῇ εἰρεσίᾳ χρώμενοι ἔσπευδον ἐγκολπώσασθαι τοὺς ἐναντίους. Οἱ δὲ

A rum motum exspectantibus. Cum tempus tereretur et ad vesperam dies inclinaret, rursum legatos de pace mittit imperator, eosque rursum contumeliose barbarus rejicit, non aliter se arma depositurum significans quam acceptis in singula suorum classiariorum capita tribus auri libris. Quod responsum cum videret summe absurdum, imperator pugna decernendum statuit. Barbarisque etiamnum quiescentibus, vocato ad se magistro Basilio Theodorocano mandat ut cum tribus velocibus triremibus levi pugna Scythas tentet atque ad prælium provocet. Basilius acceptis triremibus non levi prælio eorum animos explorat, sed in medios **553** hostes invectus septem naves artificioso igne cremat, tres cum ipsis vectoribus de-B mergit, unaque potitur, in eam insiliens et classiarios partim cædens, partim audacia ipsius perterritos fugans. Scythæ cum universa classe accedere imperatorem videntes, atque id quod res erat cogitantes, cum ne trium quidem triremium sustinuissent impetum, quid eventurum esset si cum tota classe confligendum foret, fugam faciunt, et se in locum immittentes saxa ac scopulos sub mari delitescentes habentem plerasque naves perdunt. Sed et milites e continenti eos invadunt, magnamque stragem edunt. Sane cadaverum hostilium in littore inventa sunt postmodo quindecim circiter millia. Superatis hoc pacto Scythis, imperator totum biduum ibi locorum commoratus tertio die Byzantium rediit, duabus legionibus et quam vocant sodalitates relictis, ducibus Nicolao C cubiculario et magistro Basilio Theodorocano mandato ut oram maritimam custodirent, neque exscensionem facere Barbaros paterentur, utque tota classis apud Pharum in statione esset. Hi littora, ut jussi erant, circumeuntes, qua cadavera Barbarorum æstus ejecerat, ingenti præda ac spoliis potiti sunt. Verum viginti quatuor triremes Romanæ, **554** avulsæ ab reliqua classe, fugientes Barbaros insecutæ eosque prætervectæ sunt, cum ii in quemdam portum naves subduxissent. Scythæ ergo paucitate hostilium navium cognita, compertoque non plures esse quam visæ erant, a promontoriis ab utraque parte sitis cornua extenderunt, et contenta usi remigatione circumvenire eas cœperunt. Romani priore labore remigandi D insequendique defatigati, et multitudine hostilium navium perterriti, ad fugam inclinarunt. Cum autem barbaricæ naves fauces sinus circumdedissent et in altum exire non daretur, Constantinus patricius Caballurius Cibyrræotarum dux, cum sua et aliis decem triremibus fortiter in hostem pugnans, concisus est. Captæ a Barbaris quatuor triremes cum ipsis vectoribus, ipsaque etiam prætoria navis. Homines in iis omnes interfecti. Reliquæ Romanorum naves in brevia, littora incommoda et saxa ejectæ ac contritæ sunt. Classiarii alii in aqua perierunt, alii a Barbaris vel trucidati vel captivi abducti sunt. Superstites nudi, pedites-

que ad suorum stationem redierunt. Scythæ, cum præter spem ipsis institutum cecidisset, domum versus iter instituerunt. Cum non mari modo, sed terra etiam redirent (neque enim tantæ multitudini satis erat navium, cum prælio multæ essent demersæ, **555** multæ captæ, multæ naufragio periissent), in Catacalonem Bestam Ambustum tunc Istro vicinæ regioni præfectum inciderunt in ora maris apud Barnam, fusique sunt et magna clade affecti. Octingentos eorum vivos in compedibus ad imperatorem misit. Is Ambustus, et cum primum Scythæ ad Constantinopolin tenderent inque ipsius provinciam egressi pabularentur, militibus suis collectis fortiter invaserat, pulsosque ad sua confugere navigia coegerat. Et tunc iterum oram suæ provinciæ maritimam custodiens, exituique intentus, hoc facinus edidit.

A Ῥωμαῖοι ἐκ τῆς προτέρας κωπηλασίας καὶ τοῦ διωγμοῦ κατάκοποι ὄντες, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν βαρβαρικῶν σκαφῶν ἀποδειλιάσαντες, ἔκλιναν πρὸς φυγήν. Ἐπεὶ δὲ ἔφθασαν τὰ τῶν Βαρβάρων σκάφη στεφανώσαντα τὸ στόμα κατασχεῖν τοῦ κόλπου καὶ ἄπορος ἦν ἡ πρὸς τὸ πέλαγος διέξοδος, Κωνσταντῖνον μὲν πατρίκιος ὁ Καβαλλούριος, στρατηγὸς ὢν τῶν Κιβυῤῥαιωτῶν, γενναίως ἔστη πρὸς πόλεμον μετὰ τῆς ἑαυτοῦ τριήρους καὶ λοιπῶν δέκα, καὶ εὐρώστως μαχόμενος κατεκόπη, ἐλήφθησαν δὲ καὶ τέσσαρες τριήρεις αὔτανδροι σὺν τῇ ναυαρχίδι, καὶ πάντες οἱ ἐν αὐταῖς ἀπεσφάγησαν, τὰ δὲ λοιπὰ Ῥωμαϊκὰ πλοῖα ἐν βράχεσι καὶ ἀκταῖς καὶ σκοπέλοις ἀπεῤῥίφησαν· ὧν συντριβέντων οἱ μὲν τῶν ἐν αὐταῖς ὑποβρύχιοι γεγόνασι τῇ θαλάσσῃ, ἄλλοι δὲ B ἑάλωσαν ὑπὸ τῶν Βαρβάρων καὶ μαχαίρᾳ παρεδόθησαν καὶ δουλείᾳ, οἱ δὲ διασωθέντες πεζοὶ καὶ γυμνοὶ εἰς τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον ἀνεσώθησαν. Οἱ δὲ Σκύθαι ὡς οὐκ εἰς ἔργον ἐχώρει αὐτοῖς τὰ τῶν ἐλπίδων, τῆς ἐπ' οἴκου πορείας ἐμνήσθησαν. Ὑποστρέφουσι δὲ τούτοις διά τε γῆς καὶ θαλάσσης (οὐδὲ γὰρ ἐξήρκουν τοῖς πᾶσι τὰ σκάφη, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς προηγησαμένης ναυαρχίας καταποντισθέντα τε καὶ ληφθέντα, τὰ δὲ ὑπὸ κλύδωνος καὶ τρικυμίας θλασθέντα, καὶ διὰ τοῦτο οἱ πλείους πεζῇ τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιοῦντο) συναντήσας Καταχαλὼν Βέστης ὁ Κεκαυμένος ἄρχων ὢν τῶν περὶ τὸν Ἴστρον πόλεων καὶ χωρίων, κατὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς λεγομένης Βάρνας, καὶ συμβαλὼν ἐτρέψατο, καὶ ἀπέκτεινε μὲν πολλούς, ὀκτακοσίους δὲ ζωγρίας λαβὼν πεπεδημένους ἐκπέμπει τῷ βασιλεῖ, Οὗτος γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ ὅτε πρώτως τῶν οἰκείων ἠθῶν ἀπαναστάντες οἱ Σκύθαι πρὸς τὴν βασιλίδα ἠπείγοντο καὶ ἐς τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν ἀρχὴν ἀποβάντες προνομὰς ἐποιοῦντο, τὸν ἀμφ' αὐτὸν ἀθροίσας λαὸν προσέῤῥαξε τούτοις, καὶ γενναίως ἀγωνισάμενος ἐτρέψατό τε κατὰ κράτος καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα σκάφη φυγεῖν ἠνάγκασε· [P. 761] καὶ πάλιν δὲ τὰ ἀγχίαλα τῆς ὑπ' αὐτὸν ἀρχῆς φυλάττων χωρία, καὶ προσμένων, τὸ τέλος, ὑποστρέφοντας δεξάμενος καὶ καρτερῶς ὑποστὰς εἰργάσατο τὰ εἰρημένα.

Anno mundi 6552, indictione 12, mense Septembri, vehemens flavit ventus, quo fructus vinearum pene perierunt. Eo ipso anno, nona die Martii, quæ festa est memoriæ divorum Quadraginta Martyrum, **556** imperator ut iis supplicaret publice processurus, seditione populi interceptus est. Cum enim pedes magno satellitum cum comitatu et faustis acclamationibus a palatio usque ad fanum Servatoris in Chalce processisset, inde equo ad martyrum ædem vehi vellet, subito vox e medio multitudinis exaudita est: « Nolumus Scleræenam (sic Romani Duri soror vocabatur, Monomachi concubina) esse imperatricem, neque propter eam dominas nostras porphyrogennetas Zoen ac Theodoram mori. » Atque illico omnia confusionis ac tumultus plena, et imperatorem turba ad necem deposcit. Quod nisi celeriter Augustæ de sublimi prospicientes multitudinem placassent, plurimi haud dubie atque ipse forsitan imperator perituri fuerant. Sedato autem motu imperator, omissa ad martyres processione, in palatium se recepit.

Σεπτεμβρίῳ δὲ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος ιβʹ, ἔτους ,ςφνβʹ ἔπνευσεν ἄνεμος σφοδρὸς, ὡς διαφθαρῆναι σχεδὸν C τοὺς τῶν ἀμπέλων καρπούς. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἑορτῆς ἀγομένης τῶν ἁγίων μʹ Μαρτύρων, ἐν τῇ θʹ τοῦ Μαρτίου μηνὸς, μέλλων ὁ βασιλεὺς εἰς προσκύνησιν ἀπελθεῖν τῶν ἁγίων δημοσίᾳ προόδῳ κατεστασιάσθη παρὰ τοῦ δήμου. Ἐξελθόντος γὰρ τούτου πεζῇ μετὰ πολλῆς δορυφορίας ἀπὸ τοῦ παλατίου καὶ εὐφημίας, καὶ τὸν ἐν τῇ Χαλκῇ καταλαβόντος ναὸν τοῦ Σωτῆρος, καὶ μέλλοντος ἐκεῖθεν ἐξιππάσασθαι καὶ πρὸς τὸν τῶν Μαρτύρων ἀφικέσθαι σηκὸν, ἐξαίφνης ἐξηχήθη φωνὴ ἀπὸ μέσου τοῦ πλήθους· « Ἡμεῖς τὴν Σκλήραιναν βασίλισσαν οὐ θέλομεν, οὐδὲ δι' αὐτὴν αἱ μάνναι (26) ἡμῶν αἱ πορφυρογέννητοι Ζωή τε καὶ Θεοδώρα θανοῦνται. » Καὶ εὐθὺς συνεχύθη τὰ πάντα, καὶ ταραχὴ κατέσχε τὸ πλῆθος, καὶ ἐζήτουν τὸν βασιλέα διαχειρίσασθαι. Καὶ εἰ μὴ τάχιον αἱ D βασιλίδες προκύψασαι ἄνωθεν κατεστόρεσαν τὸ πλῆθος, ἀπολώλεισαν ἂν οὐκ ὀλίγοι, ἴσως δὲ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς. Κατευνασθείσης δὲ τῆς ταραχῆς ὑπέστρεψεν εἰς τὰ βασίλεια, τὴν εἰς τοὺς μάρτυρας ἄφιξιν παραιτησάμενος.

Indictione 13 bellum de Anio cœpit. Sed exponendum est cur et qua ratione Anii principi quiescenti, nullaque ab eo orta injuria, imperator bellum intulerit. Georgius Abasgorum princeps bellum adversus **557** Romanos movens socium ejus

Ἰνδικτιῶνος δὲ ιγʹ ὁ κατὰ τοῦ Ἀνίου ἀρχὴν ἐλάμβανε πόλεμος. Ἀλλὰ ῥητέον ἄνωθεν πῶς καὶ διὰ τίνα τρόπον ἡσυχίαν ἄγοντι τῷ τοῦ Ἀνίου τοπάρχῃ καὶ μηδὲν ἀπαίσιον διαπραττομένῳ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς πολεμεῖν ἐπεχείρησεν. Ὅτε Γεώργιος ὁ

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(26) Non *dominæ*, sed *matres*. GOAR.

A 'Αβασγῶν ἀρχηγὸς ὅπλα κατὰ 'Ρωμαίων ἐκίνησε, συμμαχῶν ἦν αὐτῷ καὶ 'Ιωβανεσίκης ὁ τῆς τοῦ 'Ανίου κυριεύων χώρας. 'Επεὶ δὲ, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, Βασίλειος ὁ βασιλεὺς ἀνελθὼν ἐν 'Ιβηρίᾳ παρατάξεσιν ἠγωνίσατο κατὰ τοῦ Γεωργίου καὶ τοῦτον ἐτρέψατο καὶ συνέτριψε, φοβηθεὶς ὁ 'Ιωβανεσίκης μή πως ὁ βασιλεὺς μηνιῶν διὰ τὴν συμμαχίαν ἀνήκεστόν τι ἐς αὐτὸν διαπράξηται, τὰς κλεῖς τῆς πόλεως εἰληφὼς αὐτομολεῖ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ ἑαυτὸν ἐγχειρίζει ἐθελοντὴς καὶ τὰς κλεῖς παραδίδωσιν. 'Ο δὲ τῆς συνέσεως τοῦτον ἀποδεξάμενος μάγιστρόν τε τιμᾷ καὶ ἄρχοντα διὰ βίου τοῦ 'Ανίου καὶ τῆς λεγομένης μεγάλης 'Αρμενίας προβάλλεται, ἔγγραφον ἀπαιτήσας ἀπ' αὐτοῦ γραμματεῖον ὡς μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἐπανήξει πᾶσα ἡ τοιαύτη ἀρχὴ εἰς τὸ δίκαιον αὐτοῦ καὶ μέρος ἔσεται τῆς B 'Ρωμαϊκῆς. 'Εγένετο ταῦτα. Καὶ θνήσκει μὲν ὁ βασιλεὺς, θνήσκει δὲ μετὰ χρόνους ἱκανοὺς καὶ ὁ 'Ιωβανεσίκης· καὶ θανόντος αὐτοῦ Κακίκιος ὁ τούτου υἱὸς διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν εἰρήνην μεν διετήρει πρὸς 'Ρωμαίους καὶ ὁμαιχμίαν, κατεῖχε μέντοι τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, [P. 762] καὶ ἀποδοῦναι 'Ρωμαίοις οὐκ ἤθελεν, ὡς τὸ πατρικὸν ἐβούλετο γραμματεῖον. Εὑρὼν οὖν ἐν τοῖς ἀνακτόροις τὸ γραμματεῖον ὁ Μονομάχος ἀπῄτει καὶ τὸ 'Ανίον καὶ τὴν πᾶσαν μεγάλην 'Αρμενίαν ὡς Βασιλείου τοῦ βασιλέως διάδοχος. Τοῦ δὲ δοῦλον μὲν ἑαυτὸν ἀνομολογοῦντος 'Ρωμαίων, ἀποστῆναι δὲ τῆς πατρῴας ἀρχῆς μὴ ἐθέλοντος (27), πολεμητέον ἐδόκει τῷ βασιλεῖ. Καὶ δὴ στρατὸν ἀγείρας καὶ Μιχαὴλ Βέστῃ (28) τῷ 'Ιασίτῃ ἐγχειρίσας, ἄρχοντι φθάσαντι προβληθῆναι τῆς C 'Ιβηρίας, πολεμεῖν ἐπεσκόπει τῷ Κακικίῳ· ὁ δὲ ἀπελθὼν, καθ' ὅσον οἷόν τ' ἦν, ἔσπευδεν ἐκπληροῦν τὰ προστεταγμένα. "Οπερ γνοὺς ὁ Κακίκιος, καὶ ὅτι ἀντὶ φίλου καὶ συμμάχου πολέμιος κέκριται, καὶ αὐτὸς τὰς αὐτοῦ δυνάμεις ἀγηοχὼς κατὰ τὸ ἐγχωροῦν αὐτῷ τοὺς ἐπιόντας ἠμύνετο. Κακῶς δὲ φερομένων τῶν πραγμάτων τῷ 'Ιασίτῃ, πέμπεται καὶ ὁ Νικόλαος πρόεδρος ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, ὁ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου παρακοιμώμενος, μετὰ βαρείας χειρὸς, ὥστε τῷ πλήθει καὶ τῇ δυνάμει κατεγωνίσασθαι τὸν Κακίκιον Στέλλονται δὲ γράμματα τοῦ βασιλέως πρὸς 'Απλησφάρην τὸν ἄρχοντα τοῦ Τιβίου καὶ τῆς περὶ τὸν 'Αράξην ποταμὸν Περσαρμενίας, παρακαλοῦντα τοῦτον κατὰ τὸ δυνατὸν δῃοῦν την μεγάλην 'Αρμενίαν καὶ τὴν ὑποκειμένην χώραν τῷ Κακικίῳ. 'Απελθὼν οὖν ὁ Νικόλαος ἐκεῖ- D

A habuerat Jobanesicam Anii dominum. Verum ubi Basilius imperator in Iberiam cum exercitu profectus Georgium prælio fregit, Jobanesices metuens ne ob belli societatem iratus imperator durius de se statueret, cum clavibus urbis ad eum transfugerat, seque et claves ei ultro dediderat. Quam ejus calliditatem approbans Basilius, magistri honore ornatum Anii et Armeniæ quæ Magna dicitur præfectum eum usque ad vitæ ejus exitum constitueral, scripta cautione professum, mortuo ipso eam præfecturam ad suum dominum redituram partemque Romanæ ditionis futuram. Mortuo Basilio atque multis post annis Jobanesica, filius hujus Cacicius occupata præfectura pacem societatemque cum Romanis servavit, paternam interim B ditionem retinens Romanis, quod scriptum jubebat, neququam reddidit. Monomachus pacti formula in archivo reperta, Anium universamque magnam Armeniam, ut Basilii hæres reposcit. Cumque Cacicius servum quidem se profiteretur, præfecturam vero quam a patre acceperat restituere recusaret, bello suas res repetere imperator statuit. Proinde collectum exercitum Michaelo Bestæ Jasitæ, qui jam tum præfectus Iberiæ **558** erat designatus, tradit, mandatque ut Cacicio bellum faciat. Atque is in in provinciam profectus mandata imperatoris pro virili exsequitur. Cacicius se pro amico et socio Romanorum hostem judicatum sentiens, ipse etiam suis contractis copiis, se quantum res ferebant tueri intendit. Cum autem res Jasitæ male succe- C derent, mittitur etiam Nicolaus præses scholarum domesticus, accubitor quondam Constantini imperatoris, cum grandi exercitu, ut vel multitudine opprimeretur Cacicius. Mittit etiam litteras imperator ad Aplespharium Tibii et quæ circa Araxen fluvium est Persarmeniæ præfectum, hortaturque eum ut, quantum possit, Magnam Armeniam et ditionem Cacicii infestet. Nicolaus ubi in provinciam pervenit, statim se rei gerendæ dat, litterasque imperatoris ad Aplespharium mittit, ipse una scribens, eumque donis et pollicitationibus instigans ut imperatoris voluntati morem gerat. Rescribit is ea conditione se id facturum, si imperator litteris ad se missis paciscatur se ipsi omnium quæcunque ipse Cacicio belli jure eripuisset firmam possessionem ac dominium concedere. Hanc con- D ditionem imperator probavit, aureaque bulla id

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ

(27) Sententia videtur mutilata. Hæc autem fuit, Cacicium non detrectasse Romanis subditum esse, sed tamen paterna ditione sibi relicta id voluisse facere Xyl. — Mutilus hic Xylandri, non litteræ sensus. Hujusmodi vero est: *At quamvis se subditum* (vasallum) *profiteretur, cum eo tamen bello decernendum sibi statuit imperator*. Clarius legeret alius: Τῷ δὲ δούλῳ μὲν ἀνομολογοῦντι πολεμητέον ἐδόκει τῷ βασιλεῖ, *et quantumvis se subditum profitenti bellum indicendum censuit imperator*. Goar.

(28) Bestes postea βεστάρχης dicitur, Bestarcha, ut epitheton sit fortassis ab aliquo officio ductum: nam Catacolo quoque Ambustus infra in bello Medico Bestes vocatur. Xyl. — Existimavi diutius, quod et aliis cum Meursio placuit, vestiariorum præcipuum βεστάρχην vocari. At cum isidem Iasites nuper sit dictus βέστης et ἄρχων τῆς 'Ιβηρίας προβεβλημένος, ac infra p. 771, τῆς χώρας, id est, Baaspracanias, ἄρχων 'Ααρὼν βέστης et confestim βέσσης Καταχαλὼν τοῦ 'Ανίου καὶ τῆς 'Ιβηρίας κατάρχων legatur, relicta priore sententia, Iberorum dialecto et more religionis principem βέστην nuncupari censui, prout legimus Bulgaros chaganum, Saracenos ameram, Triballos cralem regulos suos vocitare. Goar.

postulatum Aplespharii ratum se habere testatus est. Qua accepta Aplespharius statim rem aggressus multas **559** Cacicii arcesjac munitiones expugnatas occupavit Cacicius a Romanis oppugnatus copiis et a Tibiano præfecto infestatus, rebus desperatis, cum Nicolao pacem facit, per eumque se et urbem Imperatori dedit. Ad quem profectus, ab eoque magisterii dignitate decoratus amplissimisque in Cappadocia ad Charsianumque et Licandrum prædiis donatus, vitam exinde pacatam ac tranquillam egit. Monomarchus capta a Tibii præfecto castella et oppida ut partem Aniatæ ditionis reposcens, cum ea Aplesphares sponte non dimitteret, sed aurea bulla niteretur, Nicolao præcipit ut cum Romano et Iberico exercitu et copiis Armeniæ Magnæ, quæ Cacicius duxerat, bellum ei faciat. Nicolaus contractis omnibus copiis Bestarcham Jasitam iis præficit et suum servum Constantinum magistrum Alanum, eosque ad oppugnandum Tibium mittit. Erat Aplesphares homo, ut quisquam alius, bellicarum artium peritissimus, gnarus rei gerendæ et consilia hostium eludere callidus. Is cum se pugnæ cum Romanis copiis committendæ imparem sentiret, intra muros se continet, amnemque alluentem avertit, ita ut omnem urbi vicinam planitiem is inundaret stagnoque et cœno paludis morem **560** oppleret; et in vineis quæ circum urbem in orbem erant sitæ, sagittarios pedites abdit; et exspectare signum quod ipse tuba daturus esset jubet: ita instructus adventum hostium operitur. Romanorum autem ductores præ metu ac desperatione rerum urbi se inclusisse et campum aqua opplevisse Aplespharem opinati, promiscue et nullo ordine, alii equites alii ab equis digressi, ut cuique placebat, ad urbem occurrunt, primo scilicet aggressu eam capturi. Ubi in vias pervenere quæ per medias ducebant vineas, jamque urbi subiverunt, classicum Aplesphares canit. Et pedites ex insidiis coorti alii saxis Romanos impetunt, alii desuper de septis vinearum vulnerant, cum quidem Romanis sui defendendi omnis esset erepta facultas. Ingens tum clades accepta, et Romanorum innumerabilis cæsa multitudo, cum equi fugere non possent limo et lacunis impediti. Ægre elapsi Jasites et Constantinus Anium pervenerunt, Nicolaoque calamitatis nuntii fuerunt. De qua clade certior factus imperator Nicolao et Jasitæ abrogat magistratum, loco Jasitæ ducem Iberiæ facit Ambustum, pro Nicolao imperatorem exercitum creat Constantiuum magnæ soda-

A νος μὲν ἔργου εἴχετο, τὰ δὲ γράμματα πέμπει πρὸς τὸν Ἀπλησφάρην, γράψας καὶ αὐτὸς καὶ παροτρύνας καὶ δώροις καὶ ὑποσχέσεσιν ἐρεθίσας ἐνεργοὺς θέσθαι τὰς βουλήσεις τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ τὰ γράμματα δεξάμενος ἀμείβεται ἐπιτελῆ ποιῆσαι τὰ κεκελευσμένα, εἰ γράμμα πεμφθείη τούτῳ βασιλικὸν ἀσφάλειαν παρέχον αὐτῷ πάντα ἔχειν ἐν βεβαίῳ δεσποτικῶς τὰ φρούρια καὶ χωρία (29) ὅσαπερ ἰσχύσειε νόμῳ πολέμου κτήσασθαι ἀπὸ τῶν διαφερόντων τῷ Κακικίῳ. Ἐδέξατο τὸν λόγον ὁ βασιλεύς, καὶ χρυσοβούλλοις γραφαῖς ἐπιβεβαιοῖ ὅσα ὁ Ἀπλησφάρης ᾐτήσατο· καὶ δεξάμενος οὗτος τὸ γράμμα ἔργου ἥπτετο, καὶ πολλὰ τῶν τοῦ Κακικίου ἐκπολιορκήσας κατέσχεν ὀχυρώματα καὶ χωρία. Ὁ δὲ Κακίκιος ὑπό τε τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως πολεμούμενος ὑπό B τε τοῦ ἄρχοντος τοῦ Τιβίου ληϊλατούμενος, καὶ τοῖς πᾶσιν ἀπεγνωκώς, σπένδεται πρὸς τὸν παρακοιμώμενον καὶ προσχωρεῖ τῷ βασιλεῖ δι' αὐτοῦ, παραδοὺς τὴν πόλιν. Καὶ ὁ μὲν ἐς τὸν βασιλέα ἐλθὼν καὶ μάγιστρος τιμηθείς, καὶ χωρία πολυπρόσοδα κατά τε Καππαδοκίαν καὶ τὸν Χαρσιανὸν καὶ τὸν Λικανδὸν εἰληφώς, εἰρηνικὸν καὶ ἀτάραχον τὸν ἀπὸ τοῦ ε ἔζησε βίον· ὁ δὲ Μονομάχος τὰ ἐκπολιορκηθέντα φρούρια παρὰ τοῦ Τιβιώτου καὶ χωρία ὡς μέρη τοῦ Ἀνίου ἐπιζητῶν, [P. 763] ἐπεὶ ἑκών γε ἐκεῖνος οὐ μεθίετο τούτων, ἀλλ' ἀντείχετο τῆς χρυσοβούλλου γραφῆς, ἀναιρεῖται πόλεμον πρὸς αὐτόν, καὶ πάλιν προστάττει τῷ παρακοιμωμένῳ μετά γε τῆς Ῥωμαϊκῆς χειρὸς τοῦ τε Ἰβηρικοῦ στρατοῦ καὶ τῆς ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀρμενίᾳ δυνάμεως, ἧς κατῆρχεν ὁ Ἀνιώτης, τῷ Ἀπλησφάρῃ πολεμεῖν. Πάσας οὖν οὗ- C τος ἠθροικὼς τὰς δυνάμεις, καὶ ἄρχοντα αὐταῖς ἐπιστήσας Μιχαὴλ τὸν βεστάρχην τὸν Ἰασίτην καὶ τὸν ἑαυτοῦ δοῦλον (30) Κωνσταντῖνον μάγιστρον τὸν Ἀλανόν, κατὰ τοῦ Τιβίου ἐκπέμπει. Ὁ δὲ Ἀπλησφάρης, στρατηγικώτατος ἄνθρωπος ὤν, εἴπερ τις ἄλλος, καὶ ἔργα πολεμικὰ καὶ βουλὰς ἐχθρῶν διασκεδάσαι δυνάμενος, πρὸς μὲν τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν εἰδὼς ἑαυτὸν μὴ ἀξιόχρεων οὐκ ἀντιπαρετάξατο, εἴσω δὲ τειχῶν συγκλείσας ἑαυτὸν καὶ τὸν παραῤῥέοντα μετοχετεύσας ποταμόν, καὶ πᾶσαν ἐπικλύσας τὴν πεδιάδα καὶ ἀποτελματώσας πηλώδη τε οὖσαν καὶ τεναγώδη, προσέμενε τὴν ἐπέλευσιν τῶν ἐναντίων, παρασπείρας ἐν τοῖς κύκλωθεν τῆς πόλεως οὖσιν ἀμπελῶσι τοξότας πεζούς, καὶ κρύπτεσθαι καὶ προσμένειν κελεύσας, ἄχρις ἂν αὐτὸς D τῇ σάλπιγγι ἐπισημήνηται τὸ ἐνυάλιον. Οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἄρχοντες τόν τε εἰς τὴν πόλιν συγκλεισμὸν καὶ τὴν τῆς πεδιάδος ἐπίκλυσιν δειλίας ἔργον καὶ ἀπογνώσεως κρίναντες, ἄτακτοι καὶ σποράδην

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(29) *Pagos.* Χωρίον moderna lingua *pagus.* GOAR.

(30) Servos fuisse magistros non credo. Legerem aliquid pro δοῦλον, fortasse ἀδελφόν aut tale quippiam: vero enim propius est fratrem quam servum Nicolai magistrum fuisse. XYL.— Auctoris ceu sana retenta lectione, monendus Xylander eumdem qui magister est, esse posse servum. Annon dux in aliqua provincia regis subditus est et, ut aiunt, vasallus? Vox enim δοῦλος non inhonorarii subditi significatu hic jacet. Ad rem nostram, Cacicius sese nuper imperatoris servum, id est subditum, fuit professus, at non alio proposito nisi ut in Anium Iberiamque perpetuum sibi vindicaret principatum. Isque Constantinus pariter, magistri dignitate in aula CP. provectus, simul potuit Alaniæ portionis ab imperatore renuntiari dominus, ac ut subditus seu vasallus sub eodem in bellis mereri. GOAR.

ἄλλοι μὲν τοὺς ἵππους ἀποβάντες, ἄλλοι δὲ καὶ ἔφιπποι, ὥς πη ἕκαστος ἐβούλετο, πρὸς τὴν πόλιν ἔτρεχον ὡς αὐτοβοεὶ ταύτην αἱρήσοντες. Ἐπεὶ δὲ ἔνδον ἐγένοντο τῶν ἐν μέσω τῶν ἀμπελώνων ὁδῶν καὶ ἄχρι τῆς πόλεως ἔφθασαν, τότε δὴ τῇ σάλπιγγι σημήνας ὁ Ἀπλησφάρης ἔργου ἐκέλευσεν ἔχεσθαι, καὶ ἐξαναστάντες ἀπὸ τῶν λόχων οἱ πεζοὶ οἱ μὲν τόξοις οἱ δὲ λίθοις ἔβαλλον, ἄλλοι δὲ ἐτίτρωσκον ἀπὸ τῶν θριγγῶν, τῶν Ῥωμαίων κωλυομένων ὑπὸ τούτων τοὺς πολεμίους ἀμύνασθαι. Γίνεται οὖν τροπὴ μεγάλη, καὶ σφάζεται Ῥωμαίων ἀπείρων πλῆθος, φυγεῖν μὴ δυναμένων τῶν ἵππων, ἀλλ' ἐμπιπτόντων εἰς τὸν πηλὸν καὶ τὰ τέλματα. Μόλις οὖν σωθεὶς ὁ Ἰασίτης σὺν τῷ Κωνσταντίνω ἐν τῷ Ἀνίω αὐτάγγελοι τῆς συμφορᾶς τῷ Νικολάῳ γεγόνασιν. Ἀγγελθέντος δὲ τοῦ συμβάντος ἀτυχήματος τῷ βασιλεῖ, ὁ μὲν Νικόλαος και ὁ Ἰασίτης ἀφαιροῦνται τὰς ἀρχὰς, προχειρίζονται δὲ ἀντὶ μὲν τοῦ Ἰασίτου δοὺξ Ἰβηρίας ὁ Κεκαυμένος, ἀντὶ δὲ τοῦ Νικολάου στρατηγὸς αὐτοκράτωρ Κωνσταντῖνος ὁ τῆς μεγάλης ἑταιρείας ἄρχων, εὐνοῦχος ἄνθρωπος, ἐκ Σαρακηνῶν ἕλκων τὸ γένος καὶ τῷ βασιλεῖ ὑπηρετήσας πρὸ τῆς βασιλείας καὶ πίστιν τηρῶν ἐς αὐτόν· οἳ δὴ καὶ κατὰ χώραν γενόμενοι καὶ τὰς δυνάμεις συνηθροικότες ἔργου εἴχοντο. Καὶ τῇ μὲν πόλει τοῦ Τιβίου, ἥτις ἦν τοῦ παντὸς ἔθνους μητρόπολις, προσβαλεῖν οὐκ ἠθέλησαν, ἀποπειρῶνται δὲ [P. 764] τῶν λοιπῶν φρουρίων τῶν ὅσα τῷ Ἀνίω ὑπόκειται. Καὶ αἱροῦσι μὲν τὴν Ἁγίαν Μαρίαν καὶ τὸ λεγόμενον Ἀμπίερ καὶ τὸν Ἅγιον Γρηγόριον, λίαν ἐρυμνὰ καὶ ἀπόκρημνα ὀχυρώματι, τοῦ Ἀπλησφάρη πολλάκις ἐπιχειρήσαντος βοηθῆσαι αὐτοῖς πολιορκουμένοις, καὶ τοσαυτάκις ἡττηθέντος. Ἔρχονται δὲ καὶ ἐπὶ τὸ φρούριον τὸ καλούμενον Χελιδόνιον, ἐπὶ βουνοῦ τε ἀποκρήμνου ἱδρυμένον καὶ οὐ πόῤῥω κείμενον τοῦ Τιβίου· καὶ κυκλωσάμενοι τοῦτο τάφροις καὶ χάραξι διὰ προσεδρείας ἠπείγοντο παραστήσασθαι· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐσπάνιζον τῶν ἀναγκαίων οἱ εἴσω τοῦ τείχους, μὴ φθάσαντες εἰσκομίσασθαι τὰ ἐπιτήδεια διὰ τὸ τῆς προσβολῆς ὀξύῤῥοπον. Καὶ παρεστήσαντο ἂν καὶ τοῦτο, εἰ μὴ αἰφνιδίως ἡ τοῦ πατρικίου Λέοντος τοῦ Τορνικίου ἐξ ἑσπέρας ἀνήφθη ἀποστασία. Οὗτος γὰρ στρατηγῶν ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ διαβληθεὶς ὡς τυραννιῶν τῆς τε ἀρχῆς παραστέλλεται καὶ μοναχὸς ἀποκείρεται καὶ εἰς τὴν πόλιν ἀχθεὶς οἴκοι μένειν ἐν Ἀδριανουπόλει προστάττεται. Μὴ ἐνεγκὼν δὲ εὐφόρως τὰ εἰς αὐτὸν γεγονότα ἀνιαρὰ, λάθρα καὶ κατὰ μικρὸν τοὺς ἐν Ἀδριανουπόλει πρότερον ὑποποιεῖται στρατηγοὺς, ὁπόσοι ἔτυχον ὄντες παρεωραμένοι καὶ ἄπρακτοι· διὰ δὲ τούτων καὶ τῶν αὐτοῦ συγγενῶν ὑποφθείρας καὶ τοὺς ὅσοι τῶν Μακεδονικῶν ἦρχον ταγμάτων καὶ Θρᾳκικῶν, καὶ τοὺς ὅσοι ἐσχόλαζον στρατιώτας καὶ τοὺς ὅσοι ταῖς λεηλασίαις καὶ ταῖς διαρπαγαῖς ἔχαιρον, καὶ χεῖρα ἱκανὴν συστησάμενος, ἀναγορεύεται βασιλεὺς, καὶ ἅπαντα τὸν ὑπ' αὐτὸν ἀγείρας λαὸν ὀξὺς ἐπιφαίνεται τῇ βασιλίδι, τοῦ βασιλέως μήτε ἱκανόν λαὸν ἔχοντος πρὸς ἀντιπαράταξιν μήτε πιστεύοντος τοῖς πολίταις ὡς εὔνοιαν καὶ πίστιν φυλάξουσιν ἐς αὐτόν.

A litatis principem, eunuchum, a Saracenis oriundum, sibi fidum hominem, et cujus opera etiam antequam **561** ad imperium eveheretur usus fuerat. Hi autem provinciam ingressi collectisque exercitibus ad rem gerendam conversi, urbem Tibium quæ erat ejus gentis ,metropolis, oppugnare incommodum rati, reliqua ad Anium pertinentia castella tentant, capiuntque Sanctam Mariam, Ampierum, Sanctum Gregorium, admodum munitas et præruptis impositas saxis arces, Aplesphario sæpe opem iis dum oppugnarentur ferre conato, semperque victo. Inde ad castellum Chelidonium veniunt, situm in præcipiti colle haud longe a Tibio. Id cum vallo fossaque circumvenissent, obsidione capere intendunt, quod jam præsidiarios res ad victum necessariæ destituebant, B subita obsidione præventos ne earum copiam importarent. Fuissentque eo potiti, nisi in Occidente repente patricii Leonis Tornicii exarsisset defectio, Is Leo cum Iberiam gubernaret affectatæ tyrannidem accusatus, magistratu spoliatus rasusque vitam monasticam agere jussus erat. Non mediocriter autem ferens contumeliam, occulte ac paulatim duces qui Adrianopoli erant corrupit, qui et ipsi contemptim ab imperatore habiti otio torpebant. Horum deinde et suorum necessariorum opera milites quoque sibi conciliat, qui otiosi **562** degebant, et quotquot prædis ac direptionibus delectabantur. Contractaque magna manu, imperator salutatus cum omnibus suis copiis actutum ad urbem proficiscitur. Imperator, qui neque ad re- C sistendum satis habebat in promptu militum, neque civium erga se fidei ac benevolentiæ se committere audebat, in Iberiam nuntium equis dispositis mittit ad Constantinum, omissis quæ in manibus erant, celerrime ad Cpolin cum exercitu venire jubens. Is acceptis litteris, quanquam jamjam potiturus Chelidonio videbatur, soluta obsidione cum Aplespharo pacem fœdusque componit, jurato et diris etiam ni promissa impleret imprecationibus se devovente, se in fide imperatoris permansurum neque quidquam contra Romanos moliturum. His ita actis, ad urbem cum exerctiu festinat. Hoc modo Chelidonium liberatum. Ipse cum Orientales legiones totumque exercitum adduxisset, jussu imperatoris urbem intravit, exercitus parte D in Thraciam transportata, ad Chrysopolin, quæ mari interfluente Cpoli opposita est, alia ad Abydum quæ in Hellesponto. Verum hæc postea temporis acta. Tornicius ante Constantini adventum mense Septembri, indictione prima, imperator, ut diximus, salutatus **563** dicto citius Cpolin obsidet, sperans se statim ea potiturum, quod sciebat imperatorem militibus destitui. Igitur castris proxime monasterium Anargyrorum e regione Blachernarum fixis, primum verbis ac pollicitationibus animos civium tentat, deinde, nomine audiente ipsum, vim parat. Sed et imperator cives populumque armat, iisque murorum defensionem commit-

tit; et milites qui tum aderant aliosque ipsius jussu a principibus senatus armatos, qui ultra mille non erant, per portam Blachernensem educit atque adversos hosti constituit, vallo tantummodo interposito, quod impetum irruentium hostium remoraretur. Atqui intra portas se continere et de muris repellere adorientes præstabat; et magister Argyrus Italus vehementer quiritabatur, ac imperatorem hortabatur ne se extra portas emitteret, neve cum favente multitudine et bellicis laboribus assueta congrederetur, ipse stipatus exigua manu tironum bellique imperitorum hominum. Ne quid tamen obtineret, Constantinus Leichudes effecit, auctor alterius consilii et in summa apud imperatorem auctoritate. Imperatore cum suis sub vesperam egresso, perduellis suos armat et in imperatorios magno cum impetu irruit, oculique 564 momento perrumpens vallum eos pellit. Horum alii capti sunt, alii fugientes in fossam urbi circumdatam inciderunt et misere perierunt. Sed et cives de muris præcipiti fuga se proripuerunt. Profugere etiam portarum Blachernensium custodes, non objectis portarum valvis. Quod nisi Tornicius fato fuisset impeditus, potuerat absque ullo labore in urbem penetrare ac imperium occupare. Nunc ille cum usque ad fossam muro contiguam pervenisset, ab insequendo destitit. Hoc animum imperatoriis reddidit, ut et portas occuparent et murorum defensionem susciperent. Haud dubie tunc Deus imperatorem servavit, ne sagitta interficeretur, quæ in ipsum emissa in rotundum cujusdam famuli capitis tegmen est delata, quod et huic et imperatori salutare fuit. Ad hunc ergo modum urbs proxima periculo, ab hoste tamén capta non est. Tornicius cum per aliquot dies in castris hæsisset, et ab ipso paulatim ad imperatorem deficeretur, veritus ne vel universi ab ipso transirent vel etiam comprehensum imperatori traderent, castris motis Arcadiopolin retro abiit, ibique cum Joanne Batatza castra posuit, Theodoro Strabomyta, Polye Marianoque Brana, Occidentalium legionum ducibus et sibi sanguine propinquis, ad Rædestum oppugnandam missis; quæ 565 urbs cum reliquæ omnes Macedonicæ atque Thracicæ urbes Tornicio accessissent, fidem una servabat opera episcopi et cujusdam in ea urbe summa potentia præditi Batatzæ, qui et ipse consanguineus erat Tornicii. Hi cum nihil efficerent aliquanto in ejus oppidi oppugnatione tracto tempore, ipse etiam Tornicius eo cunctas suas ducit copias. Cumque omni oppugnasset conatu et machinarum omne genus adhibuisset, oppidanis fortiter defendentibus, profligatus, soluto obsidio Arcadiopolin rediit. Interim Monomachus Orientales exercitus, qui jam a Chrysopoli et Abydo in Thraciam trajecerant, duce iis præfecto Michaelo Iacita magistro emittit in re-

A Καὶ διὰ τοῦτο ἄγγελος ἐς τὸν Κωνσταντῖνον ἐν Ἰβηρίᾳ πέμπεται δημοσίοις ἔποχος ἵπποις μετὰ γραμμάτων βασιλικῶν κελευόντων τῶν ἐν χερσὶν ἀφέμενον ἔργων ἀφικέσθαι ὡς τάχος μετὰ τῶν δυνάμεων ἐς τὴν βασιλίδα. Δεξάμενος δ' οὗτος τὰ γράμματα, καίτοι ἐν χερσὶν ἔχων τὸ φρούριον, λύει μὲν τὴν πολιορκίαν, σπένδεται δὲ τῷ Ἀπλησφάρῃ, ἀσφαλισάμενος αὐτὸν ἀραῖς καὶ ὅρκοις ὡς εὔνοιαν διαφυλάξει τῷ βασιλεῖ καὶ οὐδέποτε μελετήσει φαῦλον κατὰ Ῥωμαίων. Οὕτω δὲ πράξας καὶ τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν σπουδαίως ἠπείγετο πρὸς τὴν βασιλίδα. Καὶ τὸ μὲν Χελιδόνιον τοῦτον τὸν τρόπον διαδιδράσκει τὴν ἅλωσιν· ὁ δὲ Κωνσταντῖνος μετὰ τῶν ἑῴων ταγμάτων καὶ παντὸς τοῦ στρατοῦ κατελθὼν αὐτὸς μὲν εἴσεισιν εἰς τὴν βασιλίδα, τὸ δὲ πλῆθος B ἅπαν περαιοῦται προστάξει τοῦ βασιλέως εἰς Θρᾴκην, τὸ μὲν κατὰ τὴν ἀντίπορθμον τῇ βασιλίδι Χρυσόπολιν (31), τὸ δὲ κατὰ τὴν ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ Ἄβυδον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον· πρὶν ἢ δὲ τὰς δυνάμεις ἐλθεῖν, ὁ Τορνίκιος κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, τῆς α' ἐπινεμήσεως, βασιλεύς, ὡς ἐλέχθη, ἀναῤῥηθεὶς θᾶττον ἢ λόγος τὴν βασιλίδα καταλαμβάνει, [P. 705] ἐλπίζων αὐτοβοεὶ ταύτην αἱρήσειν διὰ τὸ μὴ εὐπορεῖν τὸν βασιλέα δυνάμεων. Καὶ χάρακα πηξάμενος καταντικρὺ τῶν Βλαχερνῶν, ἔγγιστα τῆς μονῆς τῶν Ἁγίων Ἀναργύρων (32), πρῶτον λόγοις καὶ ὑποσχέσεσιν ἀπεπειρᾶτο τῶν πολιτῶν, μηδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτῷ ἤδη καὶ ἔργου ἥπτετο. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς διά τε τῶν πολιτῶν καὶ τῶν παρευρεθέντων κατὰ τύχην στρατιωτῶν ἀντιπαρετάττετο, τοὺς μὲν πολίτας καὶ τὸν δῆμον τάξας ἐπὶ C τοῦ τείχους, τοὺς δὲ παρατυχόντας, στρατιώτας καὶ ἄλλους τινὰς ὅσους οἱ τῆς συγκλήτου ἄρχοντες κελεύσει τούτου καθώπλισαν, μὴ πλέον τῶν χιλίων ὄντας, ἐξαγαγὼν τοῦ τείχους διὰ τῶν ἐν Βλαχέρναις πυλῶν ἀντιμετώπους ἔστησε τῷ τυράννῳ, τάφρον τινὰ προστησάμενος εἰς κώλυμα τῶν ἐπιόντων, δέον εἴσω πυλῶν ἐπέχειν καὶ ἀπὸ τῶν τειχῶν τοὺς ἐπιόντας ἀμύνεσθαι, πολλὰ τοῦ μαγίστρου Ἀργυροῦ τοῦ Ἰταλοῦ ποτνιωμένου καὶ παρακαλοῦντος εἴσω μένειν καὶ μὴ ἐξάλλεσθαι, καὶ μὴ θέλειν λαῷ συμπλέκεσθαι μαινομένῳ καὶ ὀργῶντι καὶ στρατιωτικαῖς μελέταις ἐνηθλημένῳ μετὰ στρατιωτῶν ὀλιγοστῶν καὶ λαοῦ νεαλοῦς καὶ ἀπειροπολέμου. Ἀλλὰ ταῦτα λέγων οὐκ ἔπειθεν· ἀντέκειτο γὰρ Κωνσταντῖνος ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Λειχούδης, τὰ πρῶτα τότε παρὰ βασιλέως D φέρων καὶ μέγα παρὰ τούτῳ δυνάμενος καὶ τῆς βουλῆς ταύτης ὑπάρχων πατήρ. Ἐξελθόντων δὲ τούτων περὶ δείλην ὀψίαν, ὡς ἔγνω ὁ τύραννος, τὰς ἀμφ' αὐτὸν καθοπλίσας δυνάμεις ἔπεισι μετὰ ῥύμης μεγάλης, καὶ θᾶττον ἢ λόγος τὴν τάφρον διατεμὼν τρέπεται τοὺς ἔνδον, ὧν οἱ μὲν ἁλίσκονται, οἱ δὲ φεύγοντες εἰς τὴν τῆς πόλεως τάφρον κατέπιπτον καὶ οἰκτρῶς ἀπώλοντο. Ἔφευγον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους κρημνιζόμενοι οἱ πολῖται, παραπλησίως καὶ οἱ πυλωροὶ τῶν ἐν Βλαχέρναις τειχῶν τὰς πύλας

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(31) Turcis nunc *Scutari*. Male a quibusdam cum Chalcedone inferius sita confunditur. GOAR.

(32) Cosmæ et Damiani *nulla spe mercedis* medicam artem ex charitate *obeuntium*. GOAR.

ἀναπετάσαντες. Καὶ εἰ μὴ τύχη τις ἔσφηλε τῷ Τορνικίῳ τὰ πράγματα, εἰσῆλθεν ἂν ἀκονιτὶ καὶ κύριος τῶν ἁπάντων ἐγένετο. Ἄρτι δὲ διώξας ἄχρι τῆς παρὰ τῷ τείχει τάφρου ἐπέσχε τὸν διωγμὸν, καὶ πάλιν ἀναθαῤῥήσαντες οἱ περὶ τὸν βασιλέα τάς τε πύλας κατέσχον καὶ τῆς φυλακῆς ἐπεμελήθησαν τῶν τειχῶν. Τότε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς μικροῦ ἂν ἀπολώλει διὰ τόξου βληθεὶς, εἰ μὴ Θεὸς προφανῶς διεσώσατο, τοῦ ὀϊστοῦ ἐνεχθέντος εἴς τινος θεράποντος κάλυμμα στροβιλοειδὲς κεφαλῆς, ὅπερ καὶ τὸν ἔχοντα καὶ τὸν βασιλέα διεσώσατο. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἐγγὺς τοῦ ἁλῶναι ἡ πόλις ἐλθοῦσα διεσώθη. Ὁ δὲ ἀποστάτης ἐπί τινας ἡμέρας προσμείνας ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἐπειδὴ οἱ περὶ αὐτὸν κατὰ μικρὸν ὑποῤῥυέντες ηὐτομόλουν τῷ βασιλεῖ, πτοηθεὶς μή πως οἱ πάντες καταλιπόντες αὐτὸν οἰχήσονται ἢ καὶ κατασχόντες παραδῶσι τῷ βασιλεῖ, ἀναστὰς ἐκεῖθεν ὑπέστρεψεν ἐν Ἀρκαδιουπόλει. [P. 766] Καὶ αὐτὸς μὲν σὺν Ἰωάννῃ τῷ Βατάτζῃ παρεμβολὴν πηξάμενος ἐκεῖσε προσέμενε, Θεόδωρον δὲ τὸν τὴν ἐπωνυμίαν Στραβομύτην (33) καὶ τὸν λεγόμενον Πολὺν καὶ Μαριανὸν τὸν Βρανᾶν, ταγμάτων ἄρχοντας δυτικῶν, καθ' αἵματος κοινωνίαν αὐτῷ ἐγγίζοντας, πολιορκῆσαι ἐκπέμπει τὴν Ῥαιδεστόν· ἔτυχον γὰρ αἱ μὲν ἄλλαι Μακεδονικαὶ καὶ Θρᾳκικαὶ πόλεις προσχωρήσασαι τούτῳ, αὕτη δὲ μόνη εὔνοιαν ἐτήρει τῷ βασιλεῖ σπουδῇ τοῦ ταύτης ἀρχιερέως καί τινος ἐγχωρίου δυνάστου τοῦ λεγομένου Βατάτζη, συγγενοῦς ὄντος τοῦ Τορνικίου. Ὡς δ' ἀπελθόντες ἐκεῖνοι καὶ χρονοτριβοῦντες οὐδὲν ἤνυον, ἄρας καὶ αὐτὸς ἄπεισιν ἐκεῖσε μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ, καὶ πᾶσαν προσβολὴν καὶ μηχανὴν ἐπαγαγὼν τῇ πόλει καὶ πάντοθεν ἀποκρουσθεὶς εὐψύχως τῶν ἔνδον ἀποκρουομένων τὰς μηχανὰς ὑπέστρεψε πάλιν ἐν Ἀρκαδιουπόλει, λύσας τὴν πολιορκίαν. Ἄρτι δὲ καὶ τῶν Ἑῴων στρατευμάτων διαπεραιωθέντων ἔκ τε Χρυσουπόλεως καὶ Ἀβύδου πρὸς Θρᾴκην, στρατηγὸν ἐπιστήσας αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ μάγιστρον τὸν Ἰασίτην πέμπει κατὰ τῶν ἀποστατῶν. Ἀθροίσας δ' οὗτος ὑφ' ἓν τὰς δυνάμεις καὶ παραστρατοπεδεύσας τοῖς ἀποστάταις μάχης μὲν οὐκ ἦρχεν, ἐκήδετο δὲ μᾶλλον τῶν ἀνηκόντων χωρίων τοῖς ἀποστάταις, καὶ τοῖς ἁλισκομένοις φιλανθρώπως ἐφέρετο, καὶ γράμματα λαθραίως ἔπεμπε πρὸς αὐτοὺς ἀμνηστίαν ἐπαγγελλόμενος κακῶν καὶ ἀγαθῶν δαψίλειαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ χειμὼν ἐπέστη καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐσπάνιζον αὐτοί τε οἱ ἀποστάται καὶ τὰ ὑποζύγια καὶ οἱ ἵπποι, μὴ δυνάμενοι πρός τε τὸ ψῦχος καὶ τὸν λιμὸν καὶ τοὺς ἐναντίους ἀντικαθίστασθαι, κατὰ μικρὸν προσεῤῥύισκοντο τῷ μαγίστρῳ. Καὶ μέχρι μὲν τῶν ἀφανῶν ἦν αὐτομολία καὶ οὐκ ἐπισήμων, ἐκαρτέρει καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐτρέφετο· ἐπεὶ δὲ Μαριανὸς ὁ Βρανᾶς καὶ Πολὺς καὶ Θεόδωρος ὁ Στραβομύτης καὶ οἱ ἐκ τοῦ γένους τοῦ Γλαβᾶ καί τινες ἄλλοι τῶν ἐπισήμων ἀθρόοι καταλιπόντες αὐτὸν προσεῤῥύησαν τῷ Ἰασίτῃ, φυγὼν μετὰ Ἰωάννου τοῦ Βατάτζη, ὃς δὴ μετ' αὐτὸν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν ἀποστατῶν ἐτάττετο, ἐπείπερ ἄφυκτα ἦν, ἔν τινι κατέφυγεν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἡ ἐπισύστασις τῶν ἀποστατῶν ἐσκεδάσθη. Καὶ τούτους μὲν ὁ Ἰασίτης πέμψας κατέσχε καὶ πρὸς τὸν βασιλέα πεπεδημένους εἰσάγει, τοῦ δὲ στρατοῦ ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπανῆλθε πατρίδα κελεύσει τοῦ βασιλέως. Καὶ ὁ μὲν Τορνίκιος καὶ ὁ Βατάτζης ἀποτυφλοῦνται κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς ἑορτῆς τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως, δημεύονται δὲ καὶ ὁπόσοι παρέμειναν ἕως τέλους εὔνοι τῷ τυραννήσαντι, ἀτίμως πρότερον περιαχθέντες διὰ τῆς ἀγορᾶς καὶ ἐξορίᾳ παραπεμφθέντες. Καὶ ἡ μὲν ἀποστασία τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος, ἄρχεται δὲ λοιπὸν τὰ ἀπὸ τῶν Τούρκων κακά. Τίνες δὲ οἱ Τοῦρκοι, καὶ τίνα τρόπον ἤρξαντο πολεμεῖν Ῥωμαίοις, ἄνωθεν ἀναλαβὼν διηγήσομαι.

A belles. Hic contractis omnibus in unum copiis castra hostibus opponit, pugnaque abstinens operam dat ne eorum prædia maleficium patiantur, captosque humaniter tractat, reliquis per litteras occulte missas veniam delicti et omnium bonorum copiam promittens. Jam et hiems appetebat, et perduelles, cum et ipsi eorum jumenta alimentis destituerentur, quia frigus, famem hostemque simul sustinere non poterant, paulatim ad magistrum desciverunt. Tornicius vero, quamdiu obscuri tantum deficiebant, utcunque duravit et spem fovit. Cum autem Marianus Branas, Polys, Theodorus Strabomyta **566** et Glabana familia aliique illustres ipso deserto confertim ad Jasitam transiverunt, fugam ipse cum Joanne Batatza, qui ab eo inter rebelles erat dignatione proximus, paravit. B Cumque evadendi non suppeteret facultas, in templum quoddam se recepere. Sic agmen perduellium est dissipatum. Jasita eos missis famulis cepit et vinctos ad imperatorem abduxit: milites jussu imperatoris in suam quisque patriam discesserunt. Tornicio et Batatzæ oculi effossi pridie natalitiorum Christi. Eorum qui in benevolentia perduellis perstiterant bona publicata, prius ignominiose per forum circumductorum ac deinde relegatorum. Hunc finem ille habuit motus. Jam quas a Turcis accepimus calamitates referam, si prius quinam fuerint Turci, et qua occasione bellum contra Romanos gerere cœperint, expedivero.

[P. 767.] Τὸ τῶν Τούρκων ἔθνος γένος μέν ἐστιν Οὐννικὸν, οἰκεῖ δὲ τὰ προσάρκτια τῶν Καυκασίων ὀρῶν πολυάνθρωπόν τε ὂν καὶ αὐτόνομον καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἔθνους ποτὲ δουλωθέν. Τῆς δὲ τῶν Περσῶν ἀρχῆς εἰς Σαρακηνοὺς διαλυθείσης, καὶ τῆς τῶν

C Turcorum gens Unnica fuit, habitans ad Caucasi montis partes septentrionales, populosissima et libera nulliusque unquam nationis dominium experta. Postquam Saraceni Persarum regno everso non Persidem modo, Mediam, Babylonem et Assy-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(33) *Obtorto naso.* Facilia Græcis ex corporum defectibus cognomina. Goar.

riam, sed et Ægyptum et Libyam et Europæ non exiguam partem subegerunt, ipsi inter se cœperunt diversis temporibus varie dissentire. Ita unicum Saracenorum idque maximum imperium in multas est divisum partes, ut alius Hispaniæ jam, **567** alius Africæ, alius Ægypti, alius Babylonis, alius Persidis esset princeps. Tantum verò abfuit his ut inter se conveniret, ut inter vicinos etiam bella fuerint intestina. Proinde Persidis, Chorasmiorum, Oretanorum et Mediæ princeps Muchumetus, Imbraeli filius, Basilio imperii Romani clavum tenente, cum in bello quod adversus Indos atque Babylonios gerebat, rebus uteretur adversis, ex usu fore judicavit, si missis ad Turcorum principem legatis auxilium peteret. Mittit ergo ad eum legatos cum donis pretiosis, postulatque sibi auxilio mitti tria virorum millia. Turcus et allata dona gratissima habuit, et legati admodum comprobata petitione mittit ad Muchumetum tria, ut petiverat millia, duce Tragolipace Mucaleto, Miceeli filio. Enimvero hoc sperabat, si reprimere sui potuissent eos a quibus Saraceni invadebantur, facillime eos effecturos ut pons quo constratus Araxes erat, et qui ab utroque latere turribus excitatis ac præsidiis impositis munitus Turcis inaccessam Persidem faciebat, præsidiariis pulsis pervius Turcis postmodo fieret, itaque Persidis occupandæ sibi occasio daretur. Turcis mercenariis Muchumetus acceptis, iisque cum suo exercitu conjunctis, cum Arabum principe Pisasirio confligit, eumque nullo negotio superat, sagittarum conjectum non ferentibus Arabibus. Domum a victoria reversus, **568** eosdem Turcos voluit etiam in pugnam contra Indos, a quibus oppugnabatur, sibi adesse. Cumque petentibus ut domum sibi redire liceret et præsidium ab Araxis ponte abduceretur, vim etiam intentaret, Turci veriti majora pericula ab eo defecerunt, et in Carbonitidem solitudinem (neque enim tam pauci adversus tam multa depugnare audebant millia) se subduxerunt, indeque identidem erumpentes Saracenorum ditionem populati sunt. Iniquissime id ferens Muchumetus, ad 20 hominum millia adversum Turcos mittit, decem nobilissimos notæque fortitudinis ac prudentiæ duces Saracenos exercitui præficiens. Hi ad bellum profecti, intrare in desertum ob aquæ et alimentorum inopiam judicantes incommodum, proxime additum solitudinis Turcorum dux de adventu Saracenorum factus certior, re cum suis communicata, subito adoriri Saracenos ac Persas statuit; biduoque magnis confectis spatiis, tertia nocte eos secure in tentoriis agentes nihilque mali exspectantes invadit atque illico profligat. Ibi curribus, equis, pecuniaque plurima potitus, non jam ut fugitivus latrocinia exercere, sed palam exinde in **569** aperto castra habere. Et confluebant ad eum qui ob maleficia sup-

A Σαρακηνῶν ἐπικρατείας μὴ μόνον Περσίδος καὶ Μηδίας, Βαβυλωνος καὶ Ἀσσυρίων κυριευούσης, ἤδη δὲ καὶ Αἰγύπτου καὶ Λιβύης καὶ μέρους οὐκ ὀλίγου τῆς Εὐρώπης, ἐπείπερ ἔτυχον ἐν διαφόροις καιροῖς ἀλλήλων καταστασιάσαντες καὶ ἡ μία καὶ μεγίστη ἀρχὴ αὕτη εἰς πολλὰ διῃρέθη μέρη, καὶ ἄλλον μὲν ἀρχηγὸν εἶχεν ἡ Ἰσπανία, ἄλλον δὲ ἡ Λιβύη, ἄλλον δὲ ἡ Αἴγυπτος, ἄλλον δὲ ἡ Βαβυλὼν, ἕτερον δὲ ἡ Περσὶς, καὶ πρὸς ἀλλήλους μὲν οὐχ ὡμονόουν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ προσεπολέμουν οἱ γειτονοῦντες, ἀρχηγὸς Περσίδος καὶ Χωρασμίων καὶ Ὠρητανῶν καὶ Μηδίας ὑπάρχων Μουχοῦμετ κατὰ τοὺς χρόνους Βασιλείου τοῦ βασιλέως, ὁ τοῦ Ἰμβραὴλ, καὶ πολεμῶν Ἰνδοῖς καὶ Βαβυλωνίοις καὶ κακῶς ἐν τῷ πολέμῳ φερόμενος, ἔγνω
B et contra Patzinacas depugnent. Iique jussa statim sunt exsecuti. Conjunctis omnibus Romanorum copiis Kegenes eas eduxit, castrisque sub dio positis, quotidianis incursionibus Patzinacas haud leviter vexavit. Ii, amne trajecto, in pecudum, vini et potus e melle confecti maximam inciderant copiam, ne auditu quidem antea ipsis noti. Quibus cum affatim fruerentur, morbus eos cœliacus invasit, et quotidie moriebantur innumeri. De quo certior a transfuga quodam factus Kegenes, idque invadendi hostis opportunum tempus ratus, quo et hieme et morbo premebantur, pertractis in suam sententiam etiam Romanis, tergiversantibus nonnihil et contra tantam multitudinem pugnare metuentibus, in Patzinacas impetum dat. Qui celeri-

C tate irruentium hostium perterriti et pugnam reformidantes abjectis armis sese Romanis dedunt, cum Tyrachus ipse et cæteri principes, tum reliqua etiam turba. Consulebat Kegenes, atque etiam obtestabatur uti ad unum omnes occiderentur hostes. Et adagium afferebat, barbarum quidem, sed valde argutum : anguem hieme esse necandum, **587** cum non potest caudam movere, ne solis calore refectus molestiam laboremque ipsis creet. Romanis ductoribus id non probabatur, facinus hoc barbaricum fore et impium ac a Romana clementia alienum censentibus. Potius eos per desertas Bulgariæ planities dispergendos, atque hinc inde dissipatis tributum imponendum, Hoc modo et ingentem ab iis reditum rei Romanæ accessurum, et cum imperator militibus opus esset

D habiturus adversus Turcos aut alios barbaros, tunc eos armari posse. Re diu disputata vicit tandem Romanorum sententia. Sed Kegenes occisis quotquot ceperat Patzinacis, nisi quos vendidit, domum est reversus. Cæterum eorum multitudinem Bulgariæ præfectus Basilius Monachus per campestria Sardicæ, Naisi et Eutzapeli distribuit, omnibus ademptis armis, ne quid moliri possent. Tyrachus et cum eo centum quadraginta viri ad imperatorem abducti sunt; atque ab hoc benigne accepti, baptizati maximisque honoribus affecti, vitam ibi jucundam egerunt.

Βουλγαρίας παραλαβὼν ἄρχων Βασίλειος ὁ Μοναχὸς ἐγκαθιδρύει ἀνά τε τὰς πεδιάδας τῆς Σαρδικῆς, τῆς Ναϊσοῦ καὶ Εὐτζαπέλου διασπείρας πάντας καὶ πᾶν ὅπλον ἀφελόμενος διὰ τὸ ἀνεπιβούλευτον. Ὁ δὲ Τυρὰχ καὶ σὺν αὐτῷ ἄνδρες ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἄγονται εἰς τὸν βασιλέα· οὓς φιλοφρόνως οὗτος ἀποδεξάμενος καὶ βαπτίσας καὶ μεγίστοις ἀξιώμασιν ἐπάρας ἐν εὐπαθείαις κατεῖχεν.

At vero sultanus ob irritam legationem iratus, contractis e Perside et Babylonia copiis, bellum in Romanos movet. Id cum auditu percepisset Monomachus, cum suas copias opponere hosti statuit tum **588** quindecim millia Patzinacarum armat; iisque duces quatuor de Patzinacis Byzantii degentibus præficit, Sultzumum, Selzten, Caraman et Cataleimum, donatosque haud vulgariter et armis pulcherrimis ornatos Chrysopolin transmittit, addito qui eos in Iberiam duceret Constantino patricio Adrobalano. Mari trajecto Patzinacæ cum equos conscendissent et iter in Orientem ingressi usque ad Melitenam pervenissent, ubi ad Damatryn appropinquavere, subsistunt et deliberationem (ipsi commentum vocant) instituunt. Erant qui procedendum putarent neque mandatis imperatoris in ipsius ditione repugnandum, cum et avulsi a suis essent, neque soli Romanorum possent resistere viribus, neque haberent arcem in quam se, si quid præter institutum forte eveniret, reciperent. Aliis videbatur occupandos esse aliquos Bithyniæ montes in iisque manendum, et si quis adoriretur, defendendum: non autem intrandum in Iberiam, regionem remotam atque alienam, atque ubi non hostes modo Romanorum, sed ipsos etiam Romanos hostes essent habituri. Solus Catalimus suasit revertendum esse et se cum popularibus conjungendum. Et quodam percontante quanam ratione mare transiri posset, nihil aliud dixit quam quod se jussit sequi. Ergo Adrobalanum **589** interficere frustra conati (effugit enim in quoddam apud Damatryn palatiorum solarium tribus fastigiis tectum) Catalimum sequuntur ad mare, non quidem sperantes eum navigia habere parata quibus mare trajicerent, sed hæsitantes ac videre cupientes quænam esset futura trajiciendi ratio. Ut ad littus ventum est, Catalimus hoc unum fatus: « Qui se ipsum et universos Patzinacas vult esse salvos, me sequatur, » equo calcaribus incitato mare est ingressus. Quod alius rursumque alius imitatus, et tandem omnis Patzinacarum multitudo secuta est, quidam ut erant armati, alii abjectis armis. Mare ergo tranant, et ad Sanctum Tarasium in oppositum litus evadunt, et magnis itineribus ad suos apud Triaditzam perveniunt, nemine obstare aut eos prohibere auso, cum subitus adventus ipsis transitum expediret. Conjuncti cum Patzinacis qui apud Triaditzam agebant, eos quosque qui aliis in regionibus morabantur sollicant. Postquam universi in unum sunt collecti, correptis securibus ruralibus falcibusque et aliis ferramentis rusticis se armant, Philippopolinque profecti et Æmum transgressi ad flumen Osmum in campis Istro propinquis castra ponunt: **solus Seltes in Lobitzo**

A Ὁ δὲ σουλτάνος τὴν τῶν αὐτοῦ πρέσβεων ἄπρακτον ὑποστροφὴν μὴ φέρων, τὰς ἐν Περσίδι πάσας δυνάμεις καὶ τὰς Βαβυλωνίους ὑφ' ἓν ἀθροίσας εἰσβολὴν ποιεῖται κατὰ Ῥωμαίων. Τοῦτο δὲ προσκηκοὼς ὁ Μονομάχος ἔσπευδε μὲν καὶ διὰ τῶν οἰκείων δυνάμεων ἀντιπαράταξιν στῆσαι τῷ πολεμίῳ, ὥπλισε δὲ καὶ ἀπὸ τῶν Πατζινάκων χιλιάδας ιε'. Καὶ ἡγεμόνας τέσσαρας ἀπὸ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει Πατζινάκων αὐτοῖς ἐπιστήσας, τὸν Σουλτζοῦν, τὸν Σελτὲ, τὸν Καραμᾶν καὶ τὸν Καταλεὶμ, δώροις τε φιλοτιμησάμενος οὐ μικροῖς, καὶ ἅρματα κάλλιστα δοὺς καὶ ἵππους διαπρεπεῖς, περαιοῖ ἐν Χρυσουπόλει, δοὺς αὐτοῖς ὁδηγὸν τὸν ἀπάξαι μέλλοντα τούτους εἰς Ἰβηρίαν Κωνσταντῖνον τὸν πατρίκιον, [P. 779] ᾧ Ἀδροβάλανος τὸ ἐπώνυμον. B Περαιωθέντες δὲ οὗτοι καὶ τοὺς ἵππους ἀναβάντες καὶ τῆς πρὸς Ἀνατολὴν φερούσης ἁψάμενοι καὶ προελθόντες ἄχρι μιλίων τινῶν καὶ τῷ λεγομένῳ Δαματρύϊ προσεγγίσαντες ἐπέσχον τὴν πορείαν, καὶ στάντες ἐπὶ τῆς ὁδοῦ συμβουλὴν προετίθεσαν, ἥτις παρ' αὐτοῖς κομέντον ὠνόμασται. Τισὶ μὲν οὖν ἐδόκει πορευτέα εἶναι καὶ μὴ ἀντιβαίνειν ἐπὶ τῆς χώρας τοῦ βασιλέως τοῖς βασιλικοῖς προστάγμασι, τοῦ τε λοιποῦ ἔθνους κεχωρισμένοις καὶ μήτε καθ' ἑαυτοὺς ὑποστῆναι δυναμένοις τὴν Ῥωμαϊκὴν δύναμιν μήτε ὁρμητήριον ἔχουσι πρὸς τὰ τῆς τύχης ἀβούλητα· ἄλλοις πάλιν ἐδόκει, κατασχοῦσιν ὄρη τινὰ τῆς Βιθυνίας, ἐν τούτοις παραμένειν καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι, ἀνελθεῖν δὲ μηδαμῶς εἰς Ἰβηρίαν, ἐς χώραν μακρὰν καὶ ἀλλόκοτον, ἔνθα μέλλουσιν ἕξειν πολεμίους οὐ μόνον τοὺς ἐχθροὺς C Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς Ῥωμαίους. Ὁ Καταλεὶμ δὲ μόνος γνώμην ἐδίδου ὑποστρέψαι καὶ ἑνωθῆναι τοῖς συγγενέσιν. Εἰπόντος δέ τινος· « Καὶ πῶς ἂν ἔσεται περατὴ ἡ θάλασσα; » μηδὲν πλέον εἰπὼν ἕπεσθαί οἱ κελεύει. Τὸν μὲν οὖν Ἀδροβάλανον ὁρμήσαντες ἀποκτεῖναι οὐκ ἴσχυσαν (φυγὼν γὰρ διεσώθη ἔν τινι τριωρόφῳ ὑπερῴῳ τῶν ἐν τῷ Δαματρύϊ παλατίων), τῷ Καταλεὶμ δὲ ἑπόμενοι κατήρχοντο πρὸς τὴν θάλασσαν, οὐκ ἐλπίζοντες τάχα πλοῖα ἔχειν αὐτὸν ηὐτρεπισμένα τὰ ῥᾳδίαν τούτοις μέλλοντα ποιῆσαι τὴν τῆς θαλάσσης περαίωσιν, ἀλλὰ διαποροῦντες καὶ μαθεῖν ἐθέλοντες τίς ὁ τρόπος τῆς διαβάσεως. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ αἰγιαλῷ ἐγένοντο, μηδὲν πλέον εἰπὼν ὁ Καταλεὶμ ἀλλ' ἢ μόνον, « Ἑπέσθω ὁ βουλόμενος αὐτόν τε περιεῖναι D καὶ πάντας τοὺς Πατζινάκας. » τὸν ἵππον μυωπίσας εἴσεισιν εἰς τὴν θάλασσαν. Τοῦτο καὶ ἄλλος ἰδὼν ἐποίησε, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ ἄλλος, καὶ εὐθὺς τὸ πλῆθος ἅπαν· καὶ διανηξάμενοι περαιοῦνται κατὰ τὸν Ἅγιον Ταράσον, οἱ μὲν αὐτοῖς ἅρμασιν, οἱ δὲ πρότερον τὰ ἅρματα ἀποῤῥίψαντες. Καὶ περαιωθέντες καὶ τὴν πορείαν ἐπιτείναντες ἴσχυσαν διασωθῆναι πρὸς τοὺς οἰκείους κατὰ τὴν Τριαδίτζαν,

μηδενὸς ἀντιστῆναι ἢ κωλῦσαι τολμήσαντος· τὸ γὰρ αἰφνίδιον τῆς ἐφόδου εὔκολον αὐτοῖς τὴν πορείαν εἰργάσατο. Ἑνωθέντες οὖν τοῖς ἐν Τριαδίτζῃ (39) Πατζινάκοις διακηρυκεύονται καὶ πρὸς τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις χώραις καθιδρυμένους. Γενόμενοι οὖν οἱ πάντες ἄθροισμα ἕν, καὶ ἀνθ' ὅπλων ἀξίνας γεωργικὰς καὶ δρέπανα καὶ ἄλλα σιδήρια λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν ἀγρῶν καθοπλίζονται, καὶ ἐν Φιλιππουπόλει γενόμενοι καὶ τὸν Αἶμον διαβάντες τὸ μὲν πλῆθος ἅπαν περὶ τὸν λεγόμενον Ὄσμον ποταμὸν κατεσκήνωσεν ἐν τῇ παριστρίῳ πεδιάδι, μόνος δὲ ὁ Σελτὲ ἐν τῷ Λοβιτζῷ προσμείνας διανεπαύετο. [P. 780] Ἄρτι δὲ καὶ τὰς Μακεδονικὰς ἀθροίσας δυνάμεις ὁ Ἀριανίτης καταδιώκει ὄπισθεν αὐτῶν. Καὶ καταλαβὼν ἐν τῷ Λοβιτζῷ τὸν Σελτὲ κατεσκηνωμένον, τοῦτον μὲν κρατῆσαι οὐκ ἴσχυσεν (ἔφθασε γὰρ διαδρὰς), τὴν δὲ πᾶσαν αὐτοῦ στρατοπεδείαν κατασχὼν ἐπέστρεψε. Καὶ τὰ μὲν τῆς Ἑσπέρας τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

substiterat. **590** Interim Arianita Macedonicis exercitibus contractis, eos a tergo insequitur, cumque Seltes Lobitzo aufugisset, castris ejus potitus domum revertitur.

Ὁ δὲ σουλτάνος, ὡς εἴπομεν, βαρυθυμήσας διὰ τὴν τῶν αὐτοῦ καταφρόνησιν πρέσβεων καὶ τὴν τῶν θελημάτων ἀστοχίαν, ἄρας μετὰ πάσης αὐτοῦ τῆς δυνάμεως ἔξεισι κατὰ τῆς ὑπηκόου Ῥωμαίοις· καὶ κατελθὼν ἄχρι τοῦ λεγομένου Κωμιοῦ, καὶ μηδὲν ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον διαπράξασθαι δυνηθεὶς (ἔφθασαν γὰρ οἱ τῆς χώρας προασφαλίσασθαι ἑαυτούς τε καὶ τὰ αὐτοῖς ἀναγκαιότατα ἐν τοῖς φρουρίοις· γέμει δὲ ἡ Ἰβηρία φρουρίων ἐρυμνοτάτων), προσωτέρω δὲ προβῆναι μὴ θαῤῥήσας τῷ πυθέσθαι τὰς Ῥωμαϊκὰς ἐν Καισαρείᾳ δυνάμεις ἀθροίζεσθαι, ὑπέστρεψε τῷ θυμῷ φλεγμαίνων καὶ μέγα τι ζητῶν κατεργάζεσθαι. Γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Βαασπρακὰν, καὶ παραπλησίως κἀκεῖ τὰ πάντα τειχήρη εὑρὼν, ἐπέβαλε ταῖς πολιορκίαις, καὶ ἀπεπειράσατο πρότερον τοῦ λεγομένου Μαντζικίερτε· πόλις δὲ τὸ Μαντζικίερτε ἐν γῇ ὁμαλῇ μὲν κειμένη, τείχεσι δὲ τρισὶ στεφανουμένη καὶ ὕδασι πολλοῖς ἔνδον κατάῤῥυτος πηγιμαίοις· τότε δὲ καὶ ἔτυχεν ἀφθόνως εἰσκομίσασα τὰ ἀναγκαῖα. Ταύτην οἰηθεὶς ὁ σουλτάνος ῥᾳδίως ἐκπολιορκῆσαι τῷ ἐν εὐεπιβουλεύτῳ ἱδρῦσθαι τόπῳ, χάρακα πηξάμενος ἔγγιστα ἐπεχείρει πολιορκεῖν, καὶ διέμεινεν ἐπὶ τριάκοντα ἡμέρας ταύτην ἀνενδότως πολιορκῶν, ποικίλαις ἑλεπόλεσι χρώμενος καὶ παντοίοις εἴδεσι μηχανημάτων. Εὐρώστως δὲ τῶν ἔνδον ἀποκρουομένων τὰς προσβολὰς ἐμπειρίᾳ καὶ συνέσει τοῦ στρατηγοῦ (ἦν δὲ Βασίλειος πατρίκιος ὁ ἀπὸ Κάπης), ἐπείπερ ἔγνω ἀδυνάτοις ἐπιχειρῶν, ἐβουλεύσατο λῦσαι τὴν πολιορκίαν καὶ ὑποστρέψαι. Ἀνέκοψε δὲ τῆς ὁρμῆς αὐτὸν Ἀλκὰν ὁ τῶν Χωρασμίων ἡγεμὼν, αἰτησάμενος μίαν ἔτι προσμεῖναι ἡμέραν καὶ αὐτῷ ἐπιτρέψαι τὸν κατὰ τῆς πόλεως πόλεμον. Ἡσθεὶς δὲ τῷ αἰτήματι ἐπέσχε τὴν ἀναζυγήν. Ἕωθεν οὖν ὁ Ἀλκὰν τὸν ἀμφ' αὐτὸν ἀθροίσας ἅπαντα λαὸν, καὶ θεωρῶν ἐπί τινος γεωλόφου κατὰ τὴν ἑῴαν στήσας πύλην τὸν σουλτάνον αὐτὸν καὶ τοὺς ὅσοι τῶν Τούρκων ἦσαν ἐπισημότατοι, τὰς ἑλεπόλεις λαβὼν ἄπεισιν εἰς τὴν εἰρημένην πύλην· ἐκεῖσε γὰρ ἐδόκει τὰ τείχη τῆς πόλεως ταπεινότερά τε καὶ ἀσθενέστερα, καὶ ὁ τόπος ἀνάστημα ἔχων καὶ τῇ πολιορκίᾳ προσβοηθῶν, ἄνωθεν διδοὺς βάλλεσθαι τοὺς εἴσω τοῦ τείχους ὑπὸ τῶν ἔξω. Διελὼν οὖν διχῇ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν μὲν στήσας ἐπὶ τοῦ ἀναστήματος ἐπιμόνῳ χρῆσθαι

Dum hæc in Occidente geruntur, sultanus ob contemptos suos legatos et consiliorum adversos eventus fremens cum omnibus suis copiis in Romanam ditionem intrat. Cum vero usque ad Comium pervenisset, nihilque memorabile agere potuisset, quod incolæ se et res necessarias castellis, qualia per Iberiam et plurima sunt et munitissima, mature incluserant, ulterius progredi non ausus, quia Romanas copias audiebat Cæsareæ colligi, rediit ira flagrans magnumque aliquod facinus edere cupiens. Postquam in Baaspracaniam venit atque ibi etiam omnia muris defendi vidit, animum ad oppugnationes appellit, ac primo omnium Mantzikierte aggreditur. Urbs est Mantzikierte in planitie posita, triplici muro circumdata multisque intus fontibus irrigua : tum quoque rerum necessariarum invexerant oppidani copiam. Hanc urbem se, quod locus eam adortu facilem faceret, non magno expugnaturum ratus negotio sultanus, vallo proxime defixo omnis generis machinis tentat, ac **591** per triginta dies absque ulla intermissione oppugnat. Præerat et urbi Basilius patricius a Capa, homo prudens ac peritus. Ejus industria factum ut qui in urbe erant, oppugnantes fortiter repellerent. Jam de re quam frustra sibi videbatur conatus omittenda et obsidione solvenda cogitantem sultanum Alcan Chorasmiorum dux rogat, ut adhuc unum diem perseveret sibique oppugnationem mandet. Quod perlibenter concessit sultanus. Prima luce, Alcan omnibus suis collectis sultanum et illustrissimos Turcarum in tumulo quodam juxta portam orientalem spectandi causa collocat, atque ipse ad eam portam cum machinis subit. Videbatur enim eo loco murus urbis humilior ac infirmior, locusque oppositus aliquanto editior oppugnationem adjuvare, quia intra muros qui essent, desuper telis impeti ab oppugnantibus possent. Ergo in duas partes exercitum suum dividit, quarum una editiore illo loco staret continenterque sagittas ejacularetur : alteram ligonibus, bidentibus aliisque rusticis instrumentis armatam lesas (tabernaculi genus est lesa, ex viminibus contextum ac superne corio bubulo inductum, quod a columnis sustinetur, quarum basibus rotæ sunt subjectæ) subire,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(39) Olim Sardicen. Goar.

easque paulatim impellere, muroque sub iis succedere et tutos isto tegmine fundamenta **592** omni vi subruere jubet, animi certus ob sagittarum nimbum neminem ausurum de muro prospicere, atque ita se urbem expugnaturum somnians. Hæc de muro cernens Basilius iis quibus murorum defendendorum munus incumbebat, mandat ut se contineant, neque quisquam se exserat, sed in promptu habeant grandia saxa, sagittas aliaque missilia, et exspectent signum, quo dato (erat autem tessara : *Christe, juva*) rem gerant. Et habebat ad rem hanc paratas trabes maximas inferne auctas. Interim Alcan, cum Turci grandinis in morem emissis sagittis propugnatores viderentur abegisse, paulatim lesas muro admovet. Cuæ cum ita accessissent ut jam retro abire nullo modo posse viderentur, subito dato a Basilio signo ii quibus negotium erat commissum trabes lesis injiciunt, alii missilibus et lapidibus impetunt. Itaque lesa qua ipse Alcan tegebatur, pondere impactorum subversa tectos nudavit ; qui undique lapidibus et sagittis impetiti, cum opem ferre nemo posset, omnes perierunt. Alcanem splendore armorum agnitum fortes duo juvenes porta urbis exsilientes crinibus comprehensum in urbem pertraxerunt ; **593** cui statim caput amputavit Basilius, idque in Turcos est jaculatus. Sultanus gravissimo dolore ob eam cladem percepto castra movet, fingens se necessariis quibusdam rebus urgentibus domum avocari, minatusque insequenti vere se majoribus cum copiis in Romanos expeditionem facturum.

A κελεύει τῇ τοξείᾳ, αὐτὸς δὲ σκηνὰς ἐκ λύγων ἔχων πεπλεγμένας, βοείαις βύρσαις ἄνωθεν ἐσκεπασμένας καὶ τροχοὺς ἐχούσας ὑπὸ τὰς τῶν βασταζόντων κιόνων βάσεις (λέσσας τὰς τοιαύτας κατονομάζουσι [P. 781] μηχανάς), λαοῦ πλήσας δικέλλας φέροντος καὶ σκαπάνας καὶ ἄλλα γεωργικὰ ὄργανα, ᾤετο κατὰ μικρὸν ὑπωθεῖν τὰς σκηνὰς καὶ τοῖς τείχεσι προσαρμόσαι καὶ οὕτως ὑπορύττειν ἀνέτως καὶ ἀδεῶς τὰ θεμέλια, πιστεύσας ὡς οὐδεὶς προκύψαι τοῦ τείχους συγχωρηθήσεται ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν βελῶν· καὶ τοῦτοι ἐφαντάζετο τὸν τρόπον παραλήψεσθαι τὴν πόλιν. Ταῦτα δὲ βλέπων ἀπὸ τοῦ τείχους ὁ Ἀποκάπης τοῖς μὲν τειχοφυλακοῦσιν ἀτρεμεῖν καὶ μηδένα προκύπτειν διτκελεύετο, μόνον δὲ λίθους χειροπληθεῖς ἔχειν ηὐτρεπισμένους καὶ τόξα B καὶ ἄλλα ἐκηβόλα ὄργανα, καὶ προσμένειν τὸ ἐξ αὐτοῦ σύνθημα (ἦν δὲ τὸ, Χριστὲ, βοήθει), οὗ δοθέντος ἔργου ἔχεσθαι· εἶχε δὲ παρ' ἑαυτῷ καὶ δοκοὺς μεγίστας, κατὰ τὴν βάσιν ὀξείας· Καὶ ὁ μὲν διετάττετο ὧδε, ὁ δὲ Ἀλκὰν τῶν ἐκτὸς Τούρκων χαλαζηδὸν ἐκπεμπόντων τὰ βέλη καὶ τοὺς εἴσω τείχους ἀνακόπτειν δοκούντων, κατ' ὀλίγον ὑπωθῶν τὰς λέσσας προσήρειδε τῷ τείχει. Ἐπεὶ δὲ ἔφθασαν αἱ σκηναὶ προσεγγίσαι καὶ ἐδόκει ἀδύνατος αὐταῖς εἶναι ἡ εἰς τοὐπίσω ἀναστροφή, αἰφνίδιον τοῦ Ἀποκάπη τὸ σύνθημα δόντος οἵ τε ἐπὶ τῶν δοκῶν τεταγμένοι τὰς δοκοὺς ἠφίεσαν κατὰ τῶν σκηνῶν καὶ οἱ λοιποὶ τόξοις καὶ λίθοις ἔβαλλον. Τότε δὴ οὖν ἡ τὸν Ἀλκὰν ἔχουσα σκηνὴ πολλαῖς περιπαρεῖσα κατὰ τὴν στέγην δοκοῖς ἀνετράπη ὑπὸ τοῦ βάρους τούτων περιτραπεῖσα· ἧς περιτραπείσης οἱ ἔνδον ταύτης ἀπογυμνωθέντες ἐβάλλοντο πάντοθεν λίθοις καὶ τόξοις, μηδενὸς ἐπαμῦναι τούτοις ἰσχύοντος. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔπεσον ἐλεεινῶς, ἐλήφθη δὲ ὁ Ἀλκὰν ζωγρίας, γνώριμος ἀπὸ τῆς λαμπρότητος τῶν ὅπλων ὑπάρχων· δύο γάρ τινες καλοὶ κἀγαθοὶ νεανίαι προπηδήσαντες τῶν πυλῶν τῆς πόλεως καὶ τῶν τριχῶν τούτου δραξάμενοι σύροντες εἰσήγαγον εἰς τὴν πόλιν, Καὶ τούτου μὲν εὐθὺς τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν ὁ Βασίλειος ἀκοντίζει τοῖς Τούρκοις, ὁ δὲ σουλτάνος περιαλγήσας τῷ πάθει λύει τὴν πολιορκίαν καὶ ἀναζεύγνυσι, πλασάμενος ἀναγκαῖά τινα πράγματα κατεπείγειν αὐτὸν οἴκαδε ὑποστρέφειν, ἀπειλῶν εἰς τοὐπιὸν ἔαρ μετὰ μείζονος κακὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπιστρατεῦσαι δυνάμεως.

Qua de re imperator sollicitus, simul et de Aplesphare, qui violato quod cum Constantino pepigerat fœdere Romanam ditionem infestabat, ulciscendo cogitans, omnes in unum contrahit Orientales copias, iisque præficit Nicephorum quemdam eunuchum, qui aliquando sacerdos Monomacho adhuc privato inservierat et splendoris ac gloriæ profanæ studio sacerdotium ejuraverat. Hunc ergo rectoris titulo decoratum et castrorum præfecti in Orientem mittit, non quod is homo strenuus esset aut bellica re industrius, sed quia imperatori erat fidelis. Is Nicephorus cum exercitu usque ad pontes Ferreos (loci hoc nomen) et Cantzacium progressus in Turcos quidem non incidit : hi enim in planitie Persarmeniæ castra metati, duce Abimelecho Cutlumusi fratre, cum de Romanorum gravi expeditione nuntium accepissent, non ausi eorum adventum exspectare domum abierant. Aplesphare autem intra muros compulso viciniam depopulatur, adigitque eum ut vel invitus fœdus renovet, **594** obsidemque det Artasyram filium Phatlumi fratris

C Περὶ ἧς φροντίζων ὁ Μονομάχος, ἔτι δὲ καὶ τὸν Ἀπλησφάρην τὸν τοῦ Τιβίου ἄρχοντα τὰς ἐπὶ Κωνσταντίνου σπονδὰς διαλύσαντα καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων κακοῦντα ἀμυνόμενος, τὰ Ἑῷα τάγματα πάντα ἀθροίσας καὶ ἡγεμονεύειν τάξας αὐτῶν Νικηφόρον τινὰ εὐνοῦχον, ἱερέα μὲν τυγχάνοντα πρότερον καὶ τῷ βασιλεῖ ὑπηρετοῦντα ἰδιωτεύοντι, διὰ κοσμικὴν δὲ περιφάνειαν καὶ δόξαν ἀπωσάμενον τὴν ἱερωσύνην, ῥαίκτωρα τοῦτον τιμήσας καὶ στρατοπεδάρχην ὀνομάσας εἰς τὴν Ἑῴαν ἐκπέμπει, οὐκ ἐπειδὴ δραστήριος ἦν καὶ ἐνεργὸς τὰ πολεμικά, ἀλλ' ἐπειδὴ εὔνοιαν ἐτήρει τῷ βασιλεῖ. Οὗτος ἀνελθὼν μετὰ τοῦ στρατοῦ ἄχρι τῆς [P. 782] λεγομένης Σιδηρᾶς γεφύρας καὶ τοῦ Καντζακίου Τούρκοις μὲν οὐκ ἐνέτυχεν (ἐν τῇ πεδιάδι γὰρ τῆς Περσαρμενίας στρατοπεδεύοντες μετὰ Ἀβιμέλεχ τινὸς στρατηγοῦ, D ἀδελφοῦ τοῦ Κουτλουμοῦς, καὶ πυθόμενοι τὴν τῶν Ῥωμαίων βαρεῖαν ἔφοδον, μὴ στέρξαι τὴν ἐπέλευσιν τολμήσαντες ὑπεστρέφησαν οἴκαδε), ὁ δὲ Ῥωμαϊκὸς στρατὸς τὸν Ἀπλησφάρην εἴσω τοῦ τείχους συγκλείσαντες, καὶ τὴν περίχωρον πᾶσαν ληϊσάμενοι, ἔπει-

σιν καὶ ἄκοντα ἀνανεώσασθαι τὰς σπονδὰς καὶ ὅμηρον δοῦναι Ἀρτασύραν τὸν υἱὸν Φατλοὺμ τοῦ οἰκείου ἀδελφοῦ τοῦ τῆς Καντζακηνῶν κατάρχοντος γῆς· ὃν εἰληφὼς ὁ Νικηφόρος ἐπάνεισι πρὸς τὴν πόλιν.

Οἱ Πατζινάκαι δὲ τὸν Αἷμον, ὡς εἴπομεν, διαβάντες, καὶ τὴν μεταξὺ τούτου καὶ τοῦ Ἴστρου κατασκοπήσαντες πεδιάδα τὴν διήκουσαν μέχρι θαλάσσης, καὶ τόπον εὑρόντες νάπας καὶ ἄλση ἔχοντα καὶ λόχμας παντοδαπὰς καὶ ὕδωρ καὶ νομὰς (Ἑκατὸν βουνοὺς τὸν τόπον ὀνομάζουσιν οἱ ἐγχώριοι), ἐκεῖσε ἐγκαθιδρύονται, καὶ ἐκδρομὰς αὐτόθεν ποιούμενοι οὐ μικρὰ τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ἐλύπουν. Ὁ δὲ βασιλεὺς μεταπέμπεται τὸν Κεγένην ἐπὶ συμβουλῇ εἰς τὴν βασιλίδα· καὶ ὡς εἴσεισιν εὐθὺς μετὰ παντὸς τοῦ οἰκείου στρατοῦ, καὶ κατασκηνοῖ κατὰ τὴν ἀφωρισμένην πεδιάδα Βυζαντίοις εἰς πεδίαν (Μαΐτας ὁ τόπος κατονομάζεται) σὺν ἅπαντι τῷ στρατῷ. Μήπω δὲ ἐντυχὼν τῷ βασιλεῖ, μηδ' ὅτου μετεκλήθη χάριν μαθών, ἐπιβουλεύεται ταύτῃ τῇ νυκτὶ ὑπὸ Πατζινάκων τριῶν μετὰ ξιφῶν ἐπελθόντων κοιμωμένῳ καὶ πληγὰς ἐπενεγκόντων αὐτῷ, μὴ μέντοι καιρίας· γνωσθέντες γὰρ εὐθὺς ὑπὸ τῶν σωματοφυλακούντων τάς τε πληγὰς ἀσθενεῖς ἐπιφέρουσι, καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμήσαντες βοηδρομήσαντος τοῦ πλήθους μετὰ Βαλτζὰρ υἱοῦ τοῦ Κεγένους ἁλίσκονται. Ἕωθεν οὖν ὁ Βαλτζὰρ ἐφ' ἁμάξης τετρατρόχου τὸν ἑαυτοῦ πατέρα θεὶς, καὶ τοὺς ἐπιβουλεύσαντας ὄπισθεν τῆς ἁμάξης ἕλκων πεπεδημένους (οὐδὲν γὰρ εἰς αὐτοὺς διαπράξασθαι πλέον ἐτόλμησεν ἐπιβοωμένους τὸν βασιλέα), ἅμα παντὶ ἐφίππῳ τῷ στρατῷ, αὐτὸς πεζὸς σὺν τῷ ἀδελφῷ Γουλίνῳ ἑπόμενος τῇ ἁμάξῃ ὑπὸ δυοῖν ἑλκομένῃ ἵππων, ἔρχεται πρὸς τὸν βασιλέα. Καὶ κατὰ τὸ ἱπποδρόμιον γενόμενος ταύτην μὲν ἵστησιν ἐκεῖσε, αὐτὸς δὲ εἴσεισι πρὸς τὸν βασιλέα, τῆς φήμης προδραμούσης καὶ προοδοποιησάσης αὐτῷ τὴν εἴσοδον. Ὃν εἰσαχθέντα ὁ βασιλεὺς ἐπήρετο διὰ τί μὴ εὐθὺς τιμωρὸς ἐγένετο τῶν τοῦ πατρὸς φονέων· τοῦ δὲ φήσαντος, Ὅτιπερ τὸ σὸν, ἐπεκαλοῦντο συνεχῶς ὄνομα, εἰς ὑποψίας ἀτόπους ἐνέπεσεν ὁ βασιλεὺς, καὶ λόγου θᾶττον ἐκπέμψας ἄγει τοὺς δεσμίους πρὸς ἑαυτὸν, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο δι' ἥνπερ ἐπεχείρησαν τὸν πατρίκιον ἀνελεῖν. [P. 783] Τῶν δὲ φησάντων, Ὅτιπερ κακόνους ἦν τῇ βασιλείᾳ σου καὶ τῇ πόλει, ὄρθρου μελετῶν εἰσελθεῖν καὶ πάντας μὲν κατασφάξαι τοὺς ἔνδον, λαφυραγωγῆσαι δὲ καὶ τὴν πόλιν καὶ πρὸς τοὺς Πατζινάκας ἐπαναδραμεῖν, δέον ἐξετάσαι τὰ λεχθέντα καὶ εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν, ὁ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ' ἀδεσπότοις πιστεύσας συκοφαντίαις καὶ ἀσυστάτοις, τὸν μὲν Κεγένην ἄγει πρὸς τὰ βασίλεια καὶ ἐν προσχήματι τάχα θεραπείας καὶ ἰατρείας ἐν τῇ ἐλεφαντίνῃ καθείργνυσι, τοὺς δὲ τούτου υἱοὺς ἐν ἑτέρῳ καὶ ἑτέρῳ τόπῳ διΐστησιν ἀπ' αὐτοῦ. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν Πατζινάκων βρώμασι καὶ πόμασι παντοίοις πρὸς τὸ δοκεῖν εὐνοεῖν ἀνελάμβανε, σπεύδων, εἰ οἷόν τε, τῶν ἁρμάτων τούτους ἀπογυμνῶσαι καὶ τῶν ἵππων καὶ κατασχεῖν καὶ φρουρῆσαι, τοὺς ἐπιθεμένους τῷ φόνῳ ἀνέτως καὶ ἐλευθερίως, ὅπῃ καὶ ὡς βούλονται, διάγειν κελεύσας. Καὶ ἐδόκει μὲν ταῦτα διαπραξάμενος λανθάνειν, ἀλλὰ τὸν δῆμον

A sui, Cantzacenæ regionis principis. Cum hoc Nicephorus in urbem rediit.

Patzinacæ autem Hæmo, ut ostendimus, superato, planitiem quæ inter hunc et Istrum interjacet ad mare usque porrecta speculati, cum invenissent locum ibi saltus et lucos omnisque generis silvas et aquam ac pascua habentem (incolæ locum Centum colles appellabant), in eo consederunt, atque inde factis excursionibus subditos Romanorum non leviter vexarunt. Ergo Kegenes consultandi causa ab imperatore evocatus cum omnibus suis copiis ad urbem accedit, et castra facit in campo Byzantiis designato, cui loco Maitas nomen est. Nondum B autem cum imperatore congressus, neque cur esset vocatus sciens, hac ipsa nocte insidiis Patzinacarum trium petitur, qui strictis ensibus irruentes dormienti vulnera imponunt, non tamen lethalia. Nam a satellitibus statim cogniti ictus languidiores inferunt: et fugæ se dantes accurrente opitulatum multitudine cum Balzaro Kegenis filio capiuntur. Mane Baltzar currui quatuor habenti rotas imponit patrem, et percussores post eum vinctos trahit (nihil enim amplius statuere de eis audebat, quod imperatorem appellassent), et omni suo cum exercitu equestri pedes **595** ipse cum fratre Gulino currum a duobus tractum equis sequens urbem intrat; cumque ad Circum pervenisset, currum ibi sistens ad imperatorem se confert, quo jam ante C fama præcurrerat ipsisque aditum fecerat. Admissum imperator percontatur cur non illico patris percussores supplicio effecerit. Respondet, Quia te identidem nominatim invocabant. Hinc absurdæ obortæ Monomacho suspiciones, ac dicto citius missi qui vinctos istos adducerent, causamque exquirit qua ad necem Kegenis patricii fuerint impulsi. Illi hanc proferunt infidum imperio Romano fuisse Kegenem atque urbi, et in animo habuisse prima luce urbem ingredi, trucidatisque omnibus qui intus essent, eam diripere, atque ad Patzinacas reverti. Hic imperator cum inquirere in dicta et veritatem perscrutari debebat, omissa ea cura fidem incertis et male cohærentibus calumniis deferens, Kegenem in palatium introductum sub curationis ac medicinæ specie in Elephantina inclu- D dit, filios ejus a se invicem divulsos diversis locis collocat, simulataque benevolentia, multitudinem Patzicarum recreans cibi ac potus omni genere, id quærit ut si qua fieri possit ratione, armis eos equisque nudatos in custodiam dedat. Percussoribus, ubicunque vellent libere degendi facultatem concedit. **596** Et putabat sane non animadverti quid ageret: sed Patzinacas tamen minime fefellit. Nam nihil boni significari eo judicabant quod ducem ipsorum detinebat ac quod filios ejus disjunxerat; et libertatem percussoribus permissam pro aperto malevolentiæ signo habebant. Itaque ea quæ mittebantur ab imperatore actis gratiis et

fausta ei precantes accipiebant, prorsusque præ se ferebant omnia sibi probari. Sed nocte facta, nemine suspicante, e castris discesserunt, ac continenter per totam noctem facto itinere, tertio die Hæmum transgressi reliquis se conjunxerunt Patzinacis. Cum omnes in unum coivissent, jamque etiam armorum satis magnam parassent copiam, Hæmum transeunt, castrisque ad Aulam (id est, castellum in processu montis Hæmi, haud longe Adrianopoli situm) factis prædis agendis sedant.

A οὐκ ἔλαθε τῶν Πατζινάκων. Τήν τε γὰρ τοῦ αὐτῶν καθηγεμόνος κατάσχεσιν καὶ τὴν τῶν ἐκείνου υἱῶν διάζευξιν οὐ χρηστὸν οἰωνὸν ἐλογίζοντο, καὶ σημεῖον κακονοίας προφανὲς ἐνόμιζεν τὴν τῶν ἐπιβούλων ἐλευθερίαν. Διὸ καὶ τὰ μὲν πεμφθέντα ἐδέξαντο μετ' εὐχαριστίας, καὶ τὸν βασιλέα εὐφήμησαν, καὶ δι' ὧν ἐποίουν ἀποδεχομένοις ἐῴκεσαν τὰ πραχθέντα· νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης, μηδενὸς ὑποτοπάσαντος ἄραντες ἐκ τῆς παρεμβολῆς καὶ συντόνῳ δι' ὅλης νυκτὸς χρησάμενοι τῇ ὁδοιπορίᾳ, τριταῖοι τὸν Αἷμον διαβάντες ἑνοῦνται καὶ αὐτοὶ τῷ πλήθει τῶν Πατζινάκων. Γενόμενοι γοῦν ἅπαντες ὑφ' ἕν, ἤδη δὲ καὶ ὅπλων ἀποχρώντως εὐπορηνότες διαπερῶσι τὸ Αἷμον, καὶ παρεμβολὴν μὲν πηγνύουσι κατὰ τὴν Αὐλὴν (φρούριον δὲ ἡ Αὐλὴ κατὰ τὰς ὑπωρείας [κειμένη] τοῦ Αἵμου καὶ οὐ πάνυ πόῤῥω κείμενον Ἀδριανουπόλεως) καὶ πρὸς λεηλασίαν καὶ λείαν τρέπονται.

Quod ubi cognovit dux Occidentis Constantinus magister Arianites, ipse quoque instructum exercitum Adrianopoli contra eos educit; et primo quidem in quosdam palantes incidens rem feliciter gerit, sed ad castellum deinde Dampolim occurrens multitudini hostium vincitur, multis Macedonibus ac Thracibus amissis. Ceciderunt etiam Theodorus **597** Strabomyta et Polys, illustri loco nati et ob violatam Tornicio fidem illustres. Magister Adrianopolim reversus per litteras imperatorem de accepta clade docet, monetque novo esse opus exercitu; nam cum præsentibus copiis adversus tam numerosum hostium exercitum, cui eæ jam terga obvertissent, nullo modo rem geri posse. Jam antequam litteras acciperet imperator, de jactura ea resciverat. Is Tyrachum et reliquos Patzinacarum principes, qui in urbe detinebantur, donis ac beneficiis suos facit, juratosque se gentem suam placaturos emittit. Litteris porro missis omnes Orientales evocat legiones. Qui cum ab Abydo et Chrysopoli trajecissent, imperatorem eis præfecit Nicephorum rectorem, et contra Patzinacas emittit, simulque Catacalonem Orientis ducem designatum et Erbebium Francopullum, popularium tunc suorum ducem, adesse eos rectori ejusque obtemperare sententiæ et mandatis jubens. Is exercitum trans Hæmum per locum cui Ferrea nomen traducit, pergensque adversus Patzinacas, in loco quodam non procul a Centum Collibus sito (Diacene is appellabatur) castra facit valloque munit. Cogitabat autem postridie relictis ibi impedimentis, et quæcumque in exercitu erant supervacanea, cum expedito exercitu ad hostem **598** accedere et pugnam conserere. Stulte enim sibi persuaserat primo eos impetu et profligatum iri; eaque cura ipsum angebat, ne quis fuga evaderet. Neque ipse tantum, sed etiam universus exercitus: afferebant enim secum et funes et lora, quibus captos devincirent. Hoc ipsis suspicionem movit, et quod initio factum

B Ὅπερ μαθὼν ὁ τῆς Δύσεως ἄρχων Κωνσταντῖνος μάγιστρος ὁ Ἀριανίτης, καὶ αὐτὸς παρεσκευασμένας ἔχων τὰς ἀμφ' αὐτὸν δυνάμεις, ἄρας ἐξ Ἀδριανουπόλεως ἔρχεται κατ' αὐτῶν. Καὶ σποράσι μὲν τισιν ἐν τῷ ἀπιέναι περιτυχὼν εὐτύχησεν· εἶτα καὶ παρὰ τὸ λεγόμενον Δάμπολιν φρούριον συναντήσας τῷ πλήθει καὶ προσβαλὼν ἡττᾶται, πεσόντων ἐν τῷ πολέμῳ Μακεδόνων καὶ Θρᾳκῶν οὐκ ὀλίγων, ἀναιρεθέντων δὲ καὶ Θεοδώρου τοῦ Στραβομύτου καὶ τοῦ Πολῦ, ἀνδρῶν ἐκ γένους λαμπροῦ καὶ ἐπισήμων γενομένων ἐκ τῆς εἰς τὸν Τορνίκιον ἀπιστίας. Ὁ μὲν οὖν μάγιστρος ὑπέστρεψεν ἐν Ἀδριανουπόλει, τῷ βασιλεῖ δὲ διὰ γραμμάτων ἄγγελος τοῦ ἀτυχήματος γίνεται, δηλοῖ δὲ καὶ ὡς δεῖ στρατοῦ νεαλοῦς· μετὰ γὰρ τῶν παρόντων ἀδύνατον ἀντιπαρατάξασθαι πρὸς τοσαύτην πληθὺν ἤδη τὰ νῶτα τρεψάντων. [P. 784]

C Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ πρὸ τῶν ἐκείνου γραμμάτων τὸ συμβὰν μὴ ἀγνοήσας, τὸν μὲν Τυρὰχ καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει κατεχομένους ἄρχοντας τῶν Πατζινάκων δωρεαῖς καὶ χάρισιν ὑποποιησάμενος ὑποσχομένους μεθ' ὅρκων ἐξημερῶσαι τὸ γένος ἐκπέμπει, γράμμασι δὲ αὐτὸς τὰ Ἑῷα ἅπαντα μετακέμπεται τάγματα. Ὧν ἐλθόντων καὶ διὰ τῆς Ἀβύδου περαιωθέντων καὶ Χρυσουπόλεως στατηγὸν αὐτοκράτορα χειροτονήσας τὸν ῥαίκτωρα Νικηφόρον ἐκπέμπει κατὰ τῶν Πατζινάκων. Συνεξέπεμψε δὲ αὐτῷ καὶ Κατακαλὼν τὸν Κεκαυμένον, στρατηλάτην τῆς Ἀνατολῆς προβαλόμενος, καὶ Ἐρβέβιον τὸν Φραγγόπωλον (40), ἄρχοντα τῷ τότε τῶν ὁμοεθνῶν, κελεύσας συνεῖναι τῷ ῥαίκτωρι καὶ τῆς αὐτοῦ γνώμης ἔχεσθαι καὶ τοῖς ἐκείνου προστάγμασι καὶ θελήμασιν ἕπεσθαι.

D Ὃς ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις καὶ τὸν Αἷμον διαπεραιωθεὶς διὰ τῆς λεγομένης Σιδηρᾶς ἀπῄει κατὰ τῶν Πατζινάκων· ἐλθὼν δὲ κατεσκήνωσεν ἔν τινι χώρῳ οὐ μακρὰν ἀπέχοντι τῶν Ἑκατὸν βουνῶν, τῷ λεγομένῳ Διακενέ. Κἀκεῖσε χάρακα πηξάμενος ὀχυρὸν τῇ ἐπαύριον ἐμελέτα τὴν μὲν ἀποσκευὴν ἐκεῖσε λιπεῖν καὶ τὰ περιττὰ τοῦ στρατοῦ, αὐτὸς δὲ εὔζωνος ἀπελθεῖν καὶ συμμῖξαι τοῖς ἐναντίοις. Ὤετο γὰρ

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(40) Sicut ante Bulgari comitopuli dicebantur, ita hunc ego a Francis oriundum fuisse colligo, Francigenam, qui fortassis cum turma aliqua Francorum equitum stipendia sub Monomacho fecerit, ut supra Arduenus sub Michaelo. Et sane infra Franci dicuntur in Iberia militasse; et in Stratiotico diserte ostenditur quis fuerit iste Erbebius. Xyl.

αὐτοβοεὶ ἀφρόνως τούτους αἱρήσειν, καὶ ἐδεδίει καὶ φροντίδα ἐτίθετο μή τις λαθὼν διαδράσειε (41), καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ σύμπας στρατός· ἐπεφέροντο γὰρ καὶ καλώδια καὶ λώρους πρὸς τὸ δεσμεῖν τοὺς ἁλισκομένους. Τοῦτο δὲ ἐδίδου τούτοις ὑπονοεῖν τὸ κατ' ἀρχὰς ἐπιγενόμενον εἰς αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ Κεγένους πτῶμα. Ἀμέλει καὶ συναίσθησιν λαβόντων τῶν Πατζινάκων τῆς ἐπελεύσεως τῶν Ῥωμαίων (ἤδη γὰρ καὶ ὁ Τυρὰχ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τῆς πόλεως ἀπολυθέντες ἄρχοντες ἐνωθέντες ἦσαν αὐτοῖς καὶ τὰ συμφέροντα τούτοις ἐσπούδαζον, μακρὰ χαίρειν εἰπόντες ταῖς πρὸς τὸν Μονομάχον ὑποσχέσεσι) καὶ προδραμόντων τῶν ἀλκιμωτέρων, καὶ τοῦ Κεκαυμένου μέγιστον ἀναβοῶντος καὶ παρακαλοῦντος νῦν εἶναι καιρὸν συμπλοκῆς, ὁπηνίκα σποράδες εἰσὶ καὶ διεσπαρμένοι, καὶ μὴ περιμένειν τὸ ἅπαν ἄθροισμα, οὐκ ἐπῄνει μὲν καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν Ῥωμαίων τοὺς ἐκείνου λόγους, ὁ δὲ ῥαίκτωρ καὶ προφανῶς κατεγέλα, « Παῦσαι, λέγων, ὦ στρατηλάτα, καὶ ἐμοῦ στρατηγοῦντος αὐτὸς μὴ παραστρατήγει· οὐ χρὴ γὰρ διεσπαρμένοις ἐπιθήσεσθαι τοῖς Πατζινάκοις, μή πως πτυρέντες ὑποδύσωνται τὰς λόχμας. Ἐμοὶ δὲ ἀκολουθοῦντες, ὦ τᾶν, οὐ παρέπονται θηρατικοὶ κύνες, οἵτινες ῥινηλατοῦντες ἐξάξουσιν αὐτοὺς τῶν καταφυγῶν. » Καὶ τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἦσαν ἐν τούτοις, οἱ δὲ πρόδρομοι τῶν Πατζινάκων πλησίον γενόμενοι τῆς παρεμβολῆς τῶν Ῥωμαίων, μικρὸν ἐκκλίναντες, στρατοπεδεύουσι καὶ αὐτοί, καὶ τοῖς ὄπισθεν δηλοῦσιν ἥκειν τὴν ταχίστην. [P. 785] Πάντων δ' ἐλθόντων καὶ ἐνωθέντων, τῇ ἐπαύριον ἐξαγαγόντος τοῦ ῥοίκτωρος τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις ἀντιπαρατάττονται καὶ αὐτοί, καὶ τοῖς ὄπισθεν ἔτι δηλοῦσιν ἥκειν τὴν ταχίστην. Πάντων δ' ἐλθόντων καὶ ἐνωθέντων, ὡς ἔφαμεν, ἐξαγαγόντος τοῦ ῥαίκτωρος τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις, εἶχε μὲν τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος αὐτὸς τὸ μέσον ὁ ῥαίκτωρ, τοῦ δεξιοῦ δὲ κέρατος ἦρχεν ὁ Κεκαυμένος, θατέρου δὲ ὁ Φραγγόπωλος. Συμβολῆς δὲ γενομένης οὐκ ἔμενον οἱ Ῥωμαῖοι, τῶν στρατηγῶν πρώτων ἐκκλινάντων πρὸς τὴν φυγήν. Αὐτοὶ μὲν γὰρ μηδὲ τὸν κτύπον, ὥς φασιν, τῶν ποδῶν τῶν ἵππων ἐνεγκόντες ἐτράπησαν, μόνος δὲ ὁ Κεκαυμένος μετὰ τῶν ἑαυτοῦ τινῶν θεραπόντων καί τινων συγγενῶν ὀλιγοστῶν, καὶ ἡρωϊκῶς ἀγωνισάμενος ἔπεσε μετὰ πάντων τῶν σὺν αὐτῷ. Τοῦτον μὲν οὖν οὐκ ἐτόλμησαν διῶξαι οἱ Πατζινάκοι ἐνέδρας πτοηθέντες, καὶ παρὰ τοῦτο διασωθῆναι ἴσχυσαν ἀσινεῖς οἱ Ῥωμαῖοι· τέως δὲ τοὺς πεσόντας σκυλεύσαντες, καὶ πολλῶν ἁρμάτων γενόμενοι κύριοι καὶ αὐτῆς τῆς Ῥωμαϊκῆς παρεμβολῆς σὺν τῇ ἀποσκευῇ, κατασκηνοῦσιν ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν τάφρον. Καί τις δὲ Πατζινάκος τὴν κλῆσιν Γαλῖνος, εἰδὼς τὸν Κεκαυμένον οἷός ἐστιν ἐξ ὅτουπερ ἦρχε τῶν παρὰ τῷ Ἴστρῳ φρουρίων καὶ

fuit erga se, et Kegenis casus. Ad extremum cum persensissent Patzinacæ adventum Romanorum (jam enim et Tyrach, et qui cum ipso erant principes, ab urbe dimissi cum ipsis sese conjunxerant, et quidquid eis expediret studiose curabant), omissis iis quæ Monomacho polliciti fuerant, et confluentibus fortioribus quibusque, se optime instruxerant; et Combusto clara voce exclamante et admonente nunc pugnæ tempus esse, cum ipsi dispersi ac dissipati sunt, neque exspectandum quoad omnes simul cogerentur, laudabat reliqua Romanorum multitudo ejus consilium. At rector aperte irridebat. Desine, inquit, o ductor exercitus, et me exercitui imperante ne contra imperes : non enim dispersi Patzinacæ sunt invadendi, ne forte perturbati sylvas subeant. Me autem sequentes, o amice, non adsunt venatici canes, qui indagantes ipsos e locis, quo confugerint, educant. Et res Romanorum ita se habebant. Antesignani autem Patzinacarum **599** cum castris appropinquassent Romanorum, paulum deflectentes ipsi quoque castra locant, et sequentibus significant quam celerrime accedendum. Cumque omnes venissent et conjuncti essent, ac postridie rector Romanas copias eduxisset, ipsi quoque contra instructi in aciem procedunt. Obtinebat Romanæ phalangis medium rector ipse, dextro cornu præerat Combustus, sinistro Francopulus, commissaque pugna profligantur Romani, cum primum duces ipsi in fugam versi essent. Qui ne pedum quidem equorum sonitum, ut aiunt, sustinentes fusi sunt et fugati : solus autem Combustus cum suis ministris et quibusdam paucis cognatis strenue decertans cum omnibus suis in prælio occubuit. Alios persequi non ausi sunt Patzinacæ, insidias veriti ; et idcirco Romani servari potuerunt incolumes. Interim autem eos qui ceciderant prædati, armisque multis potiti et Romanorum impedimentis, tabernacula ponunt sub Romanorum vallum. Et quidam Patzinacus, Calinos nomine, qui noverat qualis esset Combustus ex quo ille præfuit oppidis ad Istrum sitis et gentes inter se libero commercio miscebantur, cum reperisset eum inter cadavera jacentem ac spoliaret, ubi conversum ipsum a facie agnovit et adhuc spirantem deprehendit, in equum imposuit : **600** jacebat enim mutus, quod lethales plagas accepisset, alteram in ea parte capitis quæ calvaria dicitur, nuda (quippe ejus galea deciderat), pertinentem a vertice ad supercilia ; alteram in collo, ubi lingua radicem habet, usque ad os penetrantem: exsanguemque illum in suum tabernaculum adduxit. Quem cum diligenter et accurate curari studuisset, ita servavit ut superesset. Et Patzinacæ

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(41) Hic in codice fere integra pagina erat vacua. Deest, ut conjicio, descriptio adversæ in Patzinacas pugnæ Nicephori rectoris, et impressionis deinde Patzinacarum alicujus et ad ipsum usque Byzantium excursionis, nec non qua ratione Kegenes urbe emissus fuerit. Sed hic Zonaras nos juvare non potest, ut certi aliquid sciamus, cum vix attigerit hanc tam longam et variam historiam Xyl. — Lacunam supplevimus ex Scylitza Goar.

qui ita facile invadentem exercitum propulsarent, libere deinde ac sine metu Romanorum regionem prædabantur. Imperator autem per eos qui fugerant de accepta clade certior factus, doluit ut par est. Sed rursus alias copias cogebat, et eas quæ superfuerant, studebatque insequenti anno acceptam cladem resarcire. Tertia autem indictione anni 6558 hetæriarcham Constantinum ducem cum summo imperio declaratum imperator in Patzinacas mittit. Assumptis copiis illis quæ nuper ex Oriente trajectæ fuerant, et coactis iis quæ ad Occidentem hiemabant, ad Adrianopolin proficiscitur; ibique constructo profundo vallo commorabatur cum optimatibus considerans et explorans unde ulterius progredi posset. Dum vero hæc ille, cogitaret, repente octava Junii mensis Patzinacæ superato Hæmo ad Adrianopolin accedunt. Quorum adventu per exploratores Constantino renuntiato, proposita est consultatio, utrum cum ipsis dimicandum **601** esset necne. Sed consultantibus optimatibus in tabernaculo hetæriarchæ, Samuel patricius Burtzes, vir superbus et audax, qui tunc pedestribus copiis præerat, cuique commissa erat omnis valli cura, haud exspectato ducis signo, ordine relicto ac dissoluto vallo cum peditibus egressus in Patzinacas erumpit; qui cum violentam impressionem fecissent, laborare pedites cœperunt, et idcirco crebro mittens ad hetæriarcham Samuel petebat auxilium, ita ut coactus fuerit vel invitus dare belli signum. Igitur egresso omni exercitu ad eum locum qui Regia scaturigo dicitur, et universa conflata pugna, cum propter repentinum casum, et quod incompositæ essent acies Romanorum et ante victi pedites, confirmati animo essent Patzinacæ, Romani funduntur ac profligantur. Non tamen multa facta est ipsorum cædes, sed turpissime in vallum conclusi sunt; ceciditque Michael patricius Doceianus, et lethali plaga in visceribus accepta magister Constantinus Arianites tertia die mortuus est. Cecidere etiam alii quidam ignobiles, pauci tamen: sed reliquus omnis exercitus in vallum indecore conclusus obsidebatur a Patzinacis, fossam lapidibus et ramis obruentibus, et vi vallum capere conantibus. Quod cito factum fuisset, et funditus omnis periisset exercitus Romanorum, nisi sagitta a catapulta missa percussus Sulizus cum **602** equo simul trajectus fuisset, et maxime id conspicatos obstupefecisset Patzinacas. Erupit etiam ex Adrianopoli Glabas Nicetas protospatharius, legatus legionis scholarum, auxilio. Quem videntes, et opinati syncellum Basilium cum Bulgaricis copiis venturum (etenim ipse exspectabatur) et veriti Patzinacæ dispersi alius alio fugientes recesserunt.

A ἀνεμίγνυντο ἀλλήλοις τὰ γένη, εὑρὼν αὐτὸν ἐν τοῖς νεκροῖς κείμενον καὶ σκυλεύων, ἐπεὶ περιστρέψας αὐτὸν ἐς τὸ ὕπτιον ἀπὸ τοῦ προσώπου ἐγνώρισε καὶ κατέλαβεν ἔτι ἐμπνέοντα, ἐπιθεὶς εἰς ἵππον (ἔκειτο γὰρ ἄφωνος διὰ τὸ καιρίας λαβεῖν πληγάς, μίαν μὲν κατὰ γυμνοῦ τοῦ κρανίου, πεσόντος τοῦ κράνους αὐτοῦ, διήκουσαν ἀπὸ κορυφῆς ἄχρι τῶν ὀφρύων, ἑτέραν δὲ ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ἔνθαπερ ἡ γλῶσσα ἐρρίζωται, καὶ διατεμοῦσαν τὸν τράχηλον καὶ εἰς τὸ στόμα πεσοῦσαν, καὶ ἔξαιμος γενέσθαι) ἀπήγαγεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν, καὶ ἐπιμελείας καὶ φροντίδος ἀξιώσας περιεποίησε. Καὶ οἱ μὲν Πατζινάκοι οὕτω ῥᾳδίως τὴν ἐπελθοῦσαν ἀποσκευασάμενοι δύναμιν, ἀδεῶς τὸ ἀπὸ τοῦδε τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐληΐζοντο· ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ τῶν φυγόντων B μαθὼν τὸ ἀτύχημα ἤλγησε μὲν, ὡς εἰκὸς, ἤθροιζε δὲ πάλιν δυνάμεις, ἀνελάμβανε δὲ καὶ τὰς πεσούσας, καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν ἔτος τὴν γενομένην ἧτταν ἐπανορθώσασθαι ἔσπευδε. Τῆς δὲ τρίτης ἰνδικτιῶνος ἐπιστάσης τοῦ ,ϛφνη′ ἔτους, τὸν ἑταιρειάρχην Κωνσταντῖνον στρατηγὸν αὐτοκράτορα προχειρισάμενος ὁ βασιλεὺς ἐκπέμπει κατὰ τῶν Πατζινάκων. Καὶ ὃς, τάς τε νεωστὶ περαιωθείσας ἐξ Ἑῴας δυνάμεις ἀνειληφὼς καὶ τὰς ἐν τῇ Ἑσπέρᾳ παραχειμαζούσας ἀθροίσας, ἐν Ἀδριανουπόλει γίνεται, [P. 786] κἀκεῖσε χάρακα πηξάμενος βαθὺν ἔκειτο διασκοπούμενος μετὰ τῶν ἀρίστων πόθεν ἂν ποιήσηται τὴν εἰς τὸ πρόσω πορείαν. Ἐν ᾧ δὲ οὗτος διενοεῖτο, αἰφνίδιον κατὰ τὴν ὀγδόην τοῦ Ἰουνίου μηνὸς οἱ Πατζινάκοι τὸν Αἷμον διαβάντες ἐπιφαίνονται τῇ C Ἀδριανουπόλει. Καὶ διὰ τῶν σκοπῶν μηνυθείσης τῷ Κωνσταντίνῳ τῆς τούτων ἐφόδου, βουλὴ προετέθη εἰ πολεμητέον αὐτοῖς εἴτε μή. Ἀλλὰ τῶν ἀρίστων ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ ἑταιρειάρχου περὶ τῶν πρακτέων βουλευομένων, Σαμουὴλ πατρίκιος ὁ Βούρτζης, ἀνὴρ αὐθάδης καὶ θρασὺς, ἄρχων τότε οὖν πεζικῶν ὑπάρχων δυνάμεων καὶ τὴν τοῦ χάρακος ἐπιστασίαν πᾶσαν ἐπιτετραμμένος, μὴ προσδεξάμενος τὸ τοῦ ἄρχοντος σύνθημα, τὴν τάξιν λιπὼν καὶ διαλύσας τὸν χάρακα ἔξεισι μετὰ τῶν πεζῶν καὶ τοῖς Πατζινάκοις προσρήγνυται. Ὧν ῥαγδαίως ἐπιβρισάντων ἤρξαντο κάμνειν οἱ πεζοί. Διὸ καὶ θαμὰ πέμπων πρὸς τὸν ἑταιρειάρχην ὁ Σαμουὴλ βοήθειαν ἐζήτει, ὡς ἐπαναγκασθέντα τοῦτον καὶ ἀκουσίως δοῦναι τὸ σύνθημα τοῦ πολέμου. Ἐξελθόντος οὖν D παντὸς τοῦ στρατοῦ κατὰ τὴν λεγομένην βασιλικὴν Λιβάδα, καὶ καθολικῆς συμπλοκῆς κροτηθείσης, διὰ τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀσύντακτον καὶ τὸ προηττῆσθαι τοὺς πεζοὺς, ἀναθαρσῆσαι δὲ τοὺς Πατζινάκους, γίνεται τροπὴ τῶν Ῥωμαίων, καὶ φόνος ἐγένετο οὐ πολὺς αὐτῶν, συνεκλείσθησαν δὲ αἴσχιστως εἰς τὸν χάρακα, ἔπεσέ τε Μιχαὴλ πατρίκιος ὁ Δοκειανὸς, ἔλαβε δὲ καιρίαν κατὰ τῶν σπλάγχνων καὶ ὁ μάγιστρος Κωνσταντῖνος ὁ Ἀριανίτης, καὶ τριταῖος ἀπέθανε. Πεπτώκασι δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἀσήμων ὀλιγοστοί. Τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν στράτευμα συγκλεισθὲν ἀγεννῶς εἰς τὸν χάρακα ἐπολιορκεῖτο παρὰ τῶν Πατζινάκων, χωννύντων τὴν τάφρον λίθοις καὶ κλάδοις, καὶ πρὸς βίαν ἑλεῖν ἐπειγομένων τὸν χάρακα. Καὶ τάχα ἂν ἐγένετο τοῦτο, εἰ μὴ καταπελτικῷ βέλει βληθεὶς ὁ Σουλτζοῦς διεπεραιώθη σὺν τῷ ἵππῳ καὶ εἰς ἔκπληξιν μεγάλην ἤγαγε τοὺς θεασαμένους Πατζινάκους. Ἐξῆλθε δὲ καὶ τῆς Ἀδριανουπόλεως Νικήτας πρωτοσπαθάριος ὁ

Γλαβᾶς, τοποτηρητὴς ὢν τοῦ τάγματος τῶν σχολῶν, εἰς βοήθειαν· καὶ ἰδόντες τοῦτον, καὶ προσδοκήσαντες τὸν σύγκελλον Βασίλειον μετὰ τῶν Βουλγαρικῶν ἀφικέσθαι δυνάμεων (προσεδοκᾶτο γὰρ καὶ οὗτος ἐλθεῖν) καὶ δειλιάσαντες οἱ Πατζινάκοι σποράδες ἄλλις ἀλλαχοῦ φεύγοντες ὑπεχώρησαν, [καὶ πανσυδὶ ἂν ἀπολώλει ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατός (*a*)].

A Ἐγένετο δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ τυραννίδος διαβολὴ κατά τινων ἀρχόντων πολιτῶν, ὧν ἔξαρχοι ἐτύγχανον Νικηφόρος καὶ Μιχαὴλ οἱ παῖδες τοῦ Εὐθυμίου, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν εἰς τὸ αὐτὸ γένος ἀναφερόντων. Ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι πάντες διεσώθησαν μόνος δὲ ὁ Νικηφόρος ἀνεξερευνήτως κατακριθεὶς ἐξωρίσθη, τῆς οὐσίας αὐτοῦ πρότερον δημευθείσης.

[P. 787] Ὅπως δὲ τῶν Πατζινάκων ἐπικρατέστερα γένηται τὰ Ῥωμαίων ὁ βασιλεὺς φροντίζων, τὸν Κεγένην ἐξάγει τῆς φυλακῆς καὶ ἐς Πατζινάκους ἐκπέμπει, ὑποσχόμενον διασχίσαι τούτους καὶ εὔνους θεῖναι τῷ βασιλεῖ. Καὶ τὰ συμμαχικὰ πάντα συναθροίσας ὑφ' ἕν, Φράγγους φημὶ καὶ Βαράγγους, μεταπεμψάμενος δὲ καὶ ἱπποτοξότας ἀπό τε τῆς Τελοὺχ καὶ τοῦ Μαύρου ὄρους καὶ τοῦ Καρκάρου, περὶ τὰς εἴκοσι χιλιάδας, καὶ ἄνδρασιν ἐπισήμοις B τῶν γενῶν ἕκαστον ἀναθεὶς, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἡγεμόνα καταστήσας τὸν πατρίκιον Νικηφόρον τὸν Βρυέννιον καὶ ἐθνάρχην τοῦτον κατονομάσας, τὰς ἐκδρομὰς ἐκπέμπει κωλύειν καὶ ἐπέχειν τῶν Πατζινάκων· οὗτοι γὰρ μετὰ τὴν ἐν Ἀδριανουπόλει μάχην καταφρονήσαντες ὁλοσχερῶς τῶν Ῥωμαίων ἀδεῶς τήν τε Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην ἐδῄουν καὶ ἐπυρπόλουν, ἀναιροῦντες ἀνοίκτως καὶ αὐτὰ τὰ θηλάζοντα νήπια, ὡς καὶ μίαν αὐτῶν μοῖραν ἄχρι τῶν Κατασύρτων (ἔγγιστα δὲ οἱ Κατασύρται τῆς βασιλίδος) ἐλθεῖν. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἡ καταστροφὴ ταχυτάτη ἐγένετο. Λαὸν γὰρ ὁ βασιλεὺς ὁπλίσας ἀπό τε τῶν ἐν τῇ αὐλῇ φυλασσόντων καὶ τινων ἄλλων ἐκ τοῦ παρείκοντος εὑρεθέντων, καὶ Ἰωάννῃ πατρικίῳ ἑνὶ τῶν θαλαμηπόλων εὐνούχων τῆς βασιλίδος Ζωῆς, ᾧ Φιλόσοφος τὸ ἐπώνυμον, ἐγχειρίσας, κατειργάσατο ῥᾳδίως· C νυκτὸς γὰρ οὗτος ἐπελθὼν καὶ μεθύοντας καὶ κοιμωμένους πάντας εὑρὼν ἀπέσφαξε, καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἁμάξαις γεωργικαῖς ἐπιθεὶς κομίζει τῷ βασιλεῖ.

A Hoc item tempore affectatæ tyrannidis accusati sunt quidam cives, quorum principes erant Nicephorus et Michael, Euthymii filii, et alii quidam ad idem genus referentes originem. Sed alii omnes servati sunt, solus autem Nicephorus indicta causa condemnatus in exsilium missus est, prius tamen ejus bonis publicatis.

Imperator autem id unum studens ut res Romanorum superiores essent, Kegenem e carcere eductum ad Patzinacas mittit, pollicitum eos ad imperatoris benevolentiam se traducturum; coactisque in unum sociis omnibus, Francis, inquam, et Barangis, accersitis autem et equitibus a Teluch et Mauro monte et Carcaro, cum præfecisset viris illustribus ex singulis gentibus unum, omnibus B autem ducem patricium **603** Nicephorum Bryennium, quem ethnarcham, id est gentium principem, appellavit, ad prohibendas et comprimendas excursiones Patzinacarum mittit. Hi enim post Adrianopolis pugnam omnino aspernati Romanos libere ac sine metu Macedoniam et Thraciam diripere, incendere, infantes, vel etiam lac sugentes, interficere, nulla misericordia moti, ita ut etiam pars ipsorum usque ad Catasyrtas qui proxime urbem sunt, venerit. Verum hi celerrime perierunt. Manu enim imperator hominum armata, collecta ex aulicis custodibus aliisque forte oblatis, et præficit Joannem patricium, cognomine Philosophum, unum de eunuchis cubiculariis Zoæ Augustæ: qui noctu eos ebrios omnes ac sopitos nactus nullo negotio interfecit, et capita eorum curribus rusticis C imposita ad imperatorem advexit.

Ὁ μὲν οὖν Κεγένης ἐξελθὼν διαπρεσβεύεται τοῖς Πατζινάκοις, καὶ τούτων ὑποσχομένων μεθ' ὅρκου ποιήσειν τὸ αὐτοῦ θέλημα, πιστεύσας τοῖς ὅρκοις καὶ ἀπελθὼν εὐθὺς ἀναιρεῖται, κατατμηθεὶς εἰς μικρὰ μέρη καὶ μόρια. Ὁ δὲ Βρυέννιος τὰς ἐμπιστευθείσας αὐτῷ παραλαβὼν δυνάμεις καὶ ἐν Ἀδριανουπόλει γενόμενος ἐφρόντιζε τῆς φυλακῆς τῶν χωρίων. Στέλλεται δὲ καὶ τοῦ παντὸς ἡγεμὼν στρατοῦ Μιχαὴλ πατρίκιος ὁ Ἀκόλουθος (42), προσταχθεὶς δὲ καὶ αὐτὸς καθολικῆς μὲν μάχης μὴ ἅπτεσθαι, εἴργειν δὲ καὶ ἀνακόπτειν τὰς ἐκδρομάς. Ὃς ἐξελθὼν καὶ τῷ Βρυεννίῳ ἑνωθεὶς ἔργου ἥπτετο, καὶ πρότερον μὲν ἐν Γολόῃ μιᾷ μοίρᾳ τῶν Πατζινάκων D περιτυχὼν καὶ ταύτην τρεψάμενος ἠφάνισεν, εἶτα πάλιν ἐν τῷ Τοπλιτζῷ (φρούριον δὲ οὗτος παρὰ τὸν Ἕβρον κείμενον) ἑτέραν ἀποσπάδα μοῖραν τῶν Πα-

Kegenes ergo egressus legatos ad Patzinacas mittit; qui cum jurejurando confirmassent se ipsius voluntati satisfacturum, credens juramento ad eos se confert, statimque interficitur, in multa minuta concisus frusta. Bryennius porro copias sibi commissas accipiens, ut Adrianopolin venit, custodiendis locis curam impendit. Mittitur etiam universi dux exercitus, Michaelus patricius Acoluthus; cui et ipsi mandatum fuit ut justo prælio **604** abstinens excursiones hostium reprimeret. Is cum Bryennio se conjunxisset, rem gerere incipit. Ac primum apud Goloam in cohortem Patzinacarum incidens D eam delet. Deinde rursum ad Toplitzum, quod est castellum ad Hebrum situm, aliam cohortem Patzinacarum a reliquis avulsam nactus interficit. Exinde Patzinacæ ab his copiis sibi caventes populari

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(42) Codinus de Offic. c. 5: Ὁ ἀκόλουθος εὑρίσκεται μὲν ἔνοχος τῶν Βαράγγων, ἀκολουθεῖ δὲ τῷ βασιλεῖ ἔμπροσθεν αὐτῶν. Διά τοι τοῦτο καὶ ἀκόλουθος λέγεται. Goar.

(*a*) Quæ uncinis inclusimus, loco suo mota esse videntur, retrahendaque superius ante sex lineas, nempe post hæc verba καὶ τάχα ἂν ἐγένετο τοῦτο... Edit. Patrol.

regionem ad radices Hæmi sitam cassaverunt, omni impetu in Macedonia converso: in cujus agros grassabantur delecto robustissimorum exercitu, parati hostes ingruentes defendere. Bryennius et Michaelus his animadversis, noctu motis castris, ita ut nemo sentiret quorsum tenderent, magnis itineribus Chariopolin veniunt; eoque cum exercitu ingressi opportunitatem rei gerendæ exspectant. Patzinacæ prædis ex agris et suburbiis actis sub vesperam reversi proxime Chariopolin, nescii prorsus in urbe hostilem esse exercitum, in castra sua se conferunt, secure inter fistulas et cymbala comessantes. Intendentibus se tenebris, Bryennius et Michaelus egressi eos sopitos stertentesque inveniunt et occidione delent. Hæc clades Patzinacas repressit, timoremque incussit, ut jam non effuse, ut ante, sed parcius prædas agerent, indictionibus quarta et quinta.

A τζινάκων εὕρων ἀπώλεσεν. Ὅθεν εὐλαβηθέντες τὰς τοιαύτας οἱ Πατζινάκαι δυνάμεις τὰ μὲν παρὰ τὰς ὑπωρείας τοῦ Αἵμου κείμενα χωρία ληΐζεσθαι ἀπέσχοντο, πᾶσαν δὲ τὴν ὁρμὴν ἐποιήσαντο κατὰ Μακεδονίας. Κάὶ ὡῶν ὅσον ἦν ἄλκιμον διακριθέντες κατέτρεχον τὰ ἐν Μακεδονίᾳ χωρία, καὶ ἤν τις ἐπίῃ πόλεμος, εὐρώστως αὐτὸν προσδέξασθαι ἐμελέτων. Ὅπερ μαθόντες ὁ Βρυέννιος καὶ ὁ Μιχαὴλ, [P. 788] ἄραντες νυκτὸς ὡς μηδένα συναίσθησιν λαβεῖν ὅποι ἀπίασι, καὶ συντόνῳ χρησάμενοι ὁδοιπορίᾳ ἔρχονται εἰς Χαριούπολιν, καὶ ἐν αὐτῇ εἰσελθόντες μετὰ τοῦ στρατοῦ ἐξεδέχοντο τὸν καιρόν. Οἱ δὲ Πατζινάκαι τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰ προάστεια ληϊσάμενοι πάντα, καὶ περὶ βουλυτὸν ὑποστρέψαντες ἔγγιστα Χαριουπόλεως, προστίθενται τῇ παρεμβολῇ, ἀγνοοῦντες ὅτιπερ ἐπιχωριάζει στράτευμα ὅλως ἐν αὐτῇ· διὸ καὶ B ἀδεῶς ἔκειντο ἐν αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις κωμάζοντες. Νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης οἱ περὶ τὸν Βρυέννιον καὶ τὸν Μιχαὴλ ἐξελθόντες καὶ κοιμωμένους καὶ ῥέγχοντας εὑρόντες ἀναιροῦσι σύμπαντας. Τοῦτο δὲ τὸ ἀτύχημα συστολὴν καὶ δειλίαν ἐνέθηκε τοῖς Πατζινάκοις. Διὸ καὶ τὰς ἐκδρομὰς οὐκ ἀνέτως ὡς τὸ πρότερον, ἀλλὰ μετὰ φειδοῦς ἐποιοῦντο, κατά τε τὴν δ' καὶ ε' ἰνδικτιῶνα.

605 Per hoc ipsum tempus Romanus Boilas subito est ad summum evectus. Is cum in sodalitatibus mereret, homo lingua promptus ac pro urbano et faceto habitus, cum semel in conspectum imperatoris venisset, elegantissimus ex colloquio judicatus, nunquam ab eo deinde dimissus est, sed cum Monomachus et consiliarium porro et quavis in re ministrum habuit: paulatimque eo evexit ut primum in aula locum obtineret. Is ut erat homo versutus atque varius, diuturna imperii cupiditate laborans, quotquot senatorum apud imperatorem in indignatione erant, eorum arcano suo exposito animos tentabat. Ac quibus insidiæ probabantur, eos sensim ac placide sibi conjungebat juramentisque devinciebat: qui autem primo etiam auditu ab ea re abhorrebant, eorum probare se atque adeo mirari fidem erga imperatorem simulabat, seque tantum experiendi eorum animos causa ista locutum dicebat, jurabatque se eorum integritatem imperatori laudaturum. Cum multos civium corrupisset, jamque insidiaretur imperatori, res detecta est. Ac socii quidem conspirationis quæstione agitata male sunt accepti, facultatibus suis spoliati et in exsilium acti: Romanus impunis evasit. Nam cum eum imperator paululum modo aversatus fuisset, mox in pristinum restituit locum.

A accersit, multis pollicitationibus persuadens ut Ruselium debellent. Videns autem iste se imbecillem adversus ejusmodi multitudinem. Cæsarem e vinculis liberatum imperatorem declarat, laudibus magnificis et claris celebrans, eique imperium tribuit. Nondum autem divulgata fama neque dilatata Cæsaris declaratione, et idcirco neque milites concurrerant, statim ad montem Sophonem manus Turcica apparet, quæ videbatur quinque aut sex millium. Atque e vestigio Ruselius se ad prælium comparavit. Verum illius impetum coercebant et Cæsar et quidam ex præstantioribus, **711** ut prius dignoscerent quanta esset hostium vis. Sed ille haud sustinens, quin potius loco summæ ignominiæ ducens, si adversus sex aut B decem millia pugnam Ruselius cunctaretur, multo impetu in hostes cum Francis invasit. Cecidere igitur ex Turcis plures, cum Francorum nemo hasta inani usus esset. Reliqui in fugam conjecti sunt. Cum vero diutius persequeretur, præter id quod consueverat, præsertim per inaccessos atque invios montes, non animadvertit a tergo se suorum plures reliquisse. Ipse autem cum paucis quibusdam relictus, et Cæsare inter equites defatigato continua et longa hostium insectatione, incidit in eam calamitatem quam mox dicemus. Nam in ipsum ita laborantem altera Turcorum infinita manus, fere centum mille, quantum conjectura assequi poterant, invasit. Undique igitur circumventus vel invitus cum hostibus congreditur, cum C paucis admodum quos circum habebat. Igitur restitere Turci, et tamen multi tunc quoque ex ipsis cecidere. Verum enimvero circumventi a tanta multitudine telis, quæ longe jaciebantur, amissis equis, pedites omnes relicti ita cesserunt. Attamen multi cadunt, et Turci decuplo plures. Capiuntur Cæsar et Ruselius et qui cum ipso erant. Ex Francis autem qui relicti fuerant fuga ad Metaboles oppidum se recepere, una cum Ruselii uxore, quod summo studio servabant. Turci vero Ruselium compedibus vinctum **712** asservantes, Cæsarem autem solutum in honore habebant. Cumque exigeretur captivorum pretium, studebat imperator eum redimere : nam paulo ante Maleses quoque absolutus a Cæsare statim in exsilium missus est publicatis bonis, Ruselii captivitatem cum captivitate D Diogenis et publicationem et exsilium commutans. Verum Ruselii uxor ipsum redemerat. Quare missi ab imperatore Cæsare solum redempto rediere. Cum vero ad Propontidem pervenisset, veritus ne forte ut rebellis et suspectus aliquid mali et ejuscemodi cui remedium adhiberi non posset sustineret, deposita veste usitata capillisque detonsis, monachorum habitum induit, et ita vili indumento ad regiam se recepit ; exquibus omnibus sanæ mentis homines divinam iram ratiocinabantur, et quemadmodum Deus ipsis inimicus effectus fuerat propter divinorum mandatorum ac præceptorum violationem et contemptum, quorum sibi conscii

ad ingentia bella et pericula non prius placato divino nomine Romanas copias adducunt, et cum male afficiantur semperque vincantur, non tamen ullum divinæ indignationis percipiunt sensum. Antiqui vero Romani non ita facientes immensas illas et prosperas pugnas edebant, sed virtutem et justitiam et charitatem et veritatem profitentes, et omnino omnia hunesta et bona pro viribus tractantes; quare etiam divinum numen illis aderat, et omnibus modis hostes debellabant.

A σθεὶς πάθη τι φαῦλον καὶ ἀνήκεστον, τὴν κοσμικὴν ἀποβαλόμενος ἐσθῆτα τὴν τρίχα κείρεται καὶ τὰ μοναχῶν ἀμφιέννυται, καὶ οὕτως ἐν εὐτελεῖ τῷ σχήματι τοῖς βασιλείοις παρέβαλεν. Ἐξ ὧν ἁπάντων οἱ εὖ φρονοῦντες τὴν θεομηνίαν συνελογίζοντο, καὶ ὅπως αὐτοῖς τὸ Θεῖον ἐκπεπολέμωται διὰ τὴν τῶν θείων ἐντολῶν καὶ ἐνταλμάτων παρόρασιν καὶ ἀθέτησιν, ἃς καίπερ ἑαυτοῖς συνεπιστάμενοι εἰς πολέμους μεγάλους καὶ κινδύνους, μὴ πρότερον τὸν Θεὸν ἱλεωσάμενοι, τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις εἰσάγουσι, καὶ πάσχοντες κακῶς καὶ ἡττώμενοι ἀφειδῶς αἴσθησιν οὐ λαμβάνουσι τῆς τοῦ θείου νεμέσεως. Οἱ δὲ πάλαι Ῥωμαῖοι οὐχ οὕτω ποιοῦντες τὰς φοβερὰς ἐκείνας καὶ ᾀδομένας στρατηγίας κατώρθουν, ἀρετῆς δὲ καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀγάπης καὶ ἀληθείας ἀντιποιούμενοι, καὶ ἁπλῶς πᾶν καλὸν καὶ ἀγαθὸν ὡς δυνατὸν μετερχόμενοι· διὸ καὶ τὸ Θεῖον συμπαρῆν αὐτοῖς, καὶ παντὶ τρόπῳ τοὺς ἐναντίους κατηγωνίζοντο.

713 Ingresso autem Cæsare, visus est qui imperabat omnia perfecisse. Sed cruciabatur quod Ruselii consilium non successerat. Nam cognatorum exitium, amissionem imperii, Christianos occidi, vicos comburi et regiones everti posteriora ducebat. Ruselius autem ex oppido Metaboles profectus cum ita Francis militibus qui relicti fuerant, et uxore ac liberis et bonis suis per mediam regionem sine metu ibat; cumque ad Armeniacorum regionem pervenisset, ad sua priora castra se recepit, et inde adversus Turcos excursiones faciens coercuit ipsos ne amplius in eam regionem irrumperent. Audiens hæc imperator præstare exstimabat Turcos obtinere loca Romanorum quam Ruselium aliquo in loco permittere, ad hoc a Nicephoro instigatus ac stimulatus. Mittit igitur quemdam ex nobilibus civibus ætate juvenem, sed alioqui strenuum atque prudentem, præsidem Alexium Comnenum, qui cum pervenisset Amasiam, ibi rei exitum exspectabat. Ruselius autem, inita societate et amicitia cum Turcorum principe, congressus est cum ipso sine militibus, ut consueverat. Verum quadam die cum ipsis cœnans capitur et devincitur: fallere enim Romanos etiam jurejurando interposito, apud Turcos solemne est, venia dignum censetur: nec est quod quis perjurium accuset. Hunc multo pretio emptum præses Alexius ad imperatorem vinctum perducit, quem traditum tortoribus bovinis nervis cædendum 714 ut fugitivum aliquem servum flagris intolerabilibus cruciavit, et in obscurissimam turrim inclusum contemptui habebat catenis vinctum.

B Εἰσελθόντος δὲ τοῦ Καίσαρος ἔδοξε μὲν ὁ κρατῶν ἠνυκέναι τὸ πᾶν, ἠνιᾶτο δὲ τῇ τοῦ Ῥουσελίου ἀστοχίᾳ· τὴν γὰρ τῶν ὁμογενῶν ἀπώλειαν καὶ τὴν ὑφαίρεσιν τῆς ἀρχῆς καὶ τὸ σφάττεσθαι τοὺς Χριστιανοὺς καὶ δουλοῦσθαι τὰς κώμας καὶ τὰς χώρας ἀφανίζεσθαι ἐν δευτέρῳ ἐτίθετο. Ο δέ γε Ῥουσέλιος ἄρας ἐκ τοῦ τῆς Μεταβολῆς φρουρίου μετὰ τῶν ὑπολελειμμένων Φράγγων στρατιωτῶν καὶ τῆς συνεύνου καὶ τῶν παίδων καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ διὰ μέσης τῆς χώρας ἀτρέπτως ἐβάδιζε, καὶ τὸ θέμα τῶν Ἀρμενιακῶν καταλαβὼν τοῖς προτέροις αὐτοῦ κάστροις ἀποκατέστη, κἀκεῖθεν ἐκδρομὰς κατὰ τῶν Τούρκων ποιούμενος ἀπεῖρξεν αὐτοὺς τῶν κατὰ τοῦ τοιούτου θέματος ἐφόδων. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐνωτιζόμενος ταῦτα μᾶλλον ἐνόμιζε συμφέρον C τοὺς Τούρκους ἔχειν τὰ Ῥωμαίων ἢ τὸν Ῥουσέλιον χωρεῖσθαι ἐν τόπῳ ἐνὶ, παρὰ τοῦ Νικηφόρου πρὸς τοῦτο νυττόμενος καὶ διεγειρόμενος. [P. 850] Στέλλει τοίνυν τινὰ τῶν εὐπατριδῶν, τὴν μὲν ἡλικίαν νέον, δραστήριον δὲ ἄλλως καὶ ἔμφρονα, τὸν πρόεδρον Ἀλέξιον τὸν Κομνηνὸν, ὃς ἐν τῷ ἄστει τῆς Ἀμασείας γενόμενος ἐκαραδόκει τὸ μέλλον. Ὁ δὲ Ῥουσέλιος συνθήκας καὶ φιλίας μετὰ τοῦ τῶν Τούρκων ἐξάρχοντος θέμενος συνῆλθε τούτῳ ἐψιλωμένος στρατιωτῶν ὡς ἤδη συνήθης καὶ ἐθάς. Ἐν μιᾷ δὲ συνδειπνῶν αὐτοῖς ἁλίσκεται καὶ δεσμώτης ἀποδείκνυται· ἀπατᾷν γὰρ Ῥωμαίους ἐνωμότως παρὰ τοῖς Τούρκοις ὅρος καὶ λόγος ἐνδόσιμος καὶ ἀλογοθέτητος. Τοῦτον ὤνιον πολλῶν ὁ πρόεδρος Ἀλέξιος ὠνησάμενος ἐς βασιλέα ἀπάγει δέσμιον. Παραδοὺς D οὖν ὁ βασιλεὺς τοῖς βασανισταῖς ξεσμοῖς ἀνηκέστοις διὰ βουνεύρων ὥς τινα δοῦλον δραπέτην ᾐκίσατο, καὶ εἴς ἕνα τῶν ζοφωδεστάτων ἐγκλείσας πύργων ἀτημέλητον εἶχεν ἀλύσεσι δέσμιον.

Logotheta autem plurimum potens, ut dictum est, apud imperatorem, omnia pro arbitrio moderans, Hebdomi monasterium sibi donari petens, omnes possessiones et omnem fere quantam sol cernit regionem studuit sibi vindicare et copiosis proventibus dilatare, cogitans improbitate sibi amicum imperatorem facere, et maxima lucrari ob ejus simplicitatem, ac nomine monasterii ingentes divitias adipisci. Et cum esset maxime idoneus ob versutiam, si quis alius, ad lucrandum, et quæstus

Ὁ δὲ λογοθέτης μέγα δυνάμενος, ὡς εἴρηται, παρὰ βασιλεῖ, ἄγων τε καὶ φέρων πάντα ᾗπερ ἐβούλετο, τὴν τοῦ Ἑβδόμου μονὴν διὰ δωρεᾶς ἐξαιτησάμενος, πάντα κτήματα καὶ πᾶσαν σχεδὸν ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ ἔσπευδε προσκυρῶσαι αὐτῇ καὶ προσόδοις ἀφθόνοις ἐμπλατῦναι, σκεπτόμενος ἐκ μοχθηρίας οἰκειοῦσθαί τε τὸν βασιλέα καὶ παρακερδαίνειν τὰ μέγιστα τῆς ἀβελτηρίας αὐτοῦ καὶ τῷ ὀνόματι τῆς μονῆς πλοῦτον ἐπικτᾶσθαι ὑπερφυῆ. Πορισμώτατος δὲ ὢν εἰς κακίαν, εἴπερ τις ἕτερος, καὶ τοῦ

κερδαλέου χάριν μηδενὸς δυσφήμου ὀνόματος ἀπεχόμενος, φούνδακα (35) ἐν τῇ Ῥαιδεστῷ καὶ μονοπωλεῖον συνεστήσατο, κωλύσας καὶ ἀπείρξας τοὺς πωλοῦντας ἅπαντας, τὸ βασιλικὸν δὲ μόνον πρατήριον ἐμηχανήσατο· παρὸ καὶ λιμὸν ἐπραγματεύσατο μέγιστον καὶ τῶν πώποτε μνημονευομένων ἀπανθρωπότατον, ὡς καὶ τῷ βασιλεῖ ἀντ' ἐπωνυμίας γενέσθαι αὐτόν, καὶ ἀπὸ τούτου μᾶλλον ἢ τοῦ προγονικοῦ γινώσκεσθαι τοῖς μετέπειτα· Μιχαὴλ γάρ τις εἰπών, εἰ μὴ προσθείη καὶ τὸν Παραπινάκιον, οὐκ ἂν γένοιτο συντόμως γνωριμώτερος, διὰ τὸ τηνικαῦτα τὸν μόδιον παρὰ πινάκιον τῷ νομίσματι πιπράσκεσθαι.

Τῷ δὲ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἰνδικτιῶνος ια', τὸ τῶν Σέρβων ἔθνος, οὓς δὴ καὶ Χροβάτας καλοῦσι, τὴν Βουλγαρίαν ἐξῆλθε καταδουλωσόμενον. Τὸν δὲ τρόπον ἄνωθεν ἀναλαβὼν διηγήσομαι. Βασιλείου γὰρ τοῦ βασιλέως, ὁπηνίκα τὴν Βουλγαρίαν ὑπηγάγετο, μὴ θελήσαντός τι νεοχμῆσαι τῶν ἐθίμων αὐτοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς σφετέροις ἄρχουσί τε καὶ ἤθεσι τὰ καθ' ἑαυτοὺς ὁρίσαντος διεξάγεσθαι, καθώς που καὶ ἐπὶ τοῦ Σαμουήλ, ὃς αὐτῶν ἀρχηγὸς ἐγένετο ἤδη μὲν οὖν καὶ πρότερον τὸ ἔθνος τετάρακτο, [P. 851] τὴν ἀπληστίαν μὴ φέρον τοῦ ὀρφανοτρόφου, ὅτε τὸν Δολεάνον ἑαυτῶν βασιλέα ἐπευφήμησαν, περὶ ὧν κατὰ μέρος δεδήλωται ἄνωθεν, ἀπέβλεψε δὲ καὶ νῦν πρὸς ἀποστασίαν. Τὴν γὰρ τοῦ Νικηφόρου μὴ φέρον ἀπληστίαν καὶ ἃ κατὰ πάντων αὐτῷ μεμηχάνητο, οὐδενὸς ἐπιστρεφομένου τοῦ βασιλέως, ταῖς παιδαριώδεσι δὲ παιδιαῖς μόνον προσανέχοντος, οἱ κατὰ τὴν Βουλγαρίαν προέχοντες ἀξιοῦσι τὸν Μιχαηλᾶν ἀρχηγὸν ὄντα ἐπαρῆξαι αὐτοῖς καὶ συνεργῆσαι, δοῦναί τε αὐτοῖς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὡς ἂν αὐτὸν βασιλέα Βουλγαρίας ἀνακηρύξωσι καὶ τῆς ἐκ τῶν Ῥωμαίων ἐλευθερωθεῖεν καταδυναστείας καὶ βαρύτητος. Ὁ δὲ ἀσμένως ὑπακούει αὐτῶν, τριακοσίους τε τῶν ἑαυτοῦ ἀπολεξάμενος καὶ τῷ οἰκείῳ υἱῷ Κωνσταντίνῳ τῷ καὶ Βοδίνῳ ὀνομαζομένῳ παραδοὺς εἰς Βουλγαρίαν ἐξαποστέλλει. Ἔξεισιν οὖν εἰς τὰ Πρισδίανα, ἔνθα συναθροισθέντες οἱ ἐν τοῖς Σκοπίοις προέχοντες, οἷς ἔξαρχος ἦν Γεώργιος ὁ Βοϊτάχος, τοῦ τῶν Κομχάνων γένους καταγόμενος, βασιλέα Βουλγάρων αὐτὸν ἀνεκήρυξαν, Πέτρον ἀντὶ Κωνσταντίνου μετονομάσαντες. Ὅπερ ἀκούσας ὁ ἐν Σκοπίοις διέπων τὴν ἀρχὴν τοῦ δουκὸς Νικηφόρος ὁ Καραντηνὸς, τοὺς ὑφ' αὐτὸν στρατηγοὺς παραλαβὼν ἄπεισιν εἰς τὰ Πρισδίανα μετὰ τῶν Βουλγαρικῶν δυνάμεων. Ἐν ὅσῳ δὲ οὗτος τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξήρτυεν, ἐπικατέλαβε διάδοχος αὐτοῦ Δαμιανὸς ὁ Δαλασσηνός. Ἑνωθεὶς τοίνυν μετὰ τοῦ Καραντηνοῦ, πολλά τι κερτομήσας αὐτόν, καὶ ἐς ἕκαστον δὲ τῶν σὺν αὐτῷ στρατηγῶν ἐμπαροινήσας οὐκ ὀλίγα καὶ ὡς ἀνάνδρους μυκτηρίσας αὐτοὺς, συνταξάμενος συμβάλλει τοῖς Σέρβοις εὐθέως. Καὶ γίνεται μάχη φρικτὴ καὶ τροπὴ τῶν Ῥωμαίων φρικωδεστέρα· πίπτουσι γὰρ

A gratia nulli parcens infamiæ, officinam in Rhædesto et monopolium instituit, probibens et coercens omnes vendentes; solumque imperatoris forum venale machinatus est. Ex quo maximæ famis auctor fuit, et quarum unquam meminerint homines crudelissimæ, ita ut inde imperator cognomentum invenerit, a quo magis quam a majorum sucrum nomine posteris est cognitus: nam si quis dicat Michael, neque addat Parapinacius, haud statim cognoscitur, eo quod tunc modius numismate venderetur, sed pinacio minus, qui medimni quadrans est.

Primo autem imperii ipsius anno, indictione undecima. Servorum gens, quos etiam Chrobatas B vocant, exiit ut Bulgariam in servitutem **715** redactura: quomodo vero, altius ipse repetens enarrabo. Nam cum Basilius imperator, eo tempore quo Bulgariam subegit, nollet aliquid innovare eorum quæ ipsi usitata erant, verum præfinisset ut a suis principibus regeretur suisque moribus degeret, quemadmodum item imperante Samuele, qui dux ipsorum fuit..... jam igitur et prius natio perturbata fuerat, quod non ferret orphanotrophi avaritiam, quando Doleanum suum regem declararunt, quæ sigillatim superius demonstrata sunt. Et nunc quoque ad rebellionem spectavit: neque enim ferebat Nicephori avaritiam, et quæ contra omnes ipse machinatus fuerit, nihil curante imperatore, sed solis puerilibus ludis occupato. Bulgariæ principes Michaelem suum præfe- C ctum petunt sibi opem ferre et opitulari, sibique tradere filium, ut ipsum Bulgariæ regem declarent, et a Romanorum imperio et crudelitate eum vindicent. Ille autem libenter ipsis obtemperabat, delectisque e suis trecentis, et suo filio Constantino, cui Bodino cognomen erat, traditis, in Bulgariam eum mittit. Exit igitur ad Prisdiana, ubi coacti proceres qui in Scopiis erant, quorum princeps erat Georgius Boitachus, a Comchanis originem ducens, Bulgarorum regem ipsum declararunt, Petrum pro Constantino mutato nomine vocantes. Quod quidem audiens is qui Scopiis ducis imperium administrabat, Nicephorus Carantenus, cum suis ducibus quos habebat, ad Prisdiana **716** se confert cum Bulgaricis copiis. Interea vero dum hic ad bellum D se comparabat, supervenit successor ipsius Damianus Dalassenus; qui cum eo conjunctus cum multis eum conviciis affecisset et haud mediocriter in ejus milites debacchatus fuisset, tanquam imbelles eos irridens, instructa acie cum Servis statim prælium committit. Fitque horribilis pugna, sed multo horribilior Romanorum clades: cadunt enim multi ex Romanis et Bulgaris, et vivi plurimi capiuntur, in quibus ipse quoque dux Damianus Dalassenus, et qui dicebatur Probatas, et Longibar-

JACOBI GOARI NOTÆ.

(35) ***Mensam*** sive *negotialem argentariam, officinam usurariam*, ab Italis *fundaco* ἀπὸ τοῦ φούνδου, *a fundo*, id est, *summa pecuniaria*, voce Græcis Jureconsultis nota dictam.

dopulus et alii frequentes cum ipsis. Capta sunt item omnia castra, et omnia quæ in ipsis erant direpta. Hinc aperte Bulgari Rodinum regem declarant, ut dictum est, mutato nomine Petrum appellantes. Et in duas partes divisi, alii cum Bodino ad Nisum se contulere, alii Petrilum quemdam, cui primæ apud Bodinum partes deferebantur, secuti adversus Romanos, qui in Castoria erant, profecti sunt : illic enim muro muniendam urbem curaverant, Romanis faventes, ut dictum est, et Achridis præter Marianus et patricius Diaboleos et proconsul Theognostus Burtzes, et cum ipso Castoriæ præfectus, quibuscum Borises David et alii multi, qui veriti indigenarum Bulgarorum minas in Castoriam tanquam ad asylum confugere. Cum igitur Petrilus ad Castoriam pervenisset cum innumerabili Bulgarorum manu, quæ ad bellum pertinerent 717 comparabat. Romani vero etiam ipsi instructi adversus erupere, et ingenti impetu cum ipsis congressi fundunt Petrilum, et in fugam conjectum cogunt per invios montes ad suum dominum Michaelem pervenire, et Bulgarorum plurimos occidunt, capiuntque eum qui post Petrilum in Chrobatis secundum ordinem ducebat, et ad imperatorem vinctum perducunt. Bodinus autem cum ad Nisum pervenisset, ut jam imperatorem a Bulgarica provincia coerceret, omnia obvia prædabatur, eos a quibus non exciperetur quique recusarent ejus imperium, vexans et offendens. Quod cum audisset imperator, cladem videlicet ducis et ejus declarationem, Saronitem adversus eum mittit, antequam malum accenderetur et in magnam flammam evaderet, exstinguere festinans; et cum ipso idoneum quoque misit exercitum, ex Macedonibus et Romanis Francisque coactum. Verum hic ad Scopiorum urbem profectus, nullam eorum qui Nisi erant rationem habebat. Profectus igitur, et Georgio Boitacho, cui urbs commissa erat, data fide nihil eum detrimenti passurum, Scopiorum urbem expugnat, ibique castra locat, et quid faciendum de iis qui Nisi erant consultabat ac meditabatur. Verum Boitachus, quem jam pœnituerat tam diu bonum fuisse et Romanos secutum esse, clam iis qui Nisi degebant indicavit ut ad se quam celerrime venirent, et eos qui 718 cum Saronite erant ignavius degentes ac segnius, sine ulla miseration[e] crudeliter omnes ad unum interficerent. Qui, accepto nuntio, profecti Niso Scopia petebant, cooperta terra nive : hiems enim erat, Decembri mense. Quod cum persensissent ii qui cum Saronite erant, adversus ipsos cum omnibus copiis irrumpunt, et in itinere deprehensos ad quemdam locum nomine Taunium, fere omnes interficiunt. Capitur etiam Bodinus. Longibardopulus vero, ut dictum est, ad Michaelem perductus, data acceptaque fide, ejus filiam uxorem ducit. Eique ingens committitur exercitus, e Longibardis et Servis conflatus; quocum ad auxilium Bodini missus rursus Romanis repugnat. Saronites

A πολλοὶ ἔκ τε Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων, ζωγροῦνται δὲ πλεῖστοι καὶ αὐτὸς ὁ δοὺξ Δαμιανὸς ὁ Δαλασσηνὸς ὅ τε λεγόμενος Προβατᾶς καὶ ὁ Λογγιβαρδόπουλος καὶ ἕτεροι συχνοὶ σὺν αὐτοῖς. Ἐλήφθη δὲ καὶ ἡ παρεμβολὴ ἅπασα, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πάντων διασκύλευσις γίνεται. Ἐντεῦθεν ἀναίδην οἱ Βούλγαροι τὸν Βοδῖνον βασιλέα ἀναγορεύουσιν, ὡς εἴρηται, Πέτρον μετονομάσαντες, Διχῇ τε διαιρεθέντες οἱ μὲν μετὰ τοῦ Βοδίνου εἰς τὸν Νίσον ἀπῄεσαν, οἱ δὲ Πετρίλον τινὰ τὰ πρῶτα παρὰ τῷ Βοδίνῳ φέροντα παραλαβόντες κατὰ τῶν ἐν Καστορίᾳ Ῥωμαίων ἀπίασιν· ἐκεῖσε γὰρ διατετειχίσθαι τὴν πόλιν οἱ τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντες, ὡς εἴρηται, ὅ τε τῆς Ἀχρίδος στρατηγὸς Μαριανὸς καὶ ὁ τῆς Διαβόλεως ὁ πατρίκιος καὶ ἀνθύπατος Θεόγνωστος ὁ Βούρτζης, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ B ὁ ἐν Καστορίᾳ στρατηγῶν. Μεθ' ὧν καὶ ὁ Βορίσης Δαβὶδ καὶ ἄλλοι πολλοί, οἵτινες δεδιότες τὴν ἐκ τῶν ἰθαγενῶν Βουλγάρων ἀπειλὴν ὡς εἰς χρησφύγετον τὴν Καστορίαν συνέφυγον. Καταλαβὼν οὖν ὁ Πετρίλος τὴν Καστορίαν μετὰ πλήθους Βουλγάρων ἀμυθήτου τὰ πρὸς τὸν πόλεμον [P. 852] συνεσκευάζετο. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ οἱ συνταξάμενοι ἐξῆλθον κατ' αὐτῶν, καὶ μετὰ ῥύμης σφοδρᾶς συμβαλόντες αὐτοῖς τρέπουσι τὸν Πετρίλον, καὶ φυγεῖν καταναγκάζουσι δι' ὀρέων ἀβάτων πρὸς τὸν ἑαυτοῦ κύριον τὸν Μιχαηλᾶν ἀφικόμενον. Κτείνουσι δὲ καὶ τῶν Βουλγάρων πολλούς· αἱροῦσι δὲ καὶ τὸν μετὰ τὸν Πετρίλον ἐν Χροβάτοις τεταγμένον, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα δεσμώτην ἀπάγουσιν. Ὁ δὲ Βοδῖνος τὸν Νίσον καταλαβὼν ὡς ἤδη βασιλεὺς τῶν Βουλγαρικῶν πραC γμάτων ἀντείχετο, πᾶν τὸ προστυχὸν ληϊζόμενος, καὶ τοὺς μὴ δεχομένους μηδὲ δουλουμένους αὐτῷ κεραΐζων καὶ λυμαινόμενος. Ὅπερ ἀκηκοὼς ὁ βασιλεύς, τήν τε τοῦ δουκὸς ἧτταν δηλαδὴ καὶ τὴν αὐτοῦ ἀναγόρευσιν, τὸν Σαρωνίτην κατ' αὐτοῦ ἐξαπέστειλε, πρὶν ἐξαφθῇ τὸ κακὸν καὶ εἰς μεγάλην ἐξαρθῇ φλόγα, κατασβέσαι τοῦτο κατεπειγόμενος. Συνεξαπέστειλε δὲ αὐτῷ καὶ στράτευμα ἀξιόλογον συγκείμενον ἔκ τε Μακεδόνων καὶ Ῥωμαίων καὶ Φράγγων. Ἀλλ' οὗτος μὲν πρὸς τὴν τῶν Σκοπίων πόλιν τὴν ὁρμὴν ποιούμενος τῶν ἐν τῷ Νίσῳ οὐδεμίαν φροντίδα ἐτίθετο. Παραγενόμενος οὖν, καὶ τῷ πιστευομένῳ ταύτην Γεωργίῳ τῷ Βοϊτάχῳ λόγον δεδωκὼς ὡς οὐδὲν φλαῦρον ὑποστήσεται, τὴν πόλιν τῶν Σκοπίων αἱρεῖ, κἀν ταύτῃ τὴν στρατοπεδείαν πήγνυσι, καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ Νίσῳ τὸ ποιητέον D ἐσκόπει καὶ ἐμελέτα. Ἀλλ' ὁ Βοϊτάχος μεταμεληθεὶς ὅτι δὴ ποσῶς ἀγαθὸς γέγονε καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐφρόνησε, λαθραίως τοῖς ἐν τῷ Νίσῳ ἐδήλου ἀφικνεῖσθαι μὲν ἐν τάχει πρὸς αὐτόν, καὶ τοὺς περὶ τὸν Σαρωνίτην ῥᾳθυμότερον διάγοντας καὶ ἀμελέστερον ἀνοίκτως καὶ ὠμῶς ἡβηδὸν ἀποσφάξαι. Οἳ δὴ τὴν ἀγγελίαν δεξάμενοι, ἄρανοες ἐκ τοῦ Νίσου, πρὸς τὰ Σκόπια ἵεντο, χιόνι κεκαλυμμένης οὔσης τῆς γῆς· χειμὼν γὰρ ἦν, Δεκεμβρίου ἱσταμένου μηνός. Συναισθήσεως δὲ τοῖς περὶ τὸν Σαρωνίτην γενομένης ἔξεισι κατ' αὐτῶν παμπληθεί, καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς κατὰ τὴν ὁδὸν ἔν τινι τόπῳ λεγομένῳ Ταωνίῳ ἀναιρεῖ σχεδὸν τοὺς σύμπαντας· ἁλίσκεται

δὲ καὶ ὁ Βοδίνος. Ὁ δὲ Λογγιβαρδόπουλος, ὡς εἴρηται, ἀρθεὶς πρὸς τὸν Μιχαηλᾶν καὶ λόγον δοὺς καὶ λαβὼν, ζεύγνυται τῇ τούτου θυγατρὶ καὶ λαὸν ὅτι πλεῖστον πιστεύεται ἀπὸ Λογγιβάρδων καὶ Σέρβων συγκείμενον, μεθ' οὗ καὶ πρὸς βοήθειαν τοῦ Βοδίνου ἀποσταλεὶς αὖθις τοῖς Ῥωμαίοις ἀποκαθίσταται. Ὁ δὲ Σαρωνίτης τὸν Βοδίνον ἐξαπέστειλε πρὸς τὸν βασιλέα δέσμιον. Περιορισθεὶς δὲ ἐν τῇ τοῦ Ἁγίου Σεργίου μονῇ, μετὰ βραχὺ παραδοθεὶς τῷ Κομνηνῷ Ἰσαακίῳ ἤδη προβεβλημένῳ Ἀντιοχεία δουκὶ ἀπήχθη εἰς Ἀντιόχειαν. Ὅπερ ἀκούσας ὁ τούτου πατὴρ ὁ Μιχαηλᾶς. [P. 853] μισθωσάμενος Βενετίκους τινὰς βαλαντίου ἁδροῦ, οἷς ἔργον θαλαττοπορεῖν, ἀπέκλεψε τοῦτον ἐκεῖθεν καὶ τῇ ἰδίᾳ ἀρχῇ ἀποκατέστησεν· ὃς καὶ μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν κἀν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις διήνυσεν. Ὁ δὲ Βοϊτάχος ἐτασθεὶς σφοδρῶς ἐν τῷ ἀπιέναι πρὸς τὸν βασιλέα τελευτᾷ, μὴ ἐξαρκέσας ταῖς ἐκ τῶν πληγῶν ὀδύναις. Οἵ γε μὴν Ἀλαμάνοι καὶ Φράγγοι (γένη δὲ οὗτοι δυτικὰ) κατὰ τῆς χώρας ἀφεθέντες καθαιροῦσι μὲν τὰ ἐν τῇ Πρέσπᾳ τῶν Βουλγάρων ὑπολελειμμένα βασίλεια, σκυλεύουσι δὲ καὶ τὸν ἐκεῖσε ναὸν, ὃς ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου Ἀχιλλίου ἵδρυται, μηδενὸς τῶν ἐν ἐκείνῳ φεισάμενοι ἱερῶν, ὧν τινὰ μὲν αὖθις ἀνεσώθησαν, τὰ δὲ λοιπὰ ὁ στρατὸς διανειμάμενος εἰς χρῆσιν ἰδίαν μετεσκεύασαν. Τὶς οὖν τῶν στρατιωτῶν τῆς Μακεδονικῆς φάλαγγος ὤν, ἀξιούμενος ἀποδοῦναι ὅπερ εἰλήφει ἱερὸν, ἐπεὶ μὴ ἐπείσθη, ἀνθρακιάσας τοὺς ὤμους, τελευτᾷ, τῆς δίκης μὴ ἀνασχομένης ὡς ἔθος, ἀλλὰ μετελθούσης αὐτὸν εἰς ὑπόδειγμα τοῖς ὀψιγόνοις. Ἐν δὲ ταῖς παρακειμέναις τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου πόλεσι τῶν στρατιωτῶν ἠμελημένων οἷα δὴ μηδὲν εἰς διοίκησιν λαμβανόντων, στέλλεται ὁ βεστάρχου Νέστωρ, δοῦλος γεγονὼς τοῦ πατρὸς τοῦ βασιλέως, δοὺξ τῶν Παριστρίων ὀνομασθεὶς, καὶ συμφωνήσας τῷ Τάτους ὡς ὁμογνώμονι, Πατζινάκοις πλείοσιν ὁπλισθέντες εἰς τὴν βασιλεύουσαν παρεγένοντο. Καταθεῖναι δὲ τὰ ὅπλα ἐγκελευόμενος μὴ ἂν ἄλλως ποιῆσαι τοῦτο ἔλεγεν, εἰ μὴ τὸν λογοθέτην Νικηφόρον ἐκ μέσου ποιήσειεν ὡς κοινὸν ἐχθρὸν καὶ πολέμιον κοσμικὸν, καὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγα λυπήσαντα καὶ τὴν αὐτοῦ περιουσίαν δημεύσαντα. Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐπείθετο, ἅπαξ ἑαυτὸν ταῖς αὐτοῦ γοητείαις καὶ ἀπάταις ἐκδεδωκώς. Ὁ δὲ Νέστωρ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀπανίσταται μὲν ἐκεῖθεν, ληΐζεται δὲ τήν τε Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην καὶ τὰ παρακείμενα τῆς Βουλγαρίας, καὶ εἰς τὴν τῶν Πατζινάκων ὑποχωρεῖ. Μοῖρα δὲ στρατιωτῶν Μακεδονικῶν στερουμένη προσῆλθε τῷ βασιλεῖ, τὴν στέρησιν ἀποκλαιομένη. Προστάξει οὖν βασιλικῇ τυφθέντες καὶ ὑβρισθέντες ἐδιώχθησαν, μηδεμιᾶς ἐπιστροφῆς αὐτῶν γενομένης. Ἀλλ' οἵ γε πρὸς τὰ οἰκεῖα λύπης οὐ μικρᾶς ἐπιστραφέντες ἀνάμεστοι οὐκ ἤθελον μένειν ἔτι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ φρονήματος, ἀλλὰ τοὺς πολεμίους πᾶσι τρόποις ἀμύνασθαι διεσκέπτοντο.

autem Bodinum misit imperatori vinctum. Relegatus autem in sancti Sergii monasterium paulo post Isaacio Comneno traditur jam Antiochiæ duci declarato. Et perductus est in Antiochiam. Quod cum audisset ipsius Pater Michael, pretio ingenti conductis Venetis quibusdam, quorum opus erat per mare navigare, eum inde furatus in propriam patriam reduxit, eique restituit imperium. Atque hic post patris obitum nostraque tempestate regnavit. Boitachus autem vehementer tortus, dum rediret ad imperatorem, non sustinens verberum cruciatus moritur. Alamanni tamen et Franci (sunt hæ nationes Occidentis) per regionem immissi relictam Bulgarorum regiam in Prespa destruunt, templumque illic sancto Achillio constructum **719** ac dedicatum exspoliant, a nulla re sacra abstinentes earum quæ ibi erant; ex quibus quædam rursus servata sunt, reliqua divisa exercitus in proprios usus convertit. Quidam igitur ex militibus Macedonicæ phalangis, cum ab eo repeteretur sacra res, neque adduci posset ut id faceret, humeris anthrace depastis obit, justitia haud differente, ut mos est, supplicium, sed ad exemplum posterorum ipsum puniente. In urbibus autem maritimis, neglectis militibus utpote qui nihil acciperent ex præda, mittitur bestarches Nestor, qui fuerat servus patris imperatoris, dux eorum populorum qui secundum Istrum degunt vocatus. Inita cum Tato societate, ut cum viro ejusdem sententiæ, cum pluribus Patzinacis instructi ad regiam urbem profecti sunt. Jussus autem arma deponere non aliter se facturum hoc dicebat, nisi logothetam Nicephorum e medio tollerent ut communem inimicum et hostem capitalem, quique in se haud pauca commisisset suaque bona publicasset. Verum imperator haud paruit, cum semel se ipsum ejus præstigiis et dolis dedisset. Nestor autem, cui a suis paratæ insidiæ fuerant, inde proficiscitur, Thraciamque deprædatur et Macedoniam et Bulgariæ finitima, et ad Patzinacorum regionem secedit. Pars autem Macedonum militum defraudata accessit ad imperatorem, id factum deflens. Jussu igitur imperatoris pulsati et contumolia affecti repulsi sunt, nulla ipsorum habita ratione. **720** Verum illi in patriam reversi, haud mediocri dolore affecti, non amplius in eadem sententia manere voluerunt, sed omnibus modis cogitabant hostes ulcisci.

Ἀποστείλας δὲ πρὸς τὸν τὴν Λογγιβαρδίαν κατέχοντα Φράγγον Ῥουμπέρτον (36) καλούμενον τὴν

Cum autem misisset ad eum qui Longobardiam obtinebat Francum, Robertum nomine, ejus filiam

JACOBI GOARI NOTÆ.

(36) Robertum Guiscardum intelligit, celebrem Normannorum ducem, qui Campaniam, Calabriam, Apuliam et Siciliam a Sarecenorum, Græcorum et Italorum tyrannide in libertatem asseruit, de quo fuse Pandulphus Collenutius, Leo Ostiensis, Fazellus et Normannorum Annales.

suo filio Constantino uxorem adduxit, quam, mutato nomine, Helenam vocavit. Occupata autem fuit Longobardia a Roberto in hunc modum. Georgius Maniaces ab Augusta Zoe ad componendas res in Italia missus, magistri honore decoratus, conciliaverat sibi Francos multos, et in dies eos qui a Dociano vexati erant effecit in Italiæ finibus quiescere: verebantur enim ipsum, quod ejus virtutis in prœliis periculum fecerant. Cum vero se opposuisset Monomacho et debellatus fuisset, qui cum ipso erant trajecti et in servitutem imperatoris redacti, Maniacatæ appellati sunt et in urbe Romanorum permansere, reliqui in Italia relicti sunt. Erat autem quidam in ipsis Robertus nomine fratris filius Ardoini, qui a Dociano flagris cæsus fuerat, gravis et iracundus et tyrannica mente præditus. Qui aperte Romanos expellere meditabatur, attamen provinciam aggredi metuebat differebatque, se ipsum imbecillem cernens, verebaturque contra imperatoris potentiam se opponere. Cum vero uxor illius, quam a Francia duxerat, Gaita nomine, filia principis cui haud mediocris regio subjecta **721** erat, secum esset, ad eas urbes migravit, quæ uxori suæ serviebant, quarum prima et maxima Salernus nominatur. Illinc igitur veluti fur erumpens loca Romanorum imperio subjecta prædabatur, partim Calabriam mancipans, partim Italiam redigens in servitutem. Eorum vero captivorum quos ceperat aliis manus amputare, aliis extremas partes pedum incidere, aliis utrasque, quosdam etiam ingenti pecunia vendere, metuens, si non proderent urbes et sese ipsi dederent, ne non solum hæc, sed etiam his deteriora paterentur. Cum vero res privata imperii in regia laboraret, nulla habebatur eorum quæ in Italia fierent ratio. Nam vita paulo post functo Monomacho, cum Theodora circiter annum unum obtinuisset imperium, et Michael declaratus esset, atque adversus ipsum Comnenus incitatus, et exercitus essent intestinis bellis occupati, ac nemo Roberti conatus prohiberet, magnus ex hoc et illustris evasit; idoneum enim coegit exercitum et equorum atque pecuniæ et armorum potitus est' cum ii qui ab imperatore duces urbibus præfecti erant, non possent contra erumpere ob paucitatem suorum et modicam virtutem. Comneno autem adepto imperium, Turcorum natio Orientem premere, Patzinaci vero Occidentem. Cedit igitur Thrymbus Calabria, qui illic dux erat exercitus, aperte contra Scribonas facinus ausus: cum **722** enim indigenis minime placere cerneret quod factum esset, exsul ad imperatorem proficiscitur. Mittitur igitur dux Italiæ Abulchar. Robertus autem cum propter Scribonarum cædem Calabros exasperatos videret, hac quoque de causa rebelliorem meditatus, non ut amplius reversurus egre-

αὐτοῦ θυγατέρα τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ γυναῖκα ἠγάγετο, Ἑλένην μετονομάσας αὐτήν. Κατεσχέθη δὲ ἡ Λογγιβαρδία (37) πρὸς τοῦ Ῥουμπέρτου τοῦτον τὸν τρόπον· Γεώργιος ὁ Μανιάκης ἐπὶ καταστάσει τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πραγμάτων ἀποσταλεὶς προσηταιρίσατο μὲν Φράγγους πολλούς, καθ' ἡμέραν δὲ καὶ τοὺς παρὰ τοῦ Δοκειανοῦ κακωθέντας καὶ ἡσυχίαν ἄγειν ἔν τισι τέρμασι τῆς Ἰταλίας παρεσκεύασεν· [P. 854] ἐδεδίεσαν γὰρ αὐτόν, πεῖραν τῆς αὐτοῦ ἐν πολέμοις γενναιότητος ἔχοντες. Ἀντάραντος δὲ τῷ Μονομάχῳ καὶ κατηγωνισμένου, οἱ μὲν σὺν αὐτῷ περαιωθέντες τῷ βασιλεῖ δουλωθέντες Μανιακάτοι τε ἐπωνομάσθησαν καὶ τῇ Ῥωμαίων πόλει ἐναπέμειναν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐν Ἰταλίᾳ ὑπελείφθησαν. Ἦν δέ τις ἐν αὐτοῖς Ῥουμπέρτος τοὔνομα, ἀνεψιὸς Ἀρδοΐνου τοῦ ὑπὸ Δοκειανοῦ μαστιχθέντος, δεινὸς καὶ θυμοειδής, τυραννικὸν ἔχων τὸ φρόνημα, ὅστις φανερῶς μὲν ἐξελάσαι τῆς Ἰταλίας τοὺς Ῥωμαίους ἐμελέτα, ὤκνει δὲ ὅμως τὴν ἐγχείρησιν καὶ ἀνεβάλλετο, ἀσθενῆ ἑαυτὸν ὁρῶν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἰσχὺν ὠῤῥώδει ἑαυτὸν ἀντεξαγαγεῖν. Τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ, ἣν ἀπὸ Φραγγίας ἠγάγετο, τελευτησάσης ἑτέραν ἄγεται, Γαΐταν μὲν καλουμένην, θυγατέρα δὲ οὖσαν πρίγκιπος χώραν οὐκ ὀλίγην ὑφ' ἑαυτὸν ἔχοντος. Ἀγαγόμενος οὖν ταύτην κατῴκησεν ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς διαφερούσαις τῇ αὐτοῦ γυναικί. ὧν ἡ πρώτη μὲν καὶ μεγίστη Σαλερὸς ὀνομάζεται. Ἐκεῖθεν οὖν οἷα κλέπτης καὶ λῃστὴς ἐξιὼν τὰ τῇ Ῥωμανίᾳ ὑποκείμενα ἐληΐζετο, τοῦτο μὲν Καλαβρίαν αἰχμαλωτίζων, τοῦτο δὲ τὴν Ἰταλίαν δουλούμενος. Τῶν δ' ἁλισκομένων αἰχμαλώτων ὧν μὲν χεῖρας ἀφῄρει, ὧν δὲ πόδας ἠκρωτηρίαζεν, ἄλλων δὲ ἀπέκοπτε καὶ ἀμφότερα, τινὰς δὲ καὶ ἀπημπόλει χρημάτων πολλῶν, δεδιττόμενος ὡς εἰ μὴ προδοῖεν τὰς πόλεις καὶ ὑποκλιθεῖεν αὐτῷ, οὐ ταῦτα μόνα, ἀλλὰ καὶ χείρονα πείσονται. Νοσούντων δὲ ἐν τοῖς βασιλείοις τῶν οἰκείων, οὐδεμία τῶν γινομένων ἐν Ἰταλίᾳ ἐγίνετο ἐπιστροφή. Τοῦ γὰρ Μονομάχου μετὰ βραχὺ τελευτήσαντος, Θεοδώρας δὲ τῆς Αὐγούστης ἐφ' ἕνα χρόνον τὴν βασιλείαν κατασχούσης, τοῦ τε Μιχαὴλ ἀναιρεθέντος καὶ τοῦ Κομνηνοῦ ἐπαναστάντος αὐτῷ, καὶ τῶν στρατευμάτων ἀσχολουμένων τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις, μηδενός τε ὄντος τοῦ τὴν ὁρμὴν τοῦ Ῥουμπέρτου κωλύσοντος, μέγας ἐκ τούτου καὶ περιβόητος γέγονε· στρατὸν γὰρ ἀξιόλογον συνεστήσατο καὶ ἵππων καὶ χρημάτων καὶ ἁρμάτων ἐγένετο κύριος, τῶν ἐν ταῖς πόλεσι στρατηγεῖν τεταγμένων πρὸς βασιλέα μὴ δυναμένων ἀντεξιέναι ὀλιγανδρίᾳ καὶ κακότητι τῶν σὺν αὐτοῖς. Τοῦ δὲ Κομνηνοῦ τῆς βασιλείας ἐγκρατοῦς γενομένου τὰ μὲν τῶν Τούρκων τὴν Ἀνατολὴν ἔθλιβεν, οἱ Πατζινάκοι δὲ τὴν Δύσιν ἐπίεζον. Ὑποχωρεῖ γοῦν τῆς Καλαβρίας ὁ Θρυμβός, ὃς ἐκεῖσε στρατηγῶν ἐτύγχανε, τὸ κατὰ τοὺς Σκρίβωνας ἄγος ἀνέδην τετολμηκώς· μὴ ἀρέσκον γὰρ τοῖς ἐγχωρίοις ὁρῶν τὸ πεπραγμένον, φυγὰς ὡς βασιλέα γίνεται. Στέλλεται

JACOBI GOARI NOTÆ.

(37) Id est Apulia et adjacentes provinciæ, quibus ultimo Græci imperaverunt. Recolenda nota in p. 577.

γοῦν δοὺξ Ἰταλίας ὁ Ἀβουλχαρέ. Ὁ δὲ Ῥουμπέτρος A τῇ τῶν Σκριβώνων ἀναιρέσει δεινοπαθοῦν τὸ γένος ἀρῶν τῶν Καλαβρῶν ἅμα κἀκ τῆς αἰτίας ταύτης ἀπόστασιν μελετῶν, [P. 855] οὐκέτι μὲν ὡς ὑποστρέψων ἔξεισι, σπουδῇ δὲ ἐλάσας αἱρεῖ τὸ Ῥήγιον πόλιν μεγάλην καὶ ἐπίφανῆ, ἐν ᾧ συνήθως ὁ δοὺξ Ἰταλίας διέτριβεν· ἦσαν γὰρ ἐν τούτῳ οἰκήματά τε διαπρεπῆ καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονία πολλή. Ὁ δ' Ἀβουλχαρὲ τὸ Δυῤῥάχιον καταλαβὼν ἐξ ἐκείνου τε εἰς τὴν Βάριν περαιωθεὶς, πυθόμενος ὅτι τὸ Ῥήγιον ἑάλω, ἔμεινεν αὐτὸν ἐν τῇ Βάρει, κἀκεῖθεν ὡς ἦν δυνατὸν τῶν ἔτι τὰ Ῥωμαίων φρονουσῶν ἀντείχετο πόλεων, στρατηγοὺς ἐφιστῶν καὶ στρατὸν ἐπιπέμπων εἰς φυλακήν· ἔτι γὰρ ἐφρόνουν τὰ Ῥωμαίων ἥ τε Βάρις, ἡ Ὑδροῦς, ἡ Καλλίπολις, ὁ Τάρας, τὸ Βρενδίσιον καὶ αἱ Ὧραι καὶ ἄλλα πολίχνια ἱκανὰ καὶ B πᾶσα ἡ χώρα ἁπλῶς. Ἐν τῷ μεταξὺ δὲ προεβλήθη δοὺξ τῆς Ἰταλίας ὁ Περηνός. Μὴ δυνηθεὶς δὲ εἰς Λογγιβαρδίαν περαιωθῆναι διὰ τὴν τοῦ Ῥουμπέρτου καταδυναστείαν ἔμεινεν ἐν Δυῤῥαχίῳ, ὀνομασθεὶς τοῦ Δυῤῥαχίου δοὺξ. Νικηφόρος δὲ ὁ Καραντηνὸς ἐκδρομὰς ποιουμένου τοῦ Ῥουμπέτρου καὶ κακώσεσι μυρίαις τοὺς Ἰταλοὺς κατατρύχοντος ἐδειλία μὲν, ἔμενε δ' ὅμως τὴν ἐκ βασιλέως ἀναμένων ἐπικουρίαν. Πᾶσαι οὖν αἱ Ἰταλικαὶ πόλεις προσεχώρησαν καὶ φρουρὰν παρεδέξαντο· τινὲς δὲ καὶ φρουρὰν μὴ καταδεξάμεναι ὑποφόρους κατέστησαν. Τούτων δὲ οὕτω τελουμένων φυγεῖν μὲν ἔγνω καὶ ὁ Καραντηνὸς, αὐξανομένους τοὺς Φράγγους καθ' ἑκάστην ὁρῶν· τὸ δὲ τῆς αἰσχύνης ἄδοξον λογιζόμενος ἐπὶ χώρας ἔμενεν, τὸ Βρενδίσιον συντηρῶν ἐν τῇ πρὸς C τὸν βασιλέα πίστει τε καὶ δουλώσει. Ἀπάτῃ δὲ καὶ δόλῳ τοὺς προσοίκους Φράγγους ὑπέρχεται. Λαθραίως οὖν αὐτοῖς ἐντυχὼν, καὶ περὶ τοῦ προδοῦναι τὴν πόλιν λόγους καὶ δοὺς καὶ λαβὼν, ἥκοντας τοὺς Φράγγους ἐδέξατο ἀνιόντας διὰ κλίμακος. Ἕνα καθ' ἕνα γοῦν τῶν ἀνιόντων ἀποσφάξας εἰς ἑκατὸν ἀριθμουμένους, καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν πλοίῳ ἐμβαλὼν, περαιοῦται εἰς τὸ Δυῤῥάχιον, ἐκεῖθέν τε εἰς βασιλέα τῶν συμβεβηκότων ἄπεισιν ἄγγελος. Ὁ μὲν οὖν Περηνὸς ἐν Δυῤῥαχίῳ ἔμεινε, τὴν δὲ βασιλείαν τὰ οἴκοι ἀνιαρὰ ἔθλιβε, καὶ τὴν Ἀνατολὴν τὰ ἐκ τῶν Τούρκων δεινὰ ἐπίεζον, αὐξανόμενα καθ' ἑκάστην καὶ μηδεμίαν λαμβάνοντα ἄνεσιν καὶ ἀνάγκην. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ δουκὸς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, τῆς δὲ βασιλίδος Εὐδοκίας πρὸς βραχὺ τὴν βασιλείαν ἀντισχούσης ἐπεὶ εἰς Διογένην τὰ σκῆπτρα D τῆς βασιλείας περιῆλθε, τῷ μὲν Ῥουμπέρτῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν δέος οὐ τὸ τυχὸν ἦν, μὴ καὶ τῶν οἰκείων ἐκπέσωσι καὶ στερηθῶσι πεῖραν τῆς αὐτοῦ γενναιότητος ἔχοντες, τῶν δέ γε τῇ Ῥωμανίᾳ διαφερουσῶν χωρῶν τε καὶ πόλεων πᾶσι τρόποις ἀνῆγον ἑαυτοὺς καὶ ὑπέστελλον. [P. 856] Ταῖς δὲ κατὰ τῶν Τούρκων ἐκστρατείαις προσέχοντος καὶ αὐτοῦ, καὶ τῷ πλέον θλίβοντι τὴν πᾶσαν σπουδὴν νέμοντος, οὐκέτι μὲν ὡς δεσπόται, τρόπον δὲ κλεπτῶν καὶ λῃστῶν ἐπιόντες ὑποφορα ἑαυτοῖς τὰ τῆς Ἰταλίας ἐποιήσαντο. Τῶν δὲ κατὰ τὸν Διογένην, ἧπερ ἀνωτέρω διείληπται, οἰκονομηθέντων τε καὶ πραχθέντων,

A ditur, adhibitaque celeritate Rhegium capit urbem magnam et illustrem, ubi consueverat dux Italiæ commorari, quod ibi essent et magnificæ domus et eorum quæ ad victum necessaria sunt copia multa. Abulchare autem cum Dyrrachium pervenisset inde Barium transmisit, cumque Rhegium captum cognovisset, cum Bari exspectabat, et inde quantum poterat, urbes adhuc amicas Romanis in officio ac fide continebat, præficiens duces, et exercitum mittens ad locorum custodiam : adhuc enim a Romanis erant Baris, Idrus, Callipolis, Tarentum, Brundusium et Horæ et alia oppidula multa et omnino tota regio. Interea vero declaratus dux Italiæ Perenus fuit. Cum vero non potuisset in Longobardiam copias trajicere propter Roberti po- B tentiam, Dyrrachii mansit, dux Dyrrachii appellatus. Nicephorus autem Carantenus excursiones faciente Roberto et infinitis malis Italiam vexante timeb atquidem, verumtamen ab imperatore auxilium exspectabat. Omnes igitur Italicæ urbes ad eum se applicuerunt, et præsidia acceperunt; quædam vero præsidia recusantes stipendiarias se fecere. His autem ita perfectis fugere decrevit **723** etiam Carantenus, videns quotidie Francos augeri. Sed secum reputans ignominiam, in provincia mansit, Brundusium in fide erga imperatorem et in servitute continens, fraude vero ac dolo finitimos Francos aggreditur. Clam igitur cum ipsis collocutus, et de prodenda ipsis urbe mentione ultro citroque habita, venientes Francos excepit, et per scalam ascendentes singulos inter- C fecit, centum circiter numero, quorum capita in navigium imposita ad Dyrrachium transmittit, et inde ad imperatorem eorum quæ acciderant nuntius proficiscitur. Perenus igitur Dyrrachii mansit, imperium vero intestina mala opprimebant, et Orientem Turci vexabant iis malis quæ quotidie aucta nulla ex parte remittebantur. Mortuo autem duce Constantino imperatore, cum imperatrix Eudocia ad breve tempus imperium obtinuisset, ubi ad Diogenem sceptra pervenere, Roberto et iis qui cum ipso erant haud vulgaris metus injectus est, ne etiam e suis sedibus pellerentur privarenturque suis, experti ejus virtutem. Ab iis autem locis et oppidis quæ ad Romanorum spectabant imperium, omnibus modis sese subducebant. Verum cum ipse D quoque occuparetur in expeditionibus adversus Turcos, et omne studium poneret in eo quod magis urgeret, non amplius ut domini, sed **724** prædonum ac piratarum instar Italiæ loca in suam potestatem redigebant. Cum vero Diogene imperante, ut superius demonstratum est, res administratæ ac gestæ fuissent, sub Michaele vero imperium negligenter ac pueriliter administraretur, ut stabiles domini a mari usque ad mare et Longobardiam et Calabriam sibi subegere, eaque distributa et oppidis divisis se comites, Robertum vero ducam appellarunt. Michael autem non solum non retinuit regionem quæ ad se pertinebat, ut dictum est, sed

ut ipsos Turcos ex Oriente expelleret, existimavit sibi faciendum esse ut cum ipsis fœdus percuteret, et ipsorum ope ac societate Turcorum temerarium in Romanorum regionem insultum coerceret. Quare etiam affinitatem cum Roberto contraxit, ejusque filiam Helenam despondet suo filio Constantino. Volebat hac ratione imperator finem aliquem rebus imponi, sed a Deo prohibitus est, qui jam pridem decreverat Orientis perniciem et eversionem.

A καὶ τοῦ Μιχαὴλ τὴν βασιλείαν ἀμελῶς καὶ παιδαριωδῶς διιθύνοντος, ὡς δεσπόται βέβαιοι ἀπὸ θαλάττης ἕως θαλάττης τήν τε Λογγιβαρδίαν καὶ τὴν Καλαβρίαν ἑαυτοῖς ὑπεποιήσαντο, καὶ ταύτην διανειμάμενοι καὶ τὰ κάστρα διαμερισάμενοι ἑαυτοὺς μὲν κόμητας, τὸν δὲ Ῥουμπέρτον δοῦκα προσωνομάκασιν. Ὁ δὲ Μιχαὴλ οὐ μονὸν οὐκ ἀντεποιήσατο τῆς διαφερούσης ἑαυτῷ χώρας, ὡς εἴρηται, ἀλλ' ὡς ἂν τοὺς Τούρκους τῆς Ἀνατολῆς ἐξελάσειε, δέον ἐνόμισε σπείσασθαι αὐτοῖς καὶ δι' αὐτῶν καὶ σὺν αὐτοῖς ἀποσοβῆσαι αὐτῶν τὴν ἄλογον κατὰ τῆς Ῥωμανίας ἐπέλευσιν. Ὅθεν καὶ κῆδος πρὸς τὸν Ῥουμπέρτον ποιεῖται, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἑλένην κατεγγυᾶται τῷ ἑαυτοῦ υἱῷ Κωνσταντίνῳ. Ἠβούλετο μὲν ταυτὶ ὁ βασιλεύς, πέρατι δὲ δοθῆναι παρὰ Θεοῦ κεκώλυται, πάλαι ψηφισαμένου τῆς Ἀνατολῆς πανωλεθρίαν καὶ ἀνάστασιν.

Hoc imperante Cpoli orta est tripes avis, et puer habens in fronte oculum unum et pedes hircinos; et duo ex immortalibus militibus fulmine percussi sunt. Puer autem monstruosus in publico ingressu Diaconissæ fletum emittebat lugubri similem. Præterea crinitæ quoque stellæ plurimæ et crebro apparuere. Ubi vero barbari res Orientis prædabantur, et multitudo partim cædebatur partim fugiens Cpolin confugiebat, **725** indigebat tempus mente senili et excelsa ad res gubernandas, ipse vero tam erat avarus ac vilis ut ne obolum quidem vellet effundere, neque præberet alicui quidpiam, quicunque is esset, aut providere fructus, qui navigiis veherentur, ad victum necessarios importandos: verum inani et inutili eloquentiæ studio et iambis atque anapæstis componendis continenter vacans, quamvis ne in cute quidem artem gustasset, a philosophorum eximio deceptus et illusus totum, ut ita dixerim, mundum perdidit. Oritur enim ingens fames, quam consecuta est pestis et mors, quæ simul nutriuntur et cognatæ sunt ad hominum perniciem et consanguineæ, moriebanturque quotidie frequentes, ita ut ne vivi quidem mortuos efferre possent, et in iis quæ dicuntur Septa, neglecti jacerent et simul deferrentur multi in uno lectulo, cum sæpe quinque aut sex ibi cadavera posita essent, et undique calamitates confluerent, omnique mœstitia urbs regia compleretur. Atque injuriarum quæ quotidie fierent, et iniquorum judiciorum et vexationum remissio nulla ab iis qui imperabant excogitabatur. Verum quasi nullo alienigenarum omnino Romanis molestiam exhibente bello, vel divina ira, vel homines affligente inopia et vi ad victum pertinente, ita sine metu perpetrabant ea quæ odio divino digna essent et tyrannica, et omne imperatoris consilium atque institutum ad offendendos et injuria afficiendos subditos et decipiendos, et venandas ipsorum vitas, et occasionem **726** insidiandi ipsis captandam referebatur, ita ut etiam usque ad sacra mo-

B Ἐπὶ τούτου ἐτέχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει τρίπους ὄρνις καὶ παιδίον ἔχον κατὰ τὸ μέτωπον ἕνα ὀφθαλμόν, τραγοσκελὲς δὲ τοὺς πόδας. Δύο δὲ τῶν ἀθανάτων στρατιωτῶν γεγόνασι κεραυνόβλητοι. Τὸ δὲ τερατῶδες παιδίον ἐν τῇ τῶν Διακονίσσης δημοσίᾳ παρόδῳ κλαυθμὸν ἠφίει παιδικῷ προσεοικότα. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ κομῆται παρετείνοντο πλεῖστοι καὶ συχνοί. Ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ Βάρβαροι τὰ τῆς Ἑῴας ἐληΐζοντο καὶ τὸ πλῆθος τὸ μὲν ἀνῃρεῖτο τὸ δὲ φεῦγον τῇ Κωνσταντίνου προσέφευγεν, ἐδεῖτο μὲν ὁ καιρὸς οἰκονομικῆς καὶ πρεσβυτικῆς καὶ μεγαλοψύχου φρενός, ὁ δὲ τοσοῦτον ἦν φειδωλὸς καὶ μικρολόγος ὥστε μηδ' ὀβολὸν προέσθαι θέλειν μηδὲ παρέχειν τινὶ τὸ οἱονοῦν, ἢ πρόνοιαν γοῦν τροφῶν διακομιδῆς γεννημάτων (38) διὰ σιτηγῶν πλοίων ποιήσασθαι, C ἀλλὰ τῇ ματαίᾳ καὶ ἀνηνύτῳ περὶ λόγους σπουδῇ καὶ τῷ ἰαμβίζειν καὶ ἀναπαίστους συντιθέναι προσέχων διηνεκῶς, καίτοι μηδ' ἐν χρῷ τῆς τέχνης γευσάμενος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ τῶν φιλοσόφων ὑπάτου ἐξαπατώμενος καὶ ἀποβουκολούμενος, τὸν κόσμον ὅλον διέφθειρεν, ὡς εἰπεῖν. Γίνεται γὰρ λιμὸς ἰσχυρός, ᾧ δὴ καὶ λοιμὸς ἐπακολουθεῖ καὶ θάνατος, τὰ σύντροφα ταῦτα καὶ πρὸς ὄλεθρον ἀνθρώπων ἀδελφὰ καὶ ὁμότιμα. Καὶ ἔθνησκον καθ' ἑκάστην συχνοί, ὥστε μηδὲ δύνασθαι τοὺς ζῶντας ἐκφέρειν τοὺς νεκρούς, καὶ τοῖς [P. 857] λεγομένοις ἐμβόλοις κεῖσθαι ἀτημελήτους, καὶ φοράδην κομίζεσθαι πολλούς, πολλάκις ἐν μιᾷ κλίνῃ πέντε καὶ ἓξ τιθεμένων νεκρῶν, καὶ πάντοθεν ἐπισυῤῥεῖν τὰ σκυθρωπά, καὶ πάσης κατηφείας πληροῦσθαι τὴν βασιλεύουσαν. Τῶν δὲ καθημερινῶν ἀδικημάτων καὶ τῶν παρανόμων κριμάτων D καὶ εἰσπράξεων οὐδεμία τις ἀναστολὴ τοῖς κρατοῦσιν ἐπενοεῖτο. Ἀλλ' ὥσπερ μηδενὸς τὸ παράπαν ἐνοχλοῦντος τοῖς Ῥωμαίοις ἀλλοφύλου πολέμου ἢ θείας ὀργῆς ἢ τοὺς ἀνθρώπους κατατρυχούσης ἐνδείας καὶ βίας βιωτικῆς, οὕτως ἀδεῶς ἔπραττον τὰ θεομισῆ καὶ τυραννικά. Καὶ πᾶν προβούλευμα βασιλικὸν καὶ ἐννόημα εἰς τὸ τοὺς οἰκείους ἀδικεῖν καὶ κατασοφίζεσθαι καὶ θηρεύειν τοὺς βίους (39) αὐτῶν καὶ τὴν ἀφορμὴν τῆς ζωῆς κατεγίνετο, ὡς καὶ ἄχρι

JACOBI GOARI NOTÆ.

(38) Legumina maxime et quæcunque seruntur, γεννήματα vocant Euchologium et Jus Gr.

(39) Βίον non *vitam* modo, sed et *opes*, *artem*, *facultates*, quibus vivitur, recentiores interpretantur, easdemque hic, damnata imperatoris avaritia, intelligi manifestum est.

τῶν θείων σηκῶν ἐπεκταθῆναι τὴν πλεονεξίαν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἱερὰ τούτων κειμήλια καὶ ἔπιπλα ἀφελέσθαι.

Οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων διοικουμένων, καὶ οὕτω τῶν τε ἐκτὸς καὶ τῶν ἐντὸς λεηλατουμένων καὶ κεραϊζομένων δυσβουλίᾳ καὶ κακότητι τῶν κρατούντων, οἱ ἐν τῇ Ἀνατολῇ προέχοντες, Ἀλέξανδρός τε καὶ ὁ Καβασιλᾶς οἱ Συναδηνοὶ, ὁ Γουδέλιος, ὁ Στραβορωμανὸς καὶ οἱ λοιποὶ τῶν συγκλητικῶν ἀρχόντων λογὰς, ἣν ἐκ πολλοῦ ἀποστασίαν ὠδίνησαν, εἰς ἔργον ἐξάγουσι νῦν, καὶ τὸν κουροπαλάτην Νικηφόρον τὸν Βοτανειάτην συνελθόντες βασιλέα ἀναγορεύουσιν, Ὀκτωβρίου μηνὸς ἱσταμένου, τῆς πρώτης ἐπινεμήσεως. Ὅπερ εἰς ὦτα τῷ βασιλεῖ πεσὸν οὐ μετρίως αὐτὸν διετάραξεν· ἦν γὰρ καὶ ὑπὸ πολλῶν προλεγόμενον ὡς ἔσται ποτὲ ὅτε ὑπερτερήσει τὸ Ν τοῦ Μ. Καὶ αὐτίκα τοῖς Τούρκοις ὡς οἰκείοις καὶ γνησίοις ἔγραψεν, ὑπισχνούμενος καὶ δῶρα δοῦναι, εἰ μόνον συλλαβόντες αὐτόν τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν πρὸς αὐτὸν ἐξαποστέλλουσιν. Ἦν δὲ ὁ Βοτανειάτης τῶν εὐπατριδῶν, ἐκ τοῦ Φωκᾶ τὸ γένος πολυπλόκως μὲν ἀλλ' ὅμως κατάγων, καὶ τῶν περιωνύμων Φαβίων, οἳ τὸ γένος ἐκ τῆς περιδόξου καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης κατῆγον, καθὰ ἡ ἀνέκαθεν παράδοσις κρατεῖ περὶ αὐτῶν. Τρίτην δὲ ἄγοντος τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς, μέλλοντος ἤδη τὴν βασιλικὴν πήξασθαι σκηνὴν, φῶς ἀθρόον περὶ τὸν ἀέρα διεφάνη περὶ πρώτας νυκτὸς φυλακὰς μέχρι Χαλκηδόνος καὶ Χρυσουπόλεως καὶ τῶν ἐν Βλαχέρναις ἀνακτόρων· ὃ καὶ οἰωνὸς πᾶσιν ἀγαθὸς ἔδοξεν, ὡς καὶ ἐπιφοιβάζειν τινὰς ἀπὸ λάμπης λαμπτῆρα φωσφόρον ἐπιδημῆσαι τοῖς βασιλείοις. Ὡρμημένου δὲ ἤδη πρὸς τὸ Βυζάντιον, ἀποστατικὴ ἑτέρα κακόνοια τὴν δύσιν περιεκλόνησε. Νικηφόρος γὰρ πρόεδρος ὁ Βρυέννιος τὴν τοῦ Δυῤῥαχίου δουκικὴν διέπων ἀρχὴν [P. 858] καὶ ταύτης παραλυθεὶς βασιλέως ἑαυτῷ περιέθηκεν ὄνομα, καὶ τοῖς ἐκεῖσε στρατιώταις ὀπαδοῖς καὶ συνεργοῖς χρησάμενος ἔξεισι μὲν ἐκεῖθεν, ἐπείγεται δὲ πρὸς Ἀδριανούπολιν. Ὁ γὰρ αὐτάδελφος αὐτοῦ τινὰς τῶν Ἑσπερίων δυνάμεων εἰς τὴν προσδοκωμένην ἐπιβουλὴν καταρτύσας, μετὰ Βαράγγων καὶ Φράγγων πλήθους πολλοῦ τῷ ἀδελφῷ συνθέσθαι παρεσκεύασε. Σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τὸν κατεπάνω τῆς αὐτῆς πόλεως συγγενέα τούτου τυγχάνοντα, καὶ πρὸ τοῦ καταλαβεῖν δὲ εἰς Ἀδριανούπολιν τὴν εὐφημίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀναῤῥησιν τῆς βασιλείας προδιεγράψατο. Ὁ δὲ βασιλεὺς μαλακώτερον πρὸς τὰ πράγματα διακείμενος· εἰ μὴ γὰρ ἦν τοῦτο, εὐκόλως ἂν τὸν Βρυέννιον κατηγωνίσατο, στρατόν τε ἰδιαίτατον ἔχων, οὓς ὀνομάζουσιν ἀθανάτους (40), καὶ ἕτερον οὐκ ἀγεννῆ ἀπὸ συγκλύδων ἀνδρῶν συγκείμενον. Καὶ διὰ πάντων εὐχερῶς εἶχεν ἐπιθέσθαι τοῖς ἐν Ἀδριανουπόλει μὲν πρότερον, εἶτα δὲ καὶ τῷ Βρυεννίῳ αὐτῷ. Ἀλλ', ὡς εἴρηται, ῥᾳθυμοτέρως ἔχων ἐκεῖνόν τε ὕψωσε καὶ ἐκ μικροῦ μέγαν ἐποίησε, καὶ ἑαυτῷ παρέσχε πρά-

A numenta ejus avaritia pertineret, et sacri ipsorum thesauri et suppellectilia auferrentur.

Cum vero ita res administrarentur, itaque et interna et externa rapinis ac præda laborarent pessimo consilio et ignavia imperantium, principes in Oriente Alexander et Cabasilas Synadeni, Gudelius, Straboramus et reliqui senatorii ordinis principes delecti, quam pridem rebellionem conceperant ad opus perducunt; et curopalatem Nicephorum Botaniatem convenientes imperatorem declarant, Octobri mense, indictione prima. Quod cum ad imperatoris aures accidisset, haud mediocriter ipsum perturbavit; erat enim a multis quoque prædictum forte ut olim N superaret M. Et statim Turcis tanquam cognatis et propinquis scri- B psit, pollicens dona se daturum, si illum solum comprehensum, et qui cum ipso essent ad se mittant. Erat autem Botaniates ex nobilibus a Phoca oriundus, variis quidem modis tamen ab illustribus Fabiis genus ducens, qui ex illustri et antiqua Roma originem ducebant, quemadmodum antiqua de ipsis traditur fama. Tertia vero Octobris mensis die, cum jam figendum esset imperatoris tabernaculum, densum lumen in aere apparuit circiter primam noctis vigiliam, usque ad Chalcedonem 727 et Chrysopolim et regia palatia in Blachernis: quod optimum omnibus visum est augurium, ita ut vaticinarentur quidam a splendore Luciferi facem ad regiam accessisse. Cum autem Byzantium proficisceretur, altera quædam male cogitata rebellio Occidentem exagitavit. Nicephorus enim Bryen- C nius præses administrans Dyrrachii ducatum, ipso abdicatus, sibi imperatoris nomen vindicavit. Et militibus qui ibi erant, ministris atque adjutoribus usus inde egreditur, et ad Adrianopolim festinabat; nam germanus ejus frater instructas quasdam Occidentis copias ad speratas insidias cum Barangorum et Francorum haud mediori multitudine adduxit, ut cum fratre conspirarent, et secum ejusdem quoque urbis præfectum, cognatione conjunctum; et antequam ad Adrianopolim perveniret, celebratum et declaratum ipsum imperatorem prius scripsit. Imperator vero mollius ac segnius rebus gerendis intentus (nisi enim hoc fuisset, facile ipsum Bryennium debellasset) et proprium exercitum habens eorum quos nominant D immortales, et alterum haud ignobilem e collecticiis viris coactum, facile potuisset cum omnibus suis prius eos invadere qui erant Adrianopoli, deinde etiam Bryennium ipsum. Verum, ut dictum est, segniorem se præbens et illum extulit et ex parvo magnum fecit, et sibi negotia conflavit. Nicephorus enim præses regius et successor missus Thessalonicæ cum ipso congressus, si decenter

JACOBI GOARI NOTÆ.

(40) Ut ex antiquis legionibus hæc Victrix, illa Pia, alia Fulminatrix, alia item Felix, vel τῶν μεγαθύμων, ex aliquo jam præterito eventu, de quo Imperii Notitia, dicebatur, hæc senescente et ad lethum fere vergente imperio immortalitatem in præliis vane sibimet ominatur.

rebus **728** usus esset, facile ipsum in principio defectionis debellaset: cum vero ad Trajanopolim pervenisset, ibi cum fratre Joanne et Francis, qui Adrianopoli erant, et Macedonibus et reliquo exercitu secum conspirante congressus est. Ubi etiam regia induitur insignia, omnibusque jurejurando et borribili fœdere confirmatis ita celebratur laudibus multis, multoque satellitio stipatus imperatoris modo se gerit, et Adrianopolim multo cum honore se recepit et observantia, obviam illi prodeuntibus suis tribubus eo quod ipsum ex animo colerent et observarent. Egressus autem contra quosdam Bryennii præses Constantinus Theodorocanus capitur et ad ipsum captivus ducitur, vir clarus et genere nobilissimus, vitæque splendore illustris. Sed neglectus fuit ut quidam ignobilis et obscuro loco natus, neque ullum corpore supplicium subivit, quamvis existimaretur id passurus propter superiores inimicitias et pugnas capitales. Verum missus in exsilium in quamdam Macedonicam urbem haud multo post naturæ debitum persolvit. Quod vero regia insignia in Trajanopoli indutus fuerit Bryennius, ibique declarari et celebrari se permiserit, haud bonum augurium prudentiores existimabant. Hæc enim Trajanopolis non Trajani imperatoris nomine condita fuit, sed nomine cujusdam ex primatibus Trajani vocati, generosi eo tempore **729** viri tum manu tum animo, quem Cæsar Trajanus ob nescio quam offensionem luminibus privavit. Et in Persas proficiscens hic eum primus conspexit, quo spectaculo admodum dolens, recordatus expeditionum et virtutis illius, eodem in loco urbem construi jussit ad indelebilem viri memoriam. Hac igitur de causa prudentes viri factum haud bonum augurium censebant. Attamen Bryennius ignorans decretum (cæcus est enim futurorum eventus) res agressus est. Rædestus quoque eadem cogitavit, opitulante sibi cognata urbe Batatzæne: nam Rædestini adversus Panium profecti coegerunt ipsum quoque Bryennium celebrare. Cum vero suum fratrem eo honore affecisset ut esset curopalates, et alios omnes habita ratione propriæ ipsorum dignitatis, existimavit se formidabilem ad urbem regiam propter missum fratrem adventurum. Cui cum tradidisset haud mediocrem exercitum, sperabat fore ut quando cives imperatorem et logothetam ita oderant ut adversus ipsos strenue se gererent, sibi ipsi consentirent, et intra urbem se cum aliqua conditione reciperent, et ita sine metu ad ipsos cum apparatu regio adventaret. Verum multum a proposito consilio aberravit: nam tametsi Heracleam incenderat, et plures ex iis qui ibi erant interfecerat (quod paulo ante secesserat præses Alexius Comnenus, qui in Selymbria commorabatur), verumtamen regiam urbem incolentes nequaquam Bryennii adventu deterriti sunt: accedentes enim ad murum Blachernarum **730** levia prælia quædam fecere, et repulsi transiere sancti Panteleemonis pontem, et quæ ibi erant

A γματα. Καὶ Νικηφόρος γὰρ πρόεδρος ὁ βασιλικὸς διάδοχος αὐτῷ σταλεὶς ἐν Θεσσαλονίκῃ συναντήσας αὐτῷ, εἴγε δεξιῶς ἐχρήσατο τοῖς πράγμασιν, εὐκόλως ἂν αὐτὸν ἐν ἀρχῇ τῆς ἀποστασίας κατηγωνίσατο. Καταλαβὼν δὲ εἰς Τραϊανούπολιν, ἐκεῖσε τῷ τε ἀδελφῷ Ἰωάννῃ καὶ τοῖς ἐν Ἀδριανουπόλει συνήντησε Φράγγοις τε καὶ Μακεδόσι καὶ τῷ λοιπῷ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντι στρατεύματι, ἔνθα καὶ τὰ βασιλικὰ παράσημα περιβάλλεται. Κατασφαλισάμενός τε πάντα ὅρκοις καὶ συνθήκαις φρικταῖς, οὕτω τὴν εὐφημίαν ἀπειλήφει μετ' εὐφημίας καὶ δορυφορίας πολλῆς, καὶ ὅσα βασιλεὺς τῶν πραγμάτων ἀπάρχεται, καὶ τῆς Ἀδριανουπόλεως ἐπιβαίνει, σὺν πολλῇ τιμῇ καὶ σεβάσματι ἐξαισίῳ ὑπάντησιν ποιησαμένων αὐτῷ τῶν φυλετῶν διὰ τὸ οἰκείως ἔχειν πρὸς αὐτὸν
Id est : [3] *Hæc vero Constantinus, qui tuæ lac Calliopes pulchrum ebibit, expertus dicit : Qui tui cordis arcana intime expendens, tandem aliquando iniquitatem occultam percepi.* Discipuli calumniam Psellus ægre tulit, et carmine iambico, eoque prolixo, quo se Christi asseclam, et gentium hostem palam fatetur, injuriam propulsavit. Carmen elegantissimum, sicut et alia ejusdem inedita apud me sunt ; et tibi non invidissem, sed brevitatis studio in alia magis necessaria ducor. Ut tamen melius res Christianas pertractaret, Photio patriarchæ post Ignatii restitutionem, ad mysteria nostræ fidei addiscenda, totum se tradidit, a quo divina doctrina instructus, prioribus studiis valedixit, quod ipse elegiaco illo carmine refert :

Ἔρῥε μοι, ὦ τριτάλαινα Πολύμνια. Ἔῤῥετε, Μοῦσαι,
Αὐτὰρ ἐγὼν ἀπὸ νῦν ῥητορικῆς ἔραμαι,
Φώτιον ἀρχιερῆα γεροντοδιδάσκαλον εὑρὼν,
Ὅς με γάλακτ' ἔθρεψεν θείων ναμάτων.

Id est : *Vale mihi, o ter miseranda Polymnia. Valete, Musæ. Ipse enim nunc demum rhetorices desiderio teneor, cum Photium summum præsidem senem magistrum adinvenerim, qui me lacte enutrivit divinarum scaturiginum.* Vocat Photium γεροντοδιδάσκαλον, vel quod senex, vel quod senem erudiret ; ambo quippe erant ætate provectiore. Idque commodius Leoni successit, inter aulæ primates non postremo. Nam Photius dignitate spoliatus in regia Basilii Macedonis vitam agens, Leonem ac Constantinum, cæterosque Basilii filios ad humanitatem, eloquentiam et alias disciplinas informabat. Hinc etiam aditus Leoni ad diviniora studia capessenda datus est. Id habeo ex Constantino Porphyrogenneta (c) de vita et rebus gestis Basilii Macedonis : Οὐ μὲν οὐδὲ πρὸ τούτου διέλιπε φιλοφρονούμενος αὐτὸν, Φώτιον, καὶ τιμῶν διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παντοδαπὴν σοφίαν τε καὶ ἀρετήν. Ἀλλὰ κἂν εἰ τῆς καθέδρας μετέστησεν, οὐδὲν τοῦ δικαίου θέλων ἄγειν ἐπίπροσθεν, ὅμως τῶν εἰς παραμυθίαν οὐδὲν ἐνέλιπε παρεχόμενος. Ὅθεν κἂν τοῖς βασιλείοις διατριβὴν αὐτῷ δοὺς τῶν οἰκείων παίδων ἀπέδειξε παιδευτὴν καὶ διδάσκαλον. Id : est *Neque vero antea humanitatis in eum, Photium, studia prætermiserat : quinimo propter omnimodam in eo sapientiam ac virtutem honoribus auxit. Et licet a patriarchali sede dimovisset, justitiæ primas concedens, attamen omnia in eum, quibus solari posset, officia contulit. Unde et in regiam evocatum propriorum filiorum informatorem ac magistrum constituit.*

[4] IV. Leo itaque, sive tradendæ philosophiæ munere, sive præstantia, qua et ipse in philosophicis alios superabat, philosophi sibi cognomen vindicavit. Id cum ecclesiasticæ parens historiæ in Annalibus annotasset, anno Domini 859 Michaelem Psellum floruisse, non incongrue affirmavit. Eo namque tempore Michael Psellus non illaudatus vir in philosophandi scientia probabatur, a Michaele altero Psello sub Constantino et Michaele Ducis, diversus, quos parum caute plerique confundentes, misere historiæ ordinem ac tempora perturbarunt, adeo ut non nemo in paucissimis verbis quam plurima mendacia et nugas legentibus obtrudat. Ne nimius sim, en Gregorii Gyraldi verba *De poet. histor.*, Dialogo 5 : *Fuit quidem non incelebris Leo ille, qui Basilii filius, Philosophus cognominatus est, qui circiter annum* 887 *a Verbo Dei corporato, Byzantii et Orientis annis* 25 *imperium tenuit, cujus filius Constantinus Ducas fuit, qui et de Christiana religione probe sensit, et optimis artibus et disciplinis operam naviter impendit. Hujus Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano filio reliquit, in quo summam totius imperii, sociorum fœdera, hostium vires, quæ e quantæ essent, aliaque omnia ad imperium spectantia complexus est : quem librum hodie Venetorum respublica in sua peculiari bibliotheca diligentissime*

NOTÆ.

(c) In Allatii Symmictis, p. 83.

custodire facit. Hujus quoque Constantini tempore, vir cum in omni liberalium artium scientia, sed et peregrinarum floruit M. Psellus, cujus innumerales pene libri curiosorum et studiosorum manibus teruntur. Ad hunc certe Constantinum Pselli de victus ratione, hoc est, de diæta et de auro conficiendo, hoc est, Chrysopæia libri exstant, quos quidam non sane indoctus Constantino magno datos perperam etiam scripto credidit : ut Commentaria mittam, quæ in Zoroastris Chaldaica symbola leguntur, et Canones astronomicos, etc.; et paucis interjectis : *Fuit et hujus Constantini Ducæ filius, et M. Pselli discipulus, Michael Ducas imperator Constantinopolitanus, qui a fame et penuria, quæ in exordio ejus principatus Constantinopolitanam urbem invaserat, Parapinaceus cognominatus fuit. Hic quidem Michael cætera ignarus ac socors nisi quod bonis artibus sub Psello profecit, atque imprimis in factitandis versibus, qua in re Græca illum imperatorem commendat historia.*

V. Miror hominem sanæ mentis tam inconsiderate locutum. Leo Philosophus, Leo illi est imperator, Basilii filius. Error. Certum est Leonem imperatorem humanioribus, philosophicis sacrisque studiis addictissimum plurima, quæ etiam exstant, laudabiliter in disciplinarum omni genere conscripsisse: ideoque σοφὸν, sapientem [5] scilicet cognominatum, at nunquam illi philosophi nomen attributum ab eruditioribus est. Ex Leone itaque non Philosopho, altero Sapiente unum facit Leonem, eumque filium Basilii. Imperitius lapsus est auctor *Theatri vitæ humanæ*, vol. XXI, lib. II, pag. 3759. *Litteris Leo Philosophus imperator initiatus fuit Byzantii, rethoricam, philosophiam, arithmeticam et reliquas scientias in Antro insula didicit, ibi versatus cum Michaele Psello. Cedrenus.* Ingens sane imperatoris et ardens studium, licet auctoritas et facultates nullæ, qui relicta domo neglectisque summi fastigii opibus, in insulam Antrum pro capessendis disciplinis ad magistrum Psellum pererraverit. Nonne multo facillius, præmio, quod poterat, maximo proposito, Psellus vocatus accessisset? Falsum etiam est id asserere Cedrenum, qui Philosophum Leonem a Leone Sapiente et imperatore diversum novit. Et Cedrini verba de Leone Philosopho sunt, quæ supra adduximus.

VI. Pergit Gyraldus : *Cujus*, Leonis scilicet, *filius Constantinus Ducas fuit.* Quis id dixit? Constantinus Ducas longe ab his temporibus vixit. Neque Constantinus Leonis filius Ducæ sibi cognomen unquam ascivit, sed Porphyrogennetæ, quo maxime gaudet et gestit. Ducæ cognomen post centum sexaginta ad minus annos in imperio cepit. *Qui et de Christiana religione probe sensit.* De Constantino Duca forte verum fuerit. Verum quanam ratione Constantinus Leonis filius schismatis propugnator de Christiana religione probe sentire potuit, judicent alii. Conatus illius in vindicando ab injuriis Photio, vel solo Unionis tomo, a Leunclavio in Jure Græco-Romano lib. II edito, satis superque liquet. *Hujus Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano filio reliquit.* Eum ex codice bibliothecæ Palatinæ, qui Baptistæ Ignatii olim fuisse perhibebatur, descriptum, Græce et Latine edidit Joannes Meursius, cum aliis ejusdem Constantini opusculis, Lugduni Batavorum apud Elzevirum 1627, in-8°. Verum is non Ducæ, sed Porphyrogennetæ fuit. *Hujus quoque Constantini tempore floruit Michael Psellus.* Si de Psello, cujus innumerabiles, ut ipse ait, libri circumferuntur, sermo est, fallit. Ille etenim non eo tempore vixit. Si de præceptore Leonis Philosophi, licet non fallat, ille tamen innumerabilium librorum editione non celebratur. De quo, an aliquid (*d*) scripserit, adhuc dubitamus. *Ad hunc certe Constantium Pselli de victus ratione, hoc est, de diæta.* Hoc [6] quoque falsum est. Nam Psellus qui *De victus ratione* conscripsit, Constantino Ducæ (*e*), vel si placet, Constantino Monomacho librum nuncupavit. *Et de auro conficiendo.* Nihil minus. Libellum etenim illum ad patriarcham Michaelem Cerularium, cujus hortatu illum conscripserat, misit. *Quos quidam non sane indoctus.* Optime hic aliorum ineptias abdicat, et nonnulla Pselli commentaria, non tamen Leonis Philosophi magistri, recenset. Subdit, *Fuit et hujus Constantini Ducæ filius, et Michaelis Pselli discipulus Michael Ducas imperator Constantinopolitanus, qui a fame et penuria Parapinaceus* (*f*) *cognominatus fuit.* Nugæ, Constantini, Leonis filii, nullus fuit filius Michael, sed Romanus, cui librum, ut Gyraldus supra dixerat, moriens, *De administrando imperio* reliquit. Et Michael iste sub Psello præceptore Constantinum Ducam patrem cognoscit Annon bene tractat historiam Gyraldus? Annon bene de Psello atque his imperatoribus meritus, quos fœdissime commiscendo confundit, et loco suo ejectos ad alia tempora conjicit?

VII. Possevinus item, dum scripta recentioris Pselli ad veterem illum Leonis præceptorem transfert, satis male antiquitatem accipit : *Michael Psellus, qui Leonis, cognomento Philosophi, fertur fuisse præceptor, pleraque scripsit, tum ad theologiam, tum ad philosophiam atque ad alias disciplinas, sive mechanicas, sive medicas spectantia; si tamen omnia, quæ ascribuntur, legitima sunt illius opera.* Nec plus sapit Franciscus Bosquetus, præfat. ad lectorem in Michaelis Pselli de legibus

NOTÆ.

(*d*) Præter carmina, ut illa de quibus supra § 3.
(*e*) Aliter tamen ipse Allatius infra § 11.
(*f*) Quod πινάκιον sive quarta pars modii eo tempore ementibus subtraheretur. Vide Cangium in Πινάκιον.

Syntagma : *Michaelem Psellum, qui præter propter annum Christi* 850 *Leonis Philosophi imperatoris*, etc.

VIII. Et sane parum caute Andreas Schotius Præfat. ad Psellum in Cantica canticorum, et Gerhardus Vossius de *Historicis Græcis* lib. II, cap. 26, Cæsari Baronio et Bellarmino imponunt, sibi et aliis persuasisse conati, floruisse Psellum Christi anno 859, quo Constantinopoli imperator Leo Philosophus fuit, quem et Psellus litteris informavit. Licet enim de Psello verum sit, nec in eo Baronius fallitur; fuit enim vere eo tempore Psellus quidam, litteratura insignis; nunquam tamen Baronius eum Psellum Leonem imperatorem litteris imbuisse affirmavit, sed Leonem Philosophum longe ab imperatore Leone diversum. *Baronius*, dicunt, *a Psello, non Leonis æquali, sed multo recentiore, Simeonem Metaphrastum oratione panegyrica celebratum narrat.* Ita est. Sed non dixerat unicum tantum Psellum exstitisse. Et nos ad [7] quemnam Psellum oratio referri debeat, certo affirmare non possumus. Conjectura tamen, eaque levissima ducimur, hunc recentiorem esse illius auctorem; quod et plura scripserit in omni disciplina et scriptorum gloria celeberrimus fuerit. An vero senior ille aliquid scripto tradiderit, certo non constat.

IX. Ego vero nullus dubito, si verum fateri velimus, Psellum illum sub Basilio Macedone, multa philosophica scripto consignasse, eaque nunc affinitate nominis indistincta sub recentioris Pselli nomine circumferri. Scripta namque omnia, quæ Psellum patrem indigitant, cum et tractandi ratione, et inveniendi acumine, nec eadem dicendi forma, nec figurarum coloribus gestiant, sed alia incomptam illam, et Græcam philosophiam, non barbaram scilicet, sed virilem, et quæ suo splendore nitescat, præ se ferant; alia cum Musis ludant, et Gratiis, et verborum flosculis, et compto periodorum instructu hilariter subsiliant; diversos sibi parentes pro genii diversitate reposcunt. Et licet magni viri aliquando rerum excelsarum parturitione defatigati videantur destitui, et in alias atque alias se dicendi formas convertere, semper tamen in illis vis quædam naturæ, a semetipsa nunquam degenerans, inclarescit, qua nasuta ingenia et acres operum judices verum auctorem expiscantur. Quamvis deturpata facie et pedibus distortis Ganymedes claudicet, non ita in alium virum migrare poterit, ut Ganymedes esse non cognoscatur; adhuc lineamenta illa, et pessime exceptas pulchritudinis scintillas, et latentes in membris radios, si fungus omnino non es, prompte dignoscas. Sæpeque in confracto, exeso ac partibus mutilato marmore cœlum Praxitelis deprehendi. Cum itaque in hisce operibus longe diversa sint omnia,

A non uni ascribentur parenti, et quæ junioris Pselli non erunt, ad antiquiorum esse referenda plane judico. Præcipua illa erunt, quæ Aristotelis libros plerosque per modum paraphrasis, non ineleganter exponunt. Semperque de Dialogo illo, in quo operationes dæmonum asseruntur, deque ejus auctore subdubitavi. Stylus florido solidior, res extra Peripateticorum scholas, cum Platonis et Zoroastræ sententiis affinis, et magica illa nugamenta alterum a Psello recentiore Psellum indicant. Hic in Dialogo Marcus in Chersone insula commorans peregrino magiæ arcana exponit; Leo Philosophus philosophica ac reliquas scientias in Antro insula a Michaele Psello edocetur. Video Leonis historiam sub alienis nominibus quasi personatum [8] B in theatrum educi. Illud etiam, quod se dicit Timotheus a paterno avo audisse de Euchaitarum pessimis moribus, annon magis senioris Pselli ætati, tunc cum Massalianorum hæresis, ut de hæresibus narrat, Joannes Damascenus, crudelissime in Ecclesiam Dei grassabatur, quæ tempore junioris prope exstincta languebat, videtur convenire? Adde Dialogo tractatum (*g*) *de Dæmonibus*, nondum editum Græce, quod sciam, ex Græcorum sententia, uterinum dixeris ac germanum fetum, et Leonem Philosophum ac Joannem ejus consanguineum magiæ insimulatos et accusatos tradunt historici, quam verisimile est non ab alio quam a Michaele illo Psello didicisse.

X. Libellus etiam Pselli *De lapidibus* a Maussaco editus, vel huic seniori Psello, si me conC jectura non fallit, tribuendus est, vel certe nulli. Audi quid ipse dicat, dum in fine auctores, qui de lapidum virtutibus causas reddidere, enumerat, post omnes subdit : Τῶν δὲ οὐ πολὺ πρὸ ἡμῶν ὁ ἐκ τῆς Ἀφροδισίας Ἀλέξανδρος, ἄνθρωπος περὶ πάντων ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων τῆς φύσεως προχειρότατος. Id est : *Ex his autem, qui paulo ante nos vixerunt Alexander Aphrodisiensis, ad omnia etiam naturæ occultiora enucleanda, ut plura paucis complectar promptissimus.* Anne paulo ante tempora Pselli, qui sub Constantino et Michaele Ducis florebat, Alexander Aphrodiensis, qui sub Antonino et Severo scribebat, vixisse dicendus est? Si octingentorum et quinquaginta annorum spatium modicum temporis intervallum Psello D est, quod erit longum? Ergo vel hic libellus Psello huic seniori vindicandus est, vel si sexcenti etiam et plures anni diuturniora tempora sunt, ideoque nec seniori tribuendus, alius nobis opusculi auctor quærendus est sedulo, ne Psellum, dum hæc scriberet, dormitasse nugacissime fateri cogamur.

XI. Liber etiam *Medicus* et *Therapeuticus* Pselli, quem Constantino Porphyrogennetæ, nisi nos ludit inscriptio, nuncupavit, forte Psello seniori

NOTÆ.

(*g*) De hoc infra § 39. Laudat et Allatius diss. de Engastrimytho c. 2 et 16.

tribuendus est, si vitam eo usque protraxit; certe recentiori tempora negant.

XII. Verisimile itaque est, Psellum hunc plura in *Philosophicis Rhetoricis* composuisse. At non scripsit, inquies, quidquid de aliis sit, in Simeonem Metaphrastem panegyricum, ut Baronius somniat, [9] cum illum Psellus recentior scripserit. Quare Baronius falsus est, et in Psello, quem in aliud tempus amandat, et in Metaphraste, quem ob imaginarium Psellum annis ferre ducentis, antequam esset, suam Ecclesiæ operam contuluisse in enarrandis sanctorum vitis contendit. Nec feliciori eventu Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, sæculo IX, anno 850; Jacobus Gaulterus in *tabula Chronologica*, sæculo IX, pag. 598; Jacobus Gretserus *De imaginibus manu non factis* c. 10, et alii, Baronium secuti sunt.

XIII. Hic historiæ ecclesiasticæ hostes, et Simeonis Metaphrastæ acerrimi defensoris oppugnatores, tantorum virorum lapsu triumphare sibi videntur. Sed nulla id evidenti ratione conantur, ni me mea fallit opinio. Pselli tempora Baronius non distinxit; at quonam ipsi modo distinguunt? Ipsi Panegyrim illam in Metaphrastem Juniori Psello, sed quonam argumento adjudicant? Prorsus nullo. Auctorem illius orationis Psellum alterum esse, non Leonis Philosophi magistrum nunquam evincent. Scripsit ille plurima, ut versimile est; quare non et hanc orationem scribere potuit? Et scripsisse argumunto hoc ad probandum firmissimo, ni me codices manuscripti fallunt, ni ipsi, qui contrarium astruunt, lapides sunt, demonstrabo. Concedant et concedere debent orationis parentem cognomento Psellum fuisse, vixisseque non diu post Metaphrastæ tempora. En illius verba (*h*): Ἔδειξε γὰρ κἀν τῷ τέλει ὁποῖος αὐτῷ ὁ διεσπουδασμένος βίος ἐτύγχανεν ὤν. Οὐ γὰρ ὥσπερ τετιμῆσθαι αὐτὸν οἱ συνεωρακότες φασὶν, οὐδὲ διῃρῆσθαι, ἀλλ' ἐδόκει ὥσπερ τινὸς δέσμης ἐλευθερούμενος, καὶ εὐμαρῶς πρὸς τοὺς ἄγοντας ἀγγέλους ἀνατεινόμενος νεύματι. Id est: *Nam vel in fine ostendit, qualem vitum egerat. Non enim eum veluti abscissum, aut divisum fuisse dicunt ii, qui viderunt: sed videbatur veluti a quodam vinculo liberari, et hilari nutu se extendere ad ducentes angelos.* Neque negare poterunt, Nicetam qui, et David dicebatur, Paphalgonem divo Ignatio Constantinopolitano, æqualem, iisdem cum senioris Michaelis Pselli temporibus, scriptis editis celeberrimum, vixisse. Ipse hoc de se, in principio Vitæ Ignatii a se conscriptæ. tradit. Nicetam hunc eumdem cum Niceta Serrone faciunt plerique codices Vaticani. Expositionem siquidem in Carmina Gregorii Nazianzeni, ejusdem, qui et in alia Gregorii commentatus est Nicetæ, Serronis scilicet, quod et plurimi codices manuscripti con- A firmant, huic Nicetæ Davidi tribuunt. Habent enim satis evidenter, Νικήτα φιλοσόφου τοῦ Παφλαγονίας [10] Ἑρμηνεία εἰς τὰ ἔπη τοῦ Θεολόγου. Et, Νικήτα τοῦ καὶ Δαυὶδ', Ἐξήγησις εἰς τὰ αὐτά. *Nicetæ Philosophi Paphlagoniæ Expositio in Carmina Theologi, et Nicetæ, qui et David, expositio in eadem.* Neque ab his diversi sunt codices mss. Augustani; confirmatque editio Veneta sub anno 1563. Ut hinc videas una tot manuscriptorum codicum conspiratione, non unius exscriptoris oscitantia illarum expositionum immutatum sed continuata serie pluribus comprobatum, auctorem Nicetam fuisse, qui et David et Paphalgo Philosophus dicebatur. Serron itaque Nicetas et David auctoritate horum codicum unus est et idem auctor. Ea præ, B sequere, mi Gaffarelle. Nicetas, præter expositiones in Gregorii orationes, et alia ingenii sui in omni genere doctrinarum, erudita sane et docta monumenta, in divi Lucæ Evangelium, quatuor libris distinctam, satis uberem et luculentam Catenam ex pluribus Patribus et scriptoribus ecclesiasticis venuste admodum concinnavit; inter eos non infimi sunt Simeon Metaphrates et Psellus. Fateri possumus ergo, Psellum hunc, qui sub Constantino Duca floruit, esse? Apage. Meræ nugæ. Ante Nicetæ tempora obiisse eum certo constat. Eum de novo post Nicetam revixisse probent ipsi, si poterunt.

XIV. Argumentum hoc sane efficax, mihi in præsentia, ut verum fateor, non satisfacit. Nec fide manuscriptorum codicum, quos supra recensui, C Nicetam Davidem eumdem esse cum Niceta Serrone, Catenæ in Lucam compilatore probatum satis puto: longum enim temporis intervallum inter utrumque intercessisse existimo. Nam Nicetas Serron, diaconus primum Magnæ Ecclesiæ, et magister, seu doctor. Catenæ in Lucam, Matthæum et alios auctor, et Heracleensis postea archiepiscopus, iisdem cum Thephylacto archiepiscopo Bulgariæ temporibus floruit, ad quem nonam Theophylacti epistolam inter impressas a Meursio, legi. Sed de his alius erit inquirendi locus.

XV. Quod si novatorum doctrinis insistere vellem, Metaphrastes in ultima Christianæ Ecclesiæ antiquitate ipsis etiam apostolorum discipulis σύγχρονος fuit, tantum abest ut recentissimus sit. No- D dus quem nescio, an unquam expedient adversarii. Gesnerus, et ejus Epitomator suspicantur, Hippolytum Thebanum, Chronici Ecclesiastici scriptorem, cujus fragmentum Canisius in *Antiquit.* tom. III, nobis Græce et Latine exhibuit, illum esse, cujus Hieronymus meminit in libro *De viris illustribus*, Portuensem duntaxat, nec incongrue; cum et Nicephorus Callistus *Histor. Eccles.* lib. II, c. 3, Glycas, (*i*) et [11] Theodorus Metochita in *An-*

NOTÆ

(*h*) Apud Allatium de Simeonibus p. 335. Quem vide etiam p. 48 seq.

(*i*) Glycæ etiam sunt quos sub Metochitæ nomine annales Meursius edidit. Hippolytus vero Chronici auctor floruit sæculo XI.

nalibus, ea, quæ sunt Hippolyti Thebani, tribuant Hippolyto, Portuensi episcopo, substituantque pro Thebano Portuensem. Verum Portuensis sub Alexandro imperatore, anno scilicet Christi 229, martyrium passus est. Est ergo Metaphrastes antiquior, cum Metaphrastæ Simeonis in Chronico mentio fiat, et suspicione ipsorum una cum discipulis apostolorum floruit. Plures jam hic Metaphrastas parturient, omnium tamen recentissimum Vitas sanctorum scripsisse dicent. Nugæ et somnia.

XVI. Metaphrastes Simeon unicus esto, Thebanus a Portuensi, uti est Hippolytus diversus existimetur; et nos perquam obscura illius tempora et vitæ institutum aliunde quam a tempore Pselli, et, si fieri potest, ab eodem etiam Metaphraste inquiramus. Auctor Vitæ sanctæ Theoctistæ Lesbiæ, Lippomano et Surio, (*j*) aliisque sine ulla hæsitatione, quamvis nescio quid ad incertum auctorem transmittat, Metaphrastes hic est. Comprobaturque certissimo ipsius Pselli testimonio. Psellus namque, dum in Metaphrastem canone, commentationes Metaphraste insinuat, scribit illum consilio atque monitu Parii anachoretæ munus aggressum scribendi, primum omnium colloquium illud composuisse, et Theoctistæ virginis vitam graphice admodum celebrasse, Ode 6. Τὸ πρῶτόν σου σύγγραμμα ἐκ Προνοίας θεϊκῆς, καὶ ὁμιλίας γέγονε τοῦ ἱεροῦ πρεσβύτου καὶ μοναστοῦ, Συμεὼν θεσπέσιε, ὃν ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ τεθεώρηκας. Et, Ἀξίως ἐξύμνησας τῆς Λεσβίας τὰ λαμπρὰ καὶ θεῖα ἀγωνίσματα Θεοκτίστης τῆς ὄντως ἀγγελικὴν, μικροῦ καὶ ἀσώματον τελεσάσης πανσόφως τὸ πολίτευμα. Id est : *Prima tua commentatio ex divina Providentia et colloquio facta est sacri senis et anachoretæ, Simeon admirabilis, quem in Paro insula conspexisti*. Et, *Pro dignitate laudati Lesbiæ illustria et divina certamina, vere Theoctistæ, a Deo fabricatæ, quæ angelicam et tantum non incorporeum absolvit sapienter vitæ rationem*. In hac autem scriptione, et colloquium senis in Paro, et adhortamenta, et vita Theoctistes pro humani ingenii tenuitate exponuntur. A ratione ergo alienus esset, quicunque scriptum hoc Metaphrastæ esse genuinum denegaret. At in hoc vitæ institutum ejusdem, et ætatis tempora plane et sine ullis ambagibus proponuntur. Frustra itaque ex alio, nec ab ipso Simeone, de Simeone, testimonium quærimius. Discamus vero a Simeone, eum non a ducenda uxore abhorruisse, sed ex illa liberos etiam procreasse, civilibusque muneribus functum, tunc demum cum Himerio, ducendarum copiarum peritissimo, legatum [12] ad Arabas, qui Cretam invaserant, missum fuisse : et, cum non liceret per ventos ulterius, Parum adnavigasse, et cum sene illo anachoreta cognomine, a quo et res gestas Theoctites ea conditione, ut omnia scriptis mandaret, perceperat, collocutum familiarissime, suæque legationis finem fortunatum, ob eamque munera ab imperatore reportanda, præsagiente divino illo sene, audisse : post absolutam navigationem, scribendo ea, quæ viderat et audierat, præcepta senis adimplesse. Illa ergo tempestate vivebat, cum Arabes Ægei insulas, et oras Græciæ maritimas non infelici eventu, misera tamen Græciæ calamitate ac clade afflixerunt. Sed tunc potissimum, cum in Arabas classe ac ferro Himerius, ipse verbo ac muneribus expugnandos mittitur, tunc cum nondum ad scriptionem animum adjecisset. Sed ista evenere temporibus Leonis Sapientis, Basilii Macedonis filii, si Cedreno, Curopalatæ, Zonaræ aliisque historicis Græcis fides habenda est. Ergo tunc Simeon iste Metaphrastes, Vitarum scriptor, floruit, muneribus ac dignitatibus auctus. Et si quid conjectura augurari licet, Simeon ille a secretis sub hoc Leone, qui aurum a Rhodophyllo relictum Leoni Tripolitæ infami apostate obtulerat, ut eum ab excidio Thessalonicensi averteret, ideoque ab imperatore patricii et secretarii primarii dignitatibus condecoratas, nullus alius est, quam Simeon iste noster Metaphrastes, qui Logothetæ nomine a Psello, ut dicemus inferius, et ab aliis insignitur.

XVII. Metaphrastes ergo Simeon scriptionem exorsus est sub Leone, et sub Constantino Porphyrogenneta, Leonis filio, et nepote Romano, ætate etiam ipse provectiore assiduis laboribus absolvebat; ut ex illius oratione de exportatione manus dextræ Joannis Baptistæ apud Lippomanum et Surium (*k*) colligi poterit. Ait enim ea ætate sub Constantino et Romano imperatoribus a Jobo diacono manum Antiochia Byzantium delatam fuisse. Id autem sub dictis imperatoribus evenisse confirmant Cedrenus et Zonaras in Constantino Porphyrogenneta.

XVIII. Errat ergo Gerardus Vossius, et alii, qui putant Simeonem Metaphrastem sub Constantino Duca, vel saltem circa ea tempora floruisse : errasseque Baronium et Bellarminum, cum Simeon, ut Vossius ipse putat, ducentis annis posterior vixerit, quam illi existimarunt.

XIX. Quantum præterea immaniter hallucinatus sit Hospinianus, dum Metaphrastas et Psellos pro arbitratu, ut ita dicam discerpsit, [13] abunde satis ostendit Jacobus Gretserus *De imaginibus manu non factis*, c. 19. Conferam et ex meo nonnulla, præter jam dicta, ad messem tam uberem, ut veritas clarius elucescat. Fuit Metaphrastes non (*l*) trivialis Constantinopoli ludimagister, sed genere clarus illustri familia natus, divitiis abundans, in aula imperatoria celebris, a secretis et consiliis intimis, et post mortem etiam miraculis illustris. Psellus in eumdem : Καὶ τόγε θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ γένους εὖ ἔχων, καὶ τὰ τῆς εὐκλείας οἴκοθεν

NOTÆ

(*j*) Ad 10 Novembr.
(*k*) Ad 29 Augusti.

(*l*) Confer Allatium de Nilis p. 29 edit. nostræ.

κεκτημένος, βαθεῖ τε πλούτῳ κομῶν, καὶ οἷς ἄν τις A πρὸς παίδευσιν ἀποκνήσειεν. *Et quod est admirabilius, et propter quod illum quispiam magis fuerit admiratus, cum esset genere clarus, et ex illustri familia natus, et abundaret divitiis, et iis quæ segniorem effecerint quempiam ad disciplinas*, etc. Hinc idem Psellus ejusdem Officium composuit, quod ab ecclesiatticis in ejus solemnitate, sicuti fieri amat in aliis Sanctis, decantaretur, in eo Oda 3 scribit, Ἐνδιαπρέψας ἐν ἀρχαῖς ταῖς τῆς κάτω συγκλήτου ὡς ἀνὴρ βουληφόρος τὸ πολίτευμα τὸ σὸν ἐκτήσω ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὴν ἄνω σύγκλητον ἐκόσμησας. *Cum terreni senatus dignitatibus condecoratus fuisses, veluti vir consiliarius, vitæ ducendæ rationem in cœlis acquieras, et supernum senatum decorasti.* Sæpeque Logothetam nominat. Ode prima : Μέλος B μοι εὔρυθμον δίδου, Λόγε Θεοῦ, εὐφημεῖν ὁρμήσαντι τὸν θεράποντα τὸν σὸν Συμεῶνα τὸν Μεταφραστὴν τὸν κυρίως λογοθέτην ἀξιάγαστον. *Melos mihi concinnum Verbum Dei, cum celebrare inceperim servum tuum Simeona Metaphrastem, proprie Logothetam admirabilem*, Et alibi : Εὐφημήσωμεν πάντες ἐπαξίοις ᾠδαῖς τὸν μέγαν Θεοῦ θεράποντα Συμεῶνα τὸν ἅγιον λογοθέτην. *Celebremus omnes condignis cantibus magnum Dei servum Simeona sanctum Logothetam.* Fuit ergo Logothetæ officio conspicuus, quod quidnam fuerit, pluribus alii exponere conati sunt : eos, qui plura desiderat, videre poterit. Satis mihi erit pro hac re stabilienda elegantissimi item, ac prudentissimi, licet sequioris sæculi scriptoris, Joannis Cinnami testimonium ; in quo vertendo, illustrandoque diu me exerceo, C (m) speroque laborem hunc meum, propter pulcherrimam historiam, ad hunc diem cum vetustate luctantem, meis vigiliis, et amicorum opera, et scopulo in tranquillum illatam, historicæ veritatis studiosis non ingratum futurum. Is itaque *Histor. Romanæ* lib. IV de rebus gestis Manuelis Comneni, de Richardo Antri domino verba faciens, scribit : Ὡς δὲ τῶν πυλῶν ἀλογιστήσαντες Γιβενάτζιόν τε αὐτὸ ὁμολογίᾳ ἔσχεν, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν προσιόντες ἐσκέπτοντο. Κόμησί τε ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ τῷ Γυλιέλμου Καντζηλαρίῳ συγγεγονώς, ὃν λογοθέτην εἴποι ἄν τις ἑλληνίζων ἀνήρ, ἐπὶ Τράνιν σὺν αὐτοῖς ἦλθεν, ὡς αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἀναρπασόμενος. [14] *Cum vero portæ urbis parum caute custodirentur, Juvenalium ipsum in ejusdem fidem se dedidit* D *Hinc pro occupandis cæteris cum comitibus aliis, nec non Guilielmi Cancellario, quem Logothetam Græca quis lingua expresserit, consilium inibat, et Tranim usque tum illis processit, quasi primo impetu Urbem direpturus fuisset.* Alium hujus vocis significatum, antequam majestas illa imperii statis veterum officiorum formis abrogatis, exteris Barbarorum moribus, nova omnia approbando, cessisset, lege apud Procopium in *Historia Arcana*.

XX. Vitis, ut hoc etiam hic obiter notem, a Simeone conscriptis aliquas a junioribus esse adjectas observarunt Baronius, et Bellarminus, et alii, cum viri illi post Simeonis tempora vixerint. At eas a Psello, recentiore nempe, annexas in lucem vulgatas opinatur Andreas Schottus, præfatione ad lectorem, in Cantica canticorum. Unde id habuerit Schottus non liquet, etsi verum sit Psellum, sive Simeonis æmulatione, sive religione in sanctos, perplures sanctorum Vitas non ineleganti stylo accuratissime descripsisse, utinam, puerilibus argumentis neglectis, in quibus nonnunquam totus esse videtur, in istis seriis pertractandis plures. quam fecit, horas insumpsisset ! Illius in sanctos conatus in Catalogo operum infra recensebimus.

III·VII. *Michael Psellus, Michaelis Ducæ imp. præceptor, clarus circa an. — 1050. Alii.*

XXI. Tertius fuit Michael Psellus, Michaelis Ducæ præceptor, qui maxime omnium de republica litteraria meritus, honorificam sui apud posteros memoriam consecravit, ita ut reliquos alios ejus cognomines acumine ingenii, eruditionis copia, profunditate scientiarum, argumentorum varietate, multitudine scriptorum et splendore gloriæ obruerit ; quare, aliorum exstincta, et, ut ita dicam, obliterata memoria, ipse solus nomen illud meruisse videtur. Sic poetam et oratorem cum dicimus, Homerus nobis atque Demosthenes, de Græcis loquor, statim sese offerunt, mentisque oculis repræsentant.

XXII. Fuit patria Constantinopolitanus, e consulum ac patriciorum prosapia, quamvis non tam felici fortuna. Ipse id ait de se in Epitaphio matris: Τῷ τοίνυν ἐμῷ πατρὶ τὸ μὲν ἄνωθεν γένος ἐς ὑπάτους ἀνῆκτο καὶ πατρικίους· τὰ δὲ κατ' ἐκεῖνον πράγματα οὐχ οὕτω δεξιῶς εἶχεν. *Patris igitur mei genus antiquum ad consules et patricios referebatur, res vero ipsius non nimis prospere se habebant.* Post duas femellas tertio ipse partu, multis matris suspiriis, et ad Deum precibus effusis, in lucem editur. Mirum est, quod in ejus ortu narratur, nullas eum lacrymas profudisse, neque usquam postea in maximis etiam necessitatibus plorasse, sed [15] semper ætate illa tenella lætos ac puniceos oculos habuisse : tantum parentis, nullisque aliis quam maternis, ad quæ vel usu vel sententia ferebatur, uberibus inhiasse. Quinquennis præceptori traditur, adeoque robuste studiorum pondus excepit, ut ludicra omnia, præter litterarum studium, quo summopere delectabatur, sordescerent. Ex illius affectum ejusdemmet verbis expressum : Ἐντεῦθεν οὖν ἡ μήτηρ πρὸς τὰ κρείττω χειραγωγουμένη εἰς πέμπτον ἔτος τελέσαντα διδασκάλῳ ἐφίστησι. Καὶ ἦν μοι τὸ μάθημα οὐ μόνον τὸ εὐχερές, ἀλλὰ καὶ ἡδὺ ἀντ' ἄλλης τινὸς παιδιᾶς. Ἠνιώμην γοῦν, εἰ μέ μοι διὰ πάσης ἡμέρας διδοίη τὰ παιδικά. Καὶ ἦν μοι παιδιὰ μὲν ἡ σπουδὴ δὲ παιδιά, οὐχ ὡς ταῦτα παίζοντι, ἐκεῖνα δὲ σπουδάζοντι, etc.

NOTÆ.

(m) Cinnamus Allatii nunquam prodiit. Exstant editiones Corn. Tollii et Cangii.

Id est : *Hinc igitur mater ad meliora manuducens quinto ætatis anno magistro commendat. Et erat mihi disciplina non tantum facilis, sed dulcis præ quolibet alio ludo. Ægre itaque ferebam, si mihi per totum diem delicias non suggereret. Eratque mihi ludus studium, studium ludus, non quod hoc ludibrio haberem, illi vero incumberem.* Ætate grandiore, dum inter parentes non convenit, cuinam studiorum generi esset addicendus, Joannes Chrysostomus et apostoli, matri in somniis visi, decernunt. Hinc disciplinarum quam voluptatum cupidior, æqualibus in studio superatis, non longo intervallo ad suprema quæque doctrinarum culmina gradum fecit, onibusque innotuit. Hæc ipse prolixe nimis, oratione In matrem, prosequitur, et ex eo Anna Comnena *Alexiados* lib. v, brevissime concinnavit, dum de Italo verba faceret : Καὶ Μιχαὴλ ἐκείνω τῷ Ψελλῷ ἐν ὑστέρῳ προσωμίλησεν, ὃς καὶ πάνυ τοι παρὰ διδασκάλοις σοφοῖς ἐφοίτησε. Διὰ φύσεως δὲ δεξιότητα, καὶ νοὸς εὐθύτητα, τυχὼν μέντοι καὶ Θεοῦ ἀρωγοῦ. Πρὸς τούτοις διὰ τὴν θερμοτάτην ἱκεσίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐπαγρυπνούσης συχνῶς τῷ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Κυρίου τῆς Θεοτόκου σεπτῷ εἰκονίσματι, καὶ θερμοῖς τοῖς δάκρυσιν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἐκκαλ ουμένης, εἰς ἄκρον σοφίας ἁπάσης ἐληλακὼς, καὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Χαλδαίων ἀκριβωσάμενος, γέγονε τοῖς τότε χρόνοις περιβόητος ἐν σοφίᾳ. Id est : *Tandemque in Michaelis Pselli consuetudinem venit, qui præceptores, sapientes oppido, nactus, naturæ dexteritate et intellectus acumine, Deo quoque illi coadjuvante, adhuc et matris intensissimis precibus, sæpius in templo Domini ante Deiparæ venerandam imaginem invigilantis, spississque pro filio lacrymis exorantis, ad universæ sapientiæ culmen pervenit, et Græcorum ac Chaldæorum decretis accuratissime conquisitis, ea tempestate celebre sapientiæ nomen consecutus est.* Subdit deinde inter Italum et Psellum dissidia exorta. Medicinæ quoque operam dedit, ut ipse de se Oratione in Matrem, sæpius laudata, affirmat, dum de patre moribundo loquitur. Ὡς δὲ καὶ τοῖς [16] δακτύλοις τὰς τῆς ἀρτηρίας κινήσεις ἐτεκμηράμην. Ἐσπουδάζετο γάρ μοι μακρόθεν ἡ περὶ τούτου τέχνη. *Ut vero et digitis arteriæ motus observavi : jam enim diu aliquid in eam artem studii, et operæ contuleram.* Studium in capessendis disciplinis, et omnibus addiscendis ardens ac pertinax, ipse libello *De admirabilibus lectionibus* in fine explicat. Ἐγὼ δὲ οὐ περὶ ἐργασίας ἕνεκα, νὴ τὴν ἱεράν σου ψυχὴν, ἀλλὰ φιλομαθείας τὰ πλείω τῶν μαθημάτων συνελεξάμην. Ἐγένετο γάρ μοι ἡ φύσις ἀκόρεστος πρὸς ὁτιοῦν σπούδασμα, καὶ οὐδὲν ἄν με βουλοίμην διαλαθεῖν. Ἀλλ' ἀγαπῴην ἂν, εἰ καὶ τὰ νέρθεν εἰδείην τῆς γῆς. Καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ πολλοὶ περὶ τοῦτο μὲν ἐσπούδακα, ἐκεῖνο δὲ ἀπωσάμην, ἀλλὰ καὶ τῶν φαύλων, ἢ ἄλλως ἀποτροπαίων ἐπιγνῶναι τὰς μεθόδους ἐσπούδακα, ἵν' ἔχω ἐντεῦθεν ἀντιλέγειν τοῖς χρωμένοις αὐτοῖς. Id est : *Ego vero, non curiositatis ergo, ita sacrum tuum*

A *animum Deus sospitet, sed amore discendi pleraque ex disciplinis collegi. Namque natura cujuscunque studii avida, nunquam scientiis potuit saturari. Nullamque vellem esse, quod mei notitiam fugeret ; nec molestum mihi foret, etiam si sub terranea, noscerem. Neque ut plurimi, in hoc tantum incumbo, illud vero negligo, sed et pravorum etiam, et abominandorum mihi notitiam comparo, ut inde hubeam, quod ea usurpantibus opponam.* Plura de hoc, *Orat. de matre*, in qua singula quæque ad fastidium usque enumerat. Ea lector, ne ipse fastidio sim, videat.

XXIII. Interea satis ætatis ac prudentiæ habens in aula imperatoribus innotuit, qui in maximis negotiis proficuam illius operam experti sunt. Nam
B Michael Stratioticus inter selectos ex patribus conscriptis viros, quos Comneno Isaacio ad rebelles in concordiam redigendos misit, Psellum quoque nostrum legavit, non contemnendo elogio celebratum a Zonara tomo III : Στέλλονται τοίνυν πρὸς τὸν Κομνηνὸν πρεσβεύσοντες ἄνδρες τῶν ἐκκρίτων τῆς συγκλήτου βουλῆς· οἱ δ' ἦσαν ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, ὁ πρόεδρος Λέων ὁ Ἀλωπὸς, καὶ Μιχαὴλ ὁ σοφώτατος Ψελλὸς τῶν φιλοσόφων ὢν ὕπατος. *Legantur igitur ad Comnenum selecti viri ex patribus conscriptis, Constantinus Lichudes præses, Leo Alopus præses et Michael Psellus, sapientissimus princeps tunc philosophorum.* Et Cedrenus in Synopsi : Ἐκεῖ δὲ αὐτῷ γενομένῳ φθάνουσι καὶ πρεσβευταὶ βασιλέως ὁ πρόεδρος Κων-
C σταντῖνος ὁ Λειχούδης, Θεόδωρος ὁ Ἀλωπὸς, Κωνσταντῖνος ὁ Ψελλὸς, ὁ τῶν φιλοσόφων ὕπατος. Οὗτοι γὰρ οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ λόγου δυνάμει τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἀνθρώπων διαφέρειν δοκοῦντες, καὶ ἀσυγκρίτως ὁ Ψελλὸς ἐξελέγησαν εἰς τὸ πρεσβεῦσαι, καὶ προσεδόκησεν ὁ βασιλεὺς μεγάλα καταπράξασθαι διὰ τῆς ἐκείνων [17] εὐστομίας, καὶ χάριτος. *Ibi ei occurrerunt legati imperatoris præses Constantinus Lichudes, præses Theodorus Alopus, Constantinus Psellus, philosophorum princeps. Etenim hi tres viri sapientia, et facundia, omnium qui tunc vivebant, primi habiti, et quidem extra comparationis sortem Psellus, ad eam legationem fuerant delecti ; quod imperator eorum eloquentia et gratia se maxima consecuturum sperabat.* Ubi exscriptoris incuria, pro Michaele, Constantinus irrepsit. Et in eo falsæ
D legationis accusatur ab eodem inferius : Λέγεται δὲ ὅτι καὶ οἱ πρεσβευταὶ παραπρεσβεύσαντες ἄλλο τε ἄλλως λάθρα τῷ Κεκαυμένῳ προσιόντες παρεκάλουν ἔχεσθαι τῆς ἐνστάσεως, καὶ μηδόλως ἐνδοῦναι. Τοῦτο δὲ αὐτοὺς ποιῆσαι, καὶ οἱ καλῶς εἰδότες ἐπληροφόρουν ἄνδρες οὐχ οἷοίτε ψεύδεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Κομνηνὸν πληροφοροῦντες ἐνωμότως, ὡς ἅπαν τὸ ἀστυκὸν πλῆθος περικακῶς εἰς αὐτὸν ἔχει. Καὶ ὡς εἰ μόνον ἐγγίσει τῇ πόλει, τὸν γέροντα ἐξωθήσαντες, μετ' ἐπινικίων, καὶ ὕμνων αὐτὸν προσδέξονται. *Ac proditum est memoriæ, ipsos etiam legatos prævaricatos fuisse, et modo hunc, modo illum diversis temporibus Cecaumeno suasisse, ut oppugnaret acriter oblatas*

conditiones, neque quidquam concederet. Et quidem hoc eos egisse pro certo perhibent ii, quibus ista optime sunt nota, et a mendacii suspicione sunt immunes, aiuntque eos, interposito jurejurando, affirmasse Comneno, ardenter eum ab urbana multitudine diligi; ac, si tantum accessisset ad urbem, fore ut ipsam ea, sene exturbato, cum gratulatoriis victoriæ, et imperii carminibus excipiat.

XXIV. Isaacius Comnenus, cum Michaelem Cerularium, patriarcham Constantinopolitanum abdicare niteretur, aliorum, et Psseli præcipue opera, qui, in eum Oratione conscripta, multorum ac variorum facinorum reum fecit, usus est Zonaras ibidem : Εἶτα καὶ καθαιρέσει ὑποβαλεῖν αὐτὸν διὰ φροντίδος ἐτίθετο, καὶ τισι τῶν ἀρχιερέων συνεργοῖς πρὸς τοῦτο ἐκέχρητο, καὶ τῷ Ψελλῷ αἰτιαμάτων πολλῶν, καὶ ἀλλοκότων συναγωγεῖ, ἃ ἐν τῷ κατ' ἐκείνου λόγῳ συνήθροισέ τε, καὶ συνεγράψατο, δηλοῖ τε διά τινων τῷ ἀνδρὶ ἀπείπασθαι τὴν ποιμαντικὴν, ἵν' ἑκὼν δοκεῖ παραιτεῖσθαι, ὡς εἰ μὴ τοῦτο, καὶ ἄκων αὐτὴν ἀφαιρεθήσεται, εἰς μέσον κατ' αὐτοῦ προτιθεμένων αἰτιαμάτων. *Deinde de abrogando illi patriarchatu cogitans, opere quorumdam episcoporum utitur, et Pselli, variarum et absurdarum criminationum coacervatoris, quas in Oratione contra illum scripta congressit, et per quosdam viro significat ut simulet se ultro pontificatu cedere quem alioquin invitus cum publica infamia sit amissurus.*

[18] XXV. Diogeni imperatori infensus, primus ipse inter senatores, et Joannes Cæsar, et filii, Eudociam imperatricem in monasterium trudunt; Michaelem Ducam imperatorem denuntiant; Diogenem jam revertentem imperio abdicant, auctore et adjutore consiliorum eodem Psello. Zonaras, in Romano Diogene : Ὁ γοῦν Καῖσαρ Ἰωάννης καὶ οἱ ἐκείνου υἱοὶ ἀεὶ, ὡς εἴρηται, ἐγκοτοῦντες τῷ Διογένει ἁρπάζουσι τὸν καιρὸν, καὶ προσλαβόμενοι τῶν τῆς συγκλήτου ἐνίους, ὅσοι ὠμοφρόνουν αὐτοῖς, ὧν ἐξῆρχεν ὁ ὑπέρτιμος Ψελλὸς, ὕσνους καὶ αὐτὸς τῷ Διογένει τυγχάνων, τὴν Βασίλισσαν Εὐδοκίαν εἰς τὴν παρ' αὐτῆς δομηθεῖσαν μονὴν κατὰ ὧν τὸν ἐν τῇ Προποντίδι πορθμὸν περιορίζουσιν, τὸν δὲ Μιχαὴλ ἀνακηρύττουσιν αὐτοκράτορα, etc, *Joannes igitur Cæsar, ejusque filii, Diogeni semper, ut dictum est, infesti, arrepta occasione, quibusdam etiam ex senatu sui facinoris, quorum Psellus vir honoratissimus princeps erat, et ipse Diogenis inimicus, adhibitis, imperatrice Eudocia in monasterio, quod ipsa circa fretum Propontidis struxerat, relegata, Michaelem imperatorem appellat.*

XXVI. A puero itaque liberaliter educatus, animo circa artes doctrinasque gestiente, fructus, quos ab eis expetebat, decerpsit, non breves atque incertos, sed uberes et tempestivos. Eloquentiam enim, horridam tunc et incultam, excoluit, nec ad perniciem et pestem convertit, sed ad salutem. Tandem philosophandi rationem omnem complexus, loco in illo uberrimo ac feracissimo, frugiferam sibi, et aliis diligentiam expertus, extraxit malorum radices ; de natura et rebus occultis optime planeque disseruit, quod verum et quod falsum est in oratione, aperuit, summisque imperatoribus fuit et vivendi præceptor, et dicendi. Ad labores impiger, diu noctuque aut aliquid conscribendo, aut legendo, tempus insumebat : nec vires consenuerant, nec defecerat animus. Et cum munus optimum fructuosissimumque quod possit afferri principibus, illud esse existimaret, si doceantur atque erudiantur, summa ope nitebatur, ut Michaelem Ducam instrueret bonisque moribus informaret. Quo quis potest in vita humana, vel desiderare melius, vel optare præstantius? Coercenda est principum libido, refrenandusque furor, neque alia via id consequi possumus quam doctrina et eruditione. Hominis decus est ingenium, ingenii lumen eloquentia, eloquentiæ candor philosophia, philosophiæ rectrix ac magistra pietas, quæ nisi præceptorum monitis fulciatur, in ignorantiæ tenebras prolapsa, ruinam facit.

XXVII. Non potuit tamen effugere calumniam Zonaræ lib. III. *Annal.* : Καὶ ἦν τῶν ἀνθρώπων σύντριμμα, καὶ ταλαιπωρία, [19] καὶ ὁ τούτων ἐπιστρεφόμενος οὐδαμοῦ. Ὁ γὰρ βασιλεὺς παιδαριώδεσιν ἐσχόλαζε πράξεσι τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπερτίμου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ, λόγοις τῷ δοκεῖν αὐτὸν ἐμβιβάζοντος, καὶ διδάσκοντος, νῦν μὲν τὴν γραμματικὴν τέχνην, καὶ μέτρα, καὶ διαλέκτους, νῦν δ' ἵνα κατὰ ῥήτορας διαλέγοιτο, νῦν δ' ἱστορίαις αὐτὸν προσεθίζοντος. Ἄλλοτε δὲ φιλοσόφων θεωρημάτων ἀκροᾶσθαι παρασκευάζοντος. Ὁ δὲ πρὸς οὐδὲν ἐπεφύκει. Τούτοις οὖν ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ προστετηκὼς, ὑφ' ἕτερον καὶ τοῦτον ἕνα τὸν τῶν καινῶν κυβέρνησιν ἐποιήσατο, καὶ νόμος ἦν τὸ τῷ Λογοθέτῃ δοκοῦν. *Homines atterebantur, et ærumnis premebantur : et nemo erat, cui illa curæ essent. Nam imperator puerilibus rebus occupatus, a principe philosophorum, et honoratissimo Michaele Psello ad litterarum studia deduci videbatur ; ac modo in arte grammatica versibus, in linguarum differentiis erudiebatur, modo declamationibus rethoricis, modo historiis assuefiebat, modo ad audienda philosophica præcepta parabatur, quamvis ad hæc omnia ineptus. Hujusmodi igitur studiis Romanorum imperator affixus, rerum administrationem alteri, eique uni commisit, ut legis auctoritatem haberet, quod Logothetæ visum esset.* Et inferius : Μήτινος δὲ προνοουμένου τῶν κοινῇ συμφερόντων, ὁ γὰρ βασιλεὺς περὶ λόγους ἠσχόλητο, καὶ ἰάμβους συντιθέναι πρὸς τοῦ Ψελλοῦ ἐδιδάσκετο, σιτοδεία τοὺς ἐν πόλει ἐπίεζεν. *Nemine autem bonum publicum curante, nam imperator studiis vacans, iambos scribere a Psello docebatur, urbanos annonæ penuria premere cœpit.* Ita nil tam sanctum (*n*) est, quod calumnia tentare non audeat, et quod laude dignum est, ex improviso,

(*n*) Non adeo reprehendendum Zonaræ judicium, si studiorum deliciis ita fuit edoctus indulgere princeps, ut illis intentus imperii curam aliis relinqueret.

fraudulenterque irrepens nescio quis criminose dilacerat. Et hominum turba cæca veluti oraculo plaudit, misera sane, duraque prudentissimorum hominum conditione. Sub aliis item imperatoribus Græcorum imperio jam senescente, doctri nisque omnibus in barbariem commutatis, cum, proh dolor! inertia pro sapientia erat vitam ipse fama clarissimus transegit, jucundus amicis, egentibus utilis, omnibus denique charus.

XXVIII. Illius tamem fidei causam, defensionemque non susceperim, si, quæ de eo Josephus Methonensis episcopus apologia contra Marcum Ephesium tradit, vera sunt. Illum enim annumerat schismaticis Photio, Cabasilæ, Palamæ, Camatero, Phurnio, Moschambari, Bulgariæ, Nicolao Methonensi, et Panareto, qui dicto et scripto Lainam Ecclesiam insectati sunt. Καὶ σὺ μὲν συνήφθης, ὡς φῄς, τοῖς ἁγίοις σου Πατράσιν, καὶ διδασκάλοις Φωτίῳ τῷ πρώτῳ σχισματικῷ, μᾶλλον δὲ αὐτουργῷ, [20] καὶ δημιουργῷ τοῦ σχίσματος, καὶ τῆς διαιρέσεως, Καβασίλᾳ, Παλαμᾷ, Καματηρῷ, Φουρνῇ, Ψελλῷ, Μοσχάμπαρι, Βουλγαρίᾳ, Νικολάῳ Μεθώνης, Πανχρέτῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς μετὰ τὸ σχίσμα, καὶ τὴν πολλὴν ἔριν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας εἰποῦσι. *Et tu quidem, ut ais, sanctis tuis Patribus ac doctoribus te adjunxisti, Photio schismaticorum principi, imo vero auctori, et opifici schismatis, et dissidii : Cabasilæ, Camatero, Phurnio, Psello, Moschambari, Bulgariæ, Nicolao Methonensi, Panareto, et cæteris qui post schisma, et multam contentionem in Romanam invecti sunt Ecclesiam.* Sane Photii, Cabasilæ, Palamæ, Nicolai Methonensis, aliorumque in Ecclesiam Latinam commentationes nugacissimas non sine tædio ac stomacho legi. Pselli similem disputationem ad hunc diem non offendi, et fortasse nec ille conscripsit. Verumtamen est in *Expositione fidei* ad Michaelem Ducam, dum de processione Spiritus sancti verba facit, eum affirmare ex solo Patre procedere, quo vel solo nomine illius in recentiorum Græcorum placitis propugnantis pertinacia, et ad pervicaciora quæque audendum, si occasio se tulisset, animus innotescit.

XXIX. Tandem jam senex exauctorato Michaele Duca, ipse quoque a Botaniata Nicephoro dignitatibus spoliatus, monachum induens, solum vertere coactus est ; nec multo post, sive senio, sive etiam mœrore vitam posuit : idque conjicio ex verbis Annæ Comnenæ *Hist. lib.* v. Sed iis præcipue : Ἔνθα καὶ τοῦ Ψελλοῦ μεταχωρήσαντος Βυζαντόθεν μετὰ τὴν ἀπόκρασιν, (lego ἀπόκαρσιν,) αὐτὸς φιλοσοφίας ἁπάσης πρόεστι διδάσκαλος. *Ubi et Psello post comam detonsam Byzantio secedente, ipse Italus universæ philosophiæ magister creatus est.*

XXX. Quidquid tamen sit, maximis eum laudibus exornarunt, præter Annam Comnenam, Joannes Scylitza, et Cedrenus in procemio Historiæ, ὑπέρτιμος Ψελλός, *honoratissimus Psellus*, et in Stratiotico : et Zonoras locis supra adductis, et in Isaacio Comneno, Πολὺς τὴν γλῶτταν ὁ σοφώτατος Ψελλός. Vim dictionis cum non intellexisset interpres, πολὺ, τὴν γλῶτταν, *verbosum* reddidit. Apage sapientissimum istum, si verbosus est. Græci cum admirandum aliquem, nec cum vulgaribus comparandum innuunt, dictione illa πολὺς utuntur. Hinc aptissime diceres, et ad Atticæ eloquentiæ normam, Πολὺς τὰ θεῖα Γρηγόριος, *eximie sanctus* (*o*) *Gregorius* Πολὺς τὴν θείαν Γραφὴν Michael Ghislerius, *Disciplina rerum divinarum eruditissimus, et ingenio, prudentiaque in sacris Litteris exponendis accutissimus.* Πολὺς τὴν φιλοσοφίαν Fortunius Licetus. *Illis, qui ad philosophiam spectant, quam maxime potens : pauci* ut *sint* qui *tantis* [21] *philosophiæ dotibus præditi sint.* Πολὺς τὰ μαθηματικὰ Petrus Gassendus, *in rebus mathematicis tractandis ingeniosus, eorumque difficultatibus enodandis consultissimus.* Πολὺς τὰ ἰατρικὰ Gabriel Naudæus, *rebus medicis nimium pollens, multum versatus, supra plerosque alios exercitatus, nimio jam imbutus usu liberaliter institutus.* Πολὺς τὴν παιδείαν Nicolaus Villanus. *Præclara eruditione atque doctrina ornatus : eruditione et florentibus studiis nunquam non satis instructus, magnus.* Πολὺς τὴν ἐπιστήμην, Renatus Moreau, *in perfectissima disciplina probatissimus, et incredibili quadam ingenii magnitudine ad quascunque disciplinas insructissimus.* Πολύς τὴν ἱστορίαν Jacobus Philippus Thomasinus, *ad scribendas historias maxime illustris : in illustranda antiquitate sedulo studio apprime clarus, singularis.* Πολὺς τὸν νοῦν Joannes Bourdelotius. *Pleno pectore sapiens : sapientia munitam mentem egregie gerens* ; *considerate omnia perficiens.* Πολὺς τὴν ποίησιν Joannes Rhodius, *in poeticis studiis mirifice versatus; admirabili quodam ad poesim studio concitatus, præstantissime cum omnibus Musis rationem habuit.* Πολὺς τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν φρόνησιν. Dominicus Molinus, *virtute ipsa excellentissimus* An non Ciceronianum illud infert? *Talis est vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere, et integritate tueri, et virtute conficere possit :* et similia. Sic Psellus dictus est, πολὺς τὴν γλῶτταν, quasi diceres *magnus, multus, admirandus eloquio, eloquentia singulari.* Σοφώτατος etiam passim audit, *sapientissimus*, et a Glyca in Annalibus, et a Metochita in Historia. Et illius sententiis, qui eum secuti sunt, scriptores sua Commentaria non minus quam aliorum Patrum testimoniis illustrarunt. Inter alios præcipui sunt Niceta Serron, Catena absolutissima in Evangelium Lucæ ; Macarius Chrysocephalus in Magno Alphabeto, ubi ex diversorum Patrum dictis Evangelia perfectissime interpretatur; et Joannes Diaconus Magnæ Ecclesiæ Tract. Τίς ὁ σκοπὸς τῷ Θεῷ τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, καὶ τῆς δευτέρας ἀναπλάσεως διὰ τοῦ Θεοῦ.

XXXI. Illud interim animadvertere debemus,

NOTÆ.

(*o*) Malim *rerum divinarum apprime peritus.*

Gesnerum in Bibliotheca ridicule satis argutari, eumdem esse Michaelem Ephesium, et Michaelem Psellum. *Mihi quidem aliquando conjectura occurrit eumdem existimandi Michaelem Ephesium, et Michaelem Psellum. Nam præter commune prænomen, utrumque constat recentiorem fuisse, Christianum, Peripateticum, Aristotelis paraphrastem.* Multi alii ejusdem prænominis recentiores, Christiani, et Peripatetici, Aristotelis paraphrastæ, nova hacce argumentandi ratione Pselli erunt, inepte. Verum est utrumque recentiorem esse, Christianum, an æque Peripatetici, dubium ; [22] certum omnino paraphrastes non esse : ni scholia, et expositiones textus brevissimas, una cum Paraphrasi confundere velimus. Conferantur utriusque in Aristotelem commentationes, quamvis sententia in multis conveniant, in modo, ac methodo exponendi Aristotelem longe diversi sunt. Psellus continua textus paraphrasi sententiam aperit, Ephesius non nisi difficilioribus operam dat, clara, apertaque, uti cuique obvia, negligit.

XXXII. At quisnam sit iste Ephesius Michael, qui in enodando Aristotele tantopere etiam elucubrationibus editis, insudavit, quæsiere multi. Sed frustra operam contriverunt. Ubi nullum rei vestigium apparet, si venatori res non succedit, laudem ille pro conatu, non, quod non invenerit, reprehensionem promeretur. Verum dum ego etiam omnia pervestigo, si quid subodoratus sum, in medium afferam, donec meliora ab aliis producantur. Sensuum, ac enarrationum similitudo hos duos auctores unum ab alio adjutum fuisse satis indicat, vel utrumque ab alio, et ex uno fonte utriusque monumenta corrivari. Cumque a quo Psellus sua hauserit non habeam, utique Ephesium ex Pselli, sive ore, sive monumentis, quamuis verosimilius ex ore, sua habuisse, esseque Michaelem Ducam Parapinaceum dictum, Pselli discipulum, si conjectura aliquid valeo, existimo. Hic enim, dum summam imperii teneret, a Psello edoctus, illo amisso, in Ephesum delatus, illius Ecclesiæ antistes consecratur. Zonaras in Botaniata. Ὁ μέν τοι προβασιλευκὼς Μιχαὴλ, ὡς εἴρηται, τὴν τρίχα καρεὶς, καὶ ψήφῳ συνοδικῇ Μητροπολίτης Ἐφέσου κεχειροτόνητο, καὶ ἅπαξ φοιτήσας ἐκεῖ ἐπανῆλθε, καὶ ἐν τῇ τοῦ Μανουὴλ μονῇ ἐποιεῖτο τὴν δίαιταν. *Michael vero, pridem imperator, tonsa coma, ut dictum est, concilii suffragiis Ephesi Metropolita creatur. Et cum semel eo venisset, reversus, in Manuelis monasterio vitam egit.* Constantinus Manasses :

Τῇ γαμετῇ τοῦ Μιχαὴλ ζεύγνυται νόμῳ γάμου,
Καὶ ταῦτα γέρων τρυφερᾷ, πέμπελλος νεαζούσῃ.
Αὐτὸν δὲ βαρυνόμενον, καὶ δυσανασχετοῦντα
Τῆς Ἐφεσίων πόλεως ποιμένα καθιστάνει.

Antecessoris Michaelis conjugem sibi matrimonio copulat, senex mulierem teneram et dedicatam, capularis, et funeri destinatus vegetam, atque juvenem Quemque sortem suam ægre, molesteque ferentem, ac deplorantem, Ephesinæ urbis pastorem imperator constituit. Et Ephræm in Chronico :

[23] Ὁ Μιχαὴλ δὲ γίνεται μελαμφόρος,
Εἶτ' ἀρχιθύτης, καὶ πρόεδρος Ἐφέσου.

Michael vero nigris vestimentis indutus sacrificiorum princeps, præsulque Ephesi fit. In eo otio, si gregem Christi pascere otium est, multa in varias disciplinas, nec dubito, conscripsit, quæ nomine Michaelis Ephesii, quietis potius amans, memor turbarum, non imperatoris, exemplo etiam aliorum imperatorum, voluit, ut hominibus innotescerent. Non placet? dictum indictum esto. Ἐπανίτω πρός με τὸν τεκόντα τὸ ἀποκύημα. *Redeat ad me auctorem fœtus hic meus.*

XXXIII. Hic ergo Psellus, ut doctrina præstantissimus, ita omnium πολυγραφώτατος fuit. Ausim dicere neminem. ea, vel subsequente ætate, Græce vel invenisse acrius, vel ordinasse aptius, vel locutum eloquentius, vel profundius res pertractasse. Nulla fuit scientia, quam ipse vel notis non illustraverit, vel compendio non tentaverit, vel optima methodo non expedierit. Eorum, quæ scripsit quæque ad notitiam meam pervenere, quædam edita sunt, quædam adhuc inedita : de editis primum sermonem instituam. Edita sunt :

XXXIV. Pselli *De victus ratione, deque facultatibus, et succi qualitate, elementorum, libri duo* ad Constantinum (*p*) imperatorem, Latine, Georgio Valla interprete, una cum Rhazæ de pestilentia libro, et Joannis Manardi Ferrariensis in Artem Galeni expositione. Basileæ, apud Andream Cratandrum, anno 1529, in 8.

XXXV. Ejusdem *iambos in vitia et virtutes*. Item, *Anagogas in Tantalum, Allegoriam de Sphinge, Anagogam in Circem, quæ volebat Ulyssem transformare*, Arsenius Monembasiæ episcopus Romæ (*q*) primus vulgarat. Deinde pluribus locis restituta, atque interpolata, a Conrado Gesnero, Basileæ edidit Joannes Oporinus (*r*) anno 1544, in 8, una cum Heraclidis Pontici Allegoriis in Homeri fabulas de [24] diis de quibus vide infra in Joanne Psello § 49, 56, 80. Obiter et hic animadvertendum est, carmina illa, quæ Federicus Morellus Lutetiæ anno 1608, in 8,

NOTÆ.

(*p*) Ducam vel Monomachum, ut Allatius notavit supra § 6, non Porphyrogennetam, ut Gyraldus p. 282. de Poetis. Prodierunt etiam hi libelli de victu humano una cum aliis variorum scriptis ab eodem G. Valla versis Venet. 1498, fol., ut editiones Colon. 1526. 8, et Basil. 1457 in 8 omittam In libellis istis imperatoris jussu collectis nullum scriptorem laudat Psellus præter p. 8, Galenum. De eodem argumento sed plane diversus liber Simeonis Sethi exstat ad Michaelem Ducam imp. cui valde simile scriptum aliud Psello tributum de quo Allatius infra § 51.

(*q*) Græce in 8, ad calcem Apophthegmatum, Leoni X inscriptorum.

(*r*) Græce tantum, non Græce et Latine, ut a clarissimo Caveo in *Hist. litteraria scriptorum eccles.* proditum, licet Heracliti Allegoriis Latina illarum Gesneri versio subjuncta.

una cum Theodori Prodromi dissertatione de Sapientia Græce edidit esse excerpta, nonnullis tantum verbis immutatis, ex his Pselli Iambis. Ea sub 'Ανωνύμου nomine 'Ιάμβους ἠθοποιϊκοὺς Morellus vulgaverat. Nihil minus. Phronesi tantum excepta, reliqua sunt de philosophia, rhetorica, et grammatica, quæ, quantum spectent ad mores, judicent alii.

XXXVI. Ejusdem *Paraphrasin in Aristotelis librum* Περὶ ἑρμηνείας, *De interpretrtione*, edidit Græce Aldus, Venetiis, cum Ammonio, et Magentino 1503, in fol.; eamdem latinitate donatam (*s*), cum ejusdem Pselli compendio *in quinque voces Porphyrii, et Aristotelis prædicamenta* Basileæ excudit Robertus Winter 1542, 8. Quæ ultima prius anno 1540 Græce Parisiis edita fuerunt, una cum ejusdem *Introductione in sex Philosophiæ modos*, et anno 1541, 12. Ibidem per Jacobum Foscarenum Michaelis filium latinitate donata. In alio codice manuscripto Paraphrasis titulus ita habetur, Παράφρασις τοῦ Περὶ ἑρμηνείας, ἀπὸ φωνῆς τοῦ κυρίου Βεστάρχου καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ. *Paraphrasis in librum De interpretatione, ex ore domini Bestarchæ et principis philosophorum Pselli.* Hinc virum Vestarchatus etiam dignitate, unde postea Vestarches nobilissimæ familiæ nomen irrepsit, insignitum fuisse colligimus.

XXXVII. Ejusdem liber, (*t*) de quatuor mathematicis scientiis, arithmetica, musica, geometria, Græce et Latine editus cum aliis auctoribus, Wittembergæ 1560, nec non Basileæ per Joannem Oporinum 1556, 8, Guilielmo Xylandro Augustano interprete, cum nonnullis ejusdem Xylandri annotationibus in eumdem. Quibus accessit Xylandri de philosophia, et ejus partibus carmen, et nonnulla alia carmina diversi argumenti. Opus hoc primus Romæ Græce imprimendum curavit Arsenius Monembasiæ episcopus, in qua editione scripserat, incertum esse, Pselli ne an Euthymii cujusdam [25] opus esset, plerisque tamen Pselli videri. Καὶ ταῦτα τῷ ταύτης πατρὶ, εἴτε Ψελλὸς ἦν, ὡς τοῖς πλείοσι δοκεῖ, εἴτ 'Εὐθύμιος, χαριζόμενος. Impressus quoque est (*u*) Parisiis Græce anno 1545, 12, per Jacobum Bogardum. Non multo post Elias Vinetus, quod nullus ante eum, anno 1553, primus Latinum fecit, Parisiisque A anno 1557, edendum curavit, postrema ejus parte, quæ est de astrologia, omissa, tum quod antiquis illis egeret Græcorum tabulis, quarum rationes suis temporibus non satis congruebant, tum quod esset mendosa præter alias, et ex ea se haud dum, ut ipse præfatur, ex sententia explicare potuerit, cujus loco Procli sphæram substituit. Editum hoc idem Opus ex Vineti interpretatione Turnoni apud Claudium Michaelem, anno 1592. Post Vinetum Xylander suam interpretationem aggressus est.

XXXVIII. Ejusdem tractatus Περὶ χρυσοποιίας, *De auri conficiendi ratione*, ad Michaelem Cerularium patriarcham Constantinopolitanum, Dominico Pizimentio Vibonensi interprete, una cum B Democrito Abderita, Synesio. Pelagio et Stephano Alexandrino, de magna et sacra arte, editus est Patavii apud Simonem Galignanum 1572, in 8. Dicti auctores cum plerisque aliis de eadem arte, inter quos præcipui erunt Zosimus, Olympiodorus Christianus: et carmine Hellodorus, Hierotheus, Theophrastus, Archelaus, et alii non contemnendi lingua Latina, Græce et Latine unum nostrum variorum antiquorum volumen, cum nostris de eadem re tractatulis, ni meis studiis semper Musæ adversæ fuerint, chymicæ artis deditis non injucundum, conflabunt. Animadvertendum etiam, a Pizimentio male epistolam Pselli ad Xiphilinum directam, (*v*) qui Joannes dicebatur, non Michael, nisi velimus dicere Psellum eumdem tractatum C mutato solo nomine amicis pluribus divenditasse, quod aliis etiam solemne fuit. Et ne alios recensendo, tempus conteram, satis mihi erit unum [26] tantum in medium afferre, quod ob dignitatem auctoris, mirum nonnullis videbitur. Quis enim credet Isocratem, oratorum illud ac rhetorum numen, quasi rerum argumentis destitutum, inopiaque artis adeo rudem, unam eamdemque orationem, ejus nomine solum immutato, ad quem direxerat, paucisque aliis, pluribus, raro exemplo, inscripsisse, quod licet sileant libri rhetorum in hunc diem editi, forte tanti magistri reverentia, non tacuit tamen auctor illi σύγχρονος epistola ad Philippum regem. Locum eo libentius hic ascribo quia pulcherrimus est, et rarus, (*x*) et a nullo, quod sciam, observatus. 'Ομοίως δὲ καὶ 'Ισοκράτης

NOTÆ.

(*s*) Latina versio paraphraseos Pselli in lib. Περὶ ἑρμηνείας, studio quorumdam amicorum Nic. Martimbosii prodiit Paris. 1339, 4. Editiones quoque Venetam 1541. fol. et Basileensem a. 1542. memorat Labbeus. Exstat et Pselli introductio in sex philosophiæ modos et compendium quinque vocum Porphyrii et de decem categoriis, Venet, 1532, cum versione Jacobi Foscareni.

(*t*) Hunc librum (in quo multa e Theone delibata) Psellus testatur se scripsisse anno Græcorum 6516, h. e. Christi 1008.

(*u*) Venetiis quoque anno 1532, 8, quæ editio Græca occurrit Romæ in bibl. Barberina. Latina vero Xylandri interpretatio recusa Lugd. Bat. 1647, in 8. Libellum Pselli de Musica, ex hoc Tetrabiblo Lampertus Alardus cum latina sua interpretatione subjecit libro suo de veterum Musica, Schleusingæ 136, 12.

(*v*) Etiam in Græco codice regio Paris. cujus apographum beneficio illustris viri Pauli Vindingii possideo, nomen Xiphilini exstat: Τοῦ μακαρίτου καὶ πανσόφου Ψελλοῦ ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Ξιφιλῖνον περὶ χρυσοποιίας. At in codice Vindobonensi ad Michaelem (Cerularium) dirigitur, τοῦ λογωτάτου καὶ πανσόφου ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ περὶ χρυσοποιίας πρὸς τὸν πατριάρχην κυύριον Μιχαήλ.

(*x*) In epistolis Socraticorum ab Allatio editis p. 66.

ἐπειδὴ νέος μὲν ὢν εἰς τὸν δῆμον μετὰ Τιμοθέου καθ' ὑμῶν ἐπιστολὰς αἰσχρὰς ἔγραφεν, νυνὶ δὲ πρεσβύτης ὤν, ὥσπερ ἑκὼν, ἢ φθονῶν τὰ πλεῖστά τῶν ὑμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν παραλέλοιπεν. Απέσταλκε δέ σοι λόγον, ὃν τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν Ἀγησιλάῳ, μικρὰ διασκευάσας ὕστερον ἐπώλει τῷ Σικελίας τυράννῳ Διονυσίῳ. Τὸ δὲ τρίτον τὰ μὲν ἀφελὼν, τὰ δὲ προσθεὶς ἐμνήστευσεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Θετταλῷ, τὸ δέ τελευταῖον νῦν πρὸς σὲ γλίσχρως αὐτὸν ἀπηκόντισεν. Id est : *Similiter et Isocrates juvenis adhuc, una cum Timotheo, contra vos epistolas probris plenas ad populum scriptitabat; nunc senex, sive volens, sive invidentia percitus, res vestras quam plurimas, easque bonas silentio præteriit. Misitque ad te orationem, quam primum Agesilao inscripserat, et paucis immutatis Dionysio Siciliæ tyranno venalem exhibuit, tertium, multis additis multisque detractis, Alexandro Thessalo despondit, nunc tandem ad te illiberaliter, ut ita dicam ejaculavit.* Elegantissimam hanc, et reliquas Socratis et aliorum Socraticorum epistolas Latinas jam antea a me factas, antiquitatis vestigatoribus quam primum communicabo. Sed ad rem. Lilius Gyraldus Dialogismo 8 narrat,libellum hunc,quem vocat aureolum, inter pervetustos codices Græcos repertum, manuque sua exscriptum Pico Mirandulæ se tradidisse, exornasseque hoc epigrammate :

Si velut Æsonides Nepheleia vellera quæris,
Non per Cyaneas illa petenda petras.
Si quæ Tantaleis latuerunt ædibus Atrei,
Non ea Tantalea fraude paranda tibi.
Hesperidum si mala cupis servata Dracone,
Non opus Herculeo, Pice labore tibi.
Si quidquid nigris auri defertur ab Indis,
Non est cum trucibus pugna futura feris.
[27] *Si quidquid Lydis vel Iberis volvitur undis,*
Non tibi per gentes longa terenda via est.
Omnes ecce tibi ignotos quacunque parandos,
Thesauros, parvo codice Psellus habet.

Hinc frequens illius mentio,et dictorum examen apud Joannem Franciscum Picum in libris de Auro, sed præcipue cap. 2 lib. II, *Democriticæ sectæ et Abderiticæ inter Aristotelis interpretes Michael Psellus non solum meminit, sed a se revelata scribit ejus arcana. Hic enim post Rhetorica, Historica, Poetica, Mathematica, scripsit et Chymica, nec non et Medica, quæ Constantino imperatori dicavit.*

XXXIX. Ejusdem Περὶ ἐνεργείας δαιμόνων *de operatione dæmonum* liber é Græco in Latinum (*y*) conversus est a Petro Morello (*z*) Turonensi, editusque Latine cum Præfatione Francisci Feuardentii Parisiis apud Gulielmum Chaudiere 1577, 8, et anno 1615. Lutetiæ Parisiorum notis a se illustratum primus Græce (ex duobus manuscriptis suo et Morelli) edidit Gilbertus Gaulminus, cum interpretatione Latina ejusdem Morelli. Plura item ex eodem Dialogo excerpta, Latina facta Joanni Medici, una cum aliis ex Jamblicho,Proclo, Porphyrio, Marsilius Ficinus nuncupaverat. Gesnerus scriptum reliquit, Psellum duos de Dæmonibus libros scripsisse, quos Diegus Hurtadus Venetiis possidebat, excusique erant Latine in officina Aldi. De Hurtado nihil dico. De officina Aldi falsum est ibi hos duos libros de dæmonibus esse impressos, cum in illa editione nihil aliud contineatur, quam excerpta illa Ficiniana, sæpius (*a*) multis in locis edita, eodem ordine, ac distinctione. Gaulminus conjectat ex verbis ipsius Pselli in fine dialogi de dæmonibus, libros duos scripsisse. quod latuisse interpretes Morellum, et Ficinum, ideo maxime quod in excerptis e Psello quæ cum excerptis pariter [28] ex Jamblicho, Proclo, et Porphyrio edita sunt, aliqua ultimo capite afferat, quæ desumpta ex secundo illo, si quis est, libro videri possunt. Optima conjectura, et veritati consentiens; quæ enim in eo capite continentur, cum, ut manifestum legenti esse potest, in hoc Dialogo non habeantur, ex alio libro desumpta esse necesse est. Sunt autem, ne diutius te detineam, lector, ex tractatu ejusdem Pselli in hanc eamdem rem sub hoc titulo, Τίνα περὶ δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες· *Quænam sint de dæmonibus opiniones Græcorum:* cujus principium tale est, Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος προαιρέσεις καὶ τοῖς ἀγγέλοις διδούς. Qui an unus sit cum secundo Hurtadiano non ausim affirmare : et præsertim in hoc scriptore, cui non defuere vires eloquentiæ, nec argumentorum copia,quibus eamdem rem non semel, sed pluries pertractaret; ut videre est in aliis ab eo conscriptis. Porro hos duos de Dæmonibus libros alii tribuunt Michaeli Ephesio, ut scribit Possevinus in Apparatu. Eorum in Latinum versio incerti legitur in Cod. 3122, manuscripto Vaticano : et de Dæmonibus excerpta ex Psello per Joannem Jacobum Bartholotum Parmensem physicum, codice 5376. Vide quæ nos etiam supra (*b*) diximus.

XL. Ejusdem *In Oracula Chaldaica expositio* (*c*)

NOTÆ

(*y*) In Bibl. Gallica Crucimanii p. 405. Gallica etiam versio hujus libri a Morello edita memoratur, Paris., apud Guil. Chaudiere, 1575, additis capitibus 33, et 36, libri quarti Nicetæ de Colossis Asiæ. Librum Pselli accepit Morellus e Bibliotheca Jacobi S. Andreani, canonici S. Mariæ Paris.

(*z*) Morelli versio latina exstat etiam in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. XVIII. p. 569. Hinc Græce et Latine cum Gaulmini notis hunc librum minus emendate recudi curavit B. Dan. Hasenmullerus, Kilon. 1688, 12. Vide et si placet Cardanum c. 93. De rerum varietate, T. III, opp. p. 319 sq. Jo. Clericum Bibl. Universal. T. XV, p. 118, sq. et Vignolium Marvillum s. II, miscell. litterar. p. 306. Dialogi titulus Τιμόθεος ἢ περὶ ἐνεργείας δαιμόνων. Vide Fulvium Ursinum in Lyricor. fragmentis p. 179. et Lambec. lib. VII, p. 138.

(*a*) Confer lib. 1. Bibl. Græcæ, c. 7, § 4.

(*b*) Supra § 9.

(*c*) Inscribitur etiam in codice quem habeo ms., Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ λόγια Ζωροάστρου.

cujus potissimam partem Nicephorus Gregoras, suis in Synesii libellum de Insomniis Commentariis, verbotenus tacito Pselli nomine, transcripsit. Nec non ejusdem, *Brevis dogmatum Chaldaicorum declaratio*, (*d*) Græce et Latine primum edita est a Francisco Patricio in Nova Philosophia de Universis (*e*) in Zorastre, imperfecte tamen, et confuse, cum utrumque commentarium eadem sententia concludat, sic enim claudit : Τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Πλάτων ἐδέξαντο, οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον, καὶ Πορφύριον, καὶ Ἰάμβλιχον, καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολούθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο. *Horum autem dogmatum plurima et Aristoteles et Plato susceperunt. Plotinus vero, et Porphyrius, et Jamblichus, et Proclus omnia sunt seculi, et tanquam divinas voces ea susceperunt.* Patricius in Psellum ita animadvertit : *Similia his Psellus postea tradidit, utinam sicuti prolixius, ita et diligentius, sed qualiacunque sint, non inutilia cognitu fuerint.* Neque hic silentio [29] prætereundum est, primam Expositionem in Chaldaica Oracula ab aliis Proclo Lydio (*f*) ascribi, sic enim adnotatur ab illius exscriptore in codice 572 Vaticano, Ἀλλαχοῦ εὗρον, Πρόκλου Λυδίου Ὑποτύπωσις. *Alibi inveni, Procli Lydii Hypotyposis.* Nec dubito Proclum, rebus hisce addictissimum, libellum de hac eadem re conscripsisse. Sed sive Procli sive Pselli opella ejusmodi sit, nulli bono fuerit id nosse. Eamdem esse existimo in bibliotheca reginæ Galliæ, quæ prius fuerat Joannis Lascaris, postea Petri Strozzæ; primo autem cardinalis Rudolphi, ut scribit Draudius in Bibliotheca classica. Nec alia videtur quæ in Bibliotheca Antonii Augustini habebatur cod. 219, *Pselli explicatio dogmatum apud Assyrios.* Absolutius postea cum Sibyllinis Oraculis, aliisque Parisiis prodiit studio Joannis Obsopæi (*g*) 1599. in 8. Eorumdem opusculorum, diversa ab edita, in Latinum versio habetur manuscripta cod. 3122. Vaticano, Incerti.

XLI. Ejusdem *Commentarios* (*h*) *in octo libros Aristotelis de Physica auscultatione*, ex interpretatione *Joannis Baptistæ Camotii*, cardinali Herculi Gonzagæ consecratos, edidit Venetiis Federicus Turrisanus Latine 1554, in folio. Eos manuscriptos Græce extitisse in bibliotheca Didaci Hurtadi, Cæsari ad Venetos Oratoris, refert Gesnerus in Michaele Psello, et Possevinus in Apparatu. In alios etiam Aristotelis libros scripsisse manifestum est ex iisdem, qui Viennæ scribunt fuisse ejusdem *Epitomen philosophiæ Aristotelicæ de generatione, et corruptione, et de meteoris. Item Expositionem in metaphysica Aristotelis. Latentque ejusdem*, scribit Andreas Schottus Præfat. in Cant. cantic., *Pselli plurima in ejusdem Aristotelis Physicam, primamque philosophiam, in Cæsaris Augusti Viennæ bibliotheca.*

XLII. Ejusdem liber Περὶ δυνάμεων τῆς ψυχῆς, *de Facultatibus animæ*, cujus illud est principium : Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων αἱ μὲν εἰσιν ἄλογοι, sub anonymi nomine, et titulo Δόξαι περὶ ψυχῆς. *De anima celebres opiniones*, quasi a libro longiore et perfecto Ἐκλογαὶ, καὶ Χρηστομαθεῖαι [30] editus est Græce et Latine, a Joanne Tarino Andegavo versus, cum Origenis Philocalia; Zachariæ Scholastici, episcopi Mitylenensis de mundi Opificio; et Anastasii Sinaitæ, de hominis ad imaginem Dei et similitudinem creatione, Lutet. Paris., ap. Sebastianum Cramoisy 1624, 4. Illum vetusti codices MSS. Psello vindicant, nec a Pselli orationis structura longe abest. Et, ni fallor, idem ipse est, quem Psello tribuunt, *de animo secundum variam philosophorum opinionem*, in Augustana bibliotheca, in armario II. Index Augustanus : et in bibliotheca imperatoris Viennæ, Spachius. Nec alius forsan est, qui in bibliotheca regis Gallorum, *Pselli de anima*, legitur.

XLIII. Ejusdem Annotationes in aliquot Gregorii Nazianzeni loca, cum Eliæ Cretensis episcopi, et aliorum, studio et opera Jacobi Billii Latinæ factæ sæptus editæ sunt, cum Gregorii Nazianzeni operibus.

XLIV. Ejusdem oratio Panegyrica in Simeonem Metaphrastem edita (*i*) Latine a Surio die 27 Novembris. Exstat Græce manuscripta in cod. Vaticano 568, quæ incipit, Τὸν μέγαν ἐν βίῳ καὶ λόγῳ Συμεὼν, ἐπαινεῖν προελόμενοι, cum aliis ejusdem Pselli in eumdem quæ non multo infra adnotabimus.

XLV. Ejusdem carmina (*j*) in Cantica canticorum interpretatus est Franciscus Zinus Veronen-

NOTÆ

(*d*) Ἔκθεσις κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν παρὰ Χαλδαίοις δογμάτων.

(*e*) Ferrariæ 1591. Venet. 1593, fol.

(*f*) Lycium non Lydium fuisse Proclum testatur in ejus Vita Marinus, qui commentarios Procli in λόγια memorat c. 26. Quemadmodum et Simeon Magister de alimentorum facultatibus p. 141. Edit. Martini Bogdani, tum Proclus ipse p. 359. In Politiam Platonis.

(*g*) Etiam 1589 et 1601, Paris. in 8. Et ad calcem editionis oraculorum Sibyllinorum luculentæ cum notis Servatii Gallæi, Amsterd. 1689, 4.

(*h*) Videtur hos scripsisse in gratiam Michaelis Ducæ, quem discipulorum optimum appellat.

(*i*) Græce et Latine vulgavit Allatius libro de Simeonum scriptis, p. 221-23. Ἐγκώμιον εἰς τὸν Μεταφράστην κύριον Συμεῶνα, et p. 236-244. Officium in commemorationem ejusdem Simeonis a Psello compositum. Ἀκολουθία συντεθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ψελλοῦ. Hunc juniorem Psellum auctorem esse Panegyrici in Simeonem Metaphrasten, probat Bollandus præf. ad tom. I. Sanctor. Januarii, p. 17. Nec diffitetur Allatius ipse hoc loco et diatriba de Simeonibus, p. 68.

(*j*) Ἑρμηνεία illa in Canticum canticorum versibus scripta est politicis. Latina versio Schotti et Zini occurrit etiam in *Bibl. Patrum*, Paris. 1654, tom. XIII et edit. Lugd. tom. XVIII. Græce et Latine exstat in auctario Ducæano, Paris. 1624. Tomo II, una cum altero commentario in idem canticum e

sis : excusa sunt cum Theodoreti, Maximi, Nili explicationibus Rom. 1563, fol., separatim Venetiis, apud Hieronymum Polum. 1573, in 4; et sæpius cum Theodoreti operibus. Tandem Antuerpiæ cum Catena Patrum, et Thaumaturgo in Ecclesiastem, a Peltano apud Gasparem Bellerum 1615, in 8. In hac editione primum caput Latine convertit Andreas Schottus, a secundo Zini utitur interpretatione. Opusculum inscribitur Nicephoro Botaniatæ, Constantinopolitano imperatori, quem στεφηφόρον, id est *coronam gestantem*, imperatorem scilicet, appellat, ut et alios imperatores [31] aliis opusculis compellare consuevit, quidquid alii somnient. Ea primus e tenebris eruta Græce publicavit Joannes Meursius, cum Polychronii, Eusebii, et aliorum in eadem Cantica expositionibus, Lugd. Bat. 1617, 4. Martinus Deltius *Isagoge in Cant. cantic.* cap. 5, refert Psellum deficere in illa expositione, cujus est, ut ipse ait, nimis concisus abbreviator : et oscitanter nimis decipitur, dum ait Psellum citari a Theodoreto, ab antiquissimo recentissimum, et qui nonnisi post octingentos fere annos scripserat. Commentarius item in Cantisa ex tribus Patribus, ab eodem Psello, si index Bavaricus cod. 99, fraudi non est, sæpius cum Theodoreto Latine editus, collectus est. En verba indicis : *item*, Commentarius *ex tribus Patribus Gregorio Nysseno, Nilo et Maximo, collectore Psello.*

XLVII. Ejusdem ad Michaelem (*k*) imperatorem capita quædam theologica, *de Trinitate, et persona Christi*, Græce et Latine, cum notis Joannis Wegelini. Augustæ Vindel. apud Georgium Viller, et Sebastianum Mylium 1608, in 8.

XLVII. Ejusdem libellum, *de Lapidum virtutibus*, Philippus Jacobus Maussacus (*l*) primus vulgavit, Latine vertit, et emendavit; editus est Tolosæ Græce et Latine anno 1615, 8. Verum libellum hunc ante Maussacum Latine et Italice redditum ab Adriano Spigelio philosopho et medico, et Gymnasii Patavini anatomico, apud Liberalem Cremam, philosophum ac medicum Tarvisinum præstantissimum conservari ad hunc diem, epistola sua mihi, utriusque amicissimus, Jacobus Philippus Thomasius significavit. Libelli item meminit Casaubonus in Ælii Spartiani Antonium Caracallam notis. Et Justus Ricquius (*m*) in epist. Centuria nova. epist. 29. In Saregica bibliotheca inter alia opuscula manuscripta illum se vidisse refert.

XLVIII. Ejusdem *Synopsis legum* versibus iambicis, et politicis edita est Græce, Latina interpretatione, et notis illustrata, opera et studio Francisci Bosqueti Narbonensis, ex bibliotheca archiepiscopi Tolosani, Parisiis apud Joannem Camusat. 1622, 8. in nonnullis [32] codicibus inscripta (*n*) imperatori Michaeli Ducæ. Alius codex Vaticanus, ut notat idem Bosquetus, habet, Alexium, τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ εἰς τοὺς νόμους πρὸς τὸν Βασιλέα Κύριν Ἀλέξιον. Et vetus Sirmondi, Nicephorum, Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν πολιτικῶν στίχων τοῦ νόμου ἐκτεθέντων παρὰ τοῦ Κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ, πρὸς τὸν Πορφυρογέννητον Κύριον Νικηφόρον. Μὴ βδυλόμενον προσέχειν τοῖς νόμου μαθήμασι διὰ τὸ κεχηνὸς τούτου πέλαγος. Titulus, vel Porphyrogennetæ cognomine, Nicephoro Botaniatæ adnexo, suspectus est. Non dubito tamen libellum, rerum summam gerentibus adeo necessarium, pro opportunitate diversis imperatoribus inscripsisse, ut præcipuas Juris regulas, ex ipsis Juris totius fontibus compendio pertractatas, et carmine quasi lenocinio emollitas, absque longioris lectionis tædio, si liberet; percurrerent; ut de ejusdem Chrysopœia supra diximus. Ex his nonnulla sub scholiorum nomine vulgata olim fuere a Leunclavio Juris Græco-Romani tomo II. In Synopsi legum Michaelis Attaliotæ, tit. præsertim 16, 25, 28, 32, 37, 40, 42, 48, 83. Qui, cum non animadvertisset numerum carminum, tanquam solutam orationem excudit indistincte.

XLIX. Ejusdem ad eumdem (*o*) Michaelem Ducam carmina politica, *De dogmate*, Græce idem Bosquetus cum Synopsi legum edi curavit, a Jacobo Sirmondo accepta, unde legitur, *de septem sacris Synodis œcumenicis* Tractatus, (*p*) editus Latine tom. III Conciliorum, parte prima, p. 400,

NOTÆ.

Gregorio Nysseno, S. Nilo et Maximo, per eumdem, ut volunt, Psellum collecto.

(*k*) In Catalogo Bibl. Barberinæ tom. II, pag. 253 perperam, ad M. Comnenum. Hæc capita Theologica integriora lector ad calcem hujus libelli Allatiani reperiet.

(*l*) Plutarcho de fluminibus, Pselli libellum subjecit Maussacus, testatus illum se edere ex apographo Jacobi Sirmondi, epist. dedicatoria ad Gaulminum.

(*m*) Justus Rycquius epistola ad M. Velserum data Romæ 1610. *Mihi Bibliothecam nuper Saregicam excutienti opuscula quædam Græca calamo exarata in manus venerunt.* Maximi Planudæ et clarorum aliquot virorum epistolæ centum. Psellus de gemmarum virtutibus, Incerti cujusdam (*Empedocli vulgo tribuuntur*) versus iambici de fixarum stellarum sphæra, a Demetrio Triclinio emendati. Parecbolæ quædam eorum quæ in excusis Athenæi codicibus desiderantur. Incerti in librum Aristotelis de coloribus commentarius. Caniclei liber contra Plotinum, ejus forte cujus scriptum de immortalitate animæ, ἀνέκδοτον Cardanis lib. de rerum varietate laudat. Sallustii philosophii in Heracliti problemata Homerica summarium. Excerpta ex Gemisti Plethonis Monodia, de immortalitate animæ Ejusdem defensio Aristotelis contra scholarium. Michaelis Apostolæ pro Plethone liber, super substantia Aristotelica, contra Gazam, Demetrii Triclinii de metris pouticis libelli. *Dispice, quæso, an aliqvid sit cedro et pumice dihnum.* Hæc ille.

(*n*) Ita etiam in Codice Vindobonensi, cujus meminere Lambecius et Nesselius part. II, p. 28, et in alio codice e quo ante Bosqueti editionem versus nonnullos produxit Allatius ad Eustathii Hexaemeron p. 280.

(*o*) In ms. Cæsareo, ad Constantinum Monomachum. Vide Lambech. VI, p. 163.

(*p*) **Totus absolvitur versibus politicis 71.**

A Coloniæ Agrippinæ 1606, industria Severini Binii; et Græce sub Joannis Pselli nomine, cum Theodori Prodromi et Nicephori Callisti versibus, Basileæ apud Joannem Bebelium 1536, [33] in 8. Quem Joanni (*q*) etiam tribuit Joannes Tilius Engolismensis, in apostolorum et sanctorum conciliorum Decretis, impressis Parisiis per Conradum Neobarium 1540. In hunc ipsum Tractatum scripsit Franciscus Feuardentius; et Bellarminus tradit, Psellum in eodem hallucinatum, in tempore, quo celebrata est prima Constantinopolitana synodus, quæ fuit secunda ex quatuor primis; in Ephesina, quæ fuit tertia, tom. I, Controvers. 4, de Conciliis cap. 5.

L. Ejusdem *de Nomocanone* carmina Græce edidit cum superioribus Bosquetus, quæ cum laxiora sint, alterius esse multum dubitavi: nec fefellit me animus, nam in alio manuscripto codice Constantino Psello tribuuntur. Κωνσταντίνου προέδρου, καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ εἰς τὴν Νομοκανόνου ὑπόθεσιν. In bibliotheca etiam Antonii Augustini cod. 154 et 175, eidem Constantino Psello tribuuntur. Sed cujusnam opus sit non videtur tanti, ut in ejus auctore inquirendo diutius immoremur.

B LI. Sub ejusdem nomine circumfertur Syntagma ἐκλελεγμένον ἀπὸ τῶν Ἰατρικῶν βιβλίων, περὶ δυνάμεως τροφῶν, καὶ ὠφελείας, καὶ βλάβης, *de Cibariorum facultate, utilitate, et noxa, ex Medicis libris collectum*, ad Constantinum Monomachum per litterarum ordinem, cujus illud est principium, Πολλῷ καὶ λογίων, ὦ μέγιστε. Illud Simeoni Setho (*r*) magistro Antiocheno tributum, et a Gyraldo Latine redditum Græce et Latine Isingrinius Basileæ excudit in 8, 1538. Cum vero non tantum sententiæ, sed verba etiam ipsa in utroque reperiantur, existimo, Collectaneis Pselli nonnulla Simeonem a se, inter legendum animadversa, addidisse, vel quempiam tertium ab utroque confecisse, quod ex indice manuscripto (*s*) colligi poterit: Σύνταγμα περὶ τροφῶν δυνάμεων τοῦ Ψελλοῦ, καὶ Συμεὼν τοῦ Μαγίστρου. *Syntagma de alimentorum viribus Pselli, et Simeonis Magistri.* Neque enim adduci possum, ut credam, Psellum [34] sua a Setho, eruditiorem eloquentioremque a minus crudito et eloquente mutuatum. Aliorum siquidem laboribus meliores, non deteriores evadere conamur. Et Psellus Sethianis illis, veluti aliena pluma amictus, candidissima sua deturpasset. Viderat id quoque Gyraldus, epistolaque nuncupatoria omnibus significavit. *De eadem*, scribit, *ferme re et facultate ad Constantinum, hujus, ut puto, Michaelis Ducæ parentem, Michael Psellus Libellum ante scripserat, cujus est exemplum apud Meletium, Græcum totius medicinæ scriptorem, non eodem modo argumento, sed iisdem interdum pene verbis. Hunc ego Symeonem, multis licet in locis depravatum et mancum, cum Latine quoque modo vertissem; adjutus imprimis ipsius Pselli libello, tum ejusdem altero a Georgio Valla in Latinum pessime conversum, tibi in omni medicæ facultatis*, etc. Recte omnia, si illud excipias, Constantinum Monomachum parentem Michaelis Ducæ fuisse, quippe qui diversus omnino sit a Constantino Duca Michaelis parente.

C LII. Eidem Psello librum Περὶ ποδάγρας, *De podagra*, a nonnullis codicibus tribui video, cujus illud est initium: Ἐπεὶ ὥρισε πρός με ὁ κράτιστος, καὶ ἅγιος, capitibus quadraginta sex concinnatum; qui, cum ad Palæologos, quorum jussu fuerat conscriptus, directus sit, nisi Psellum alium fingere, cui tribui possit, velimus, certe Pselli non est. Auctor tempore Michaelis Palæologi vivebat, cui a valetudinis cura erat, ut ipse fatetur: Ἐπεὶ τοίνυν ἐκέλευσέ με ὁ θειότατος βασιλεὺς, εἰμὶ δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν ἰατρῶν αὐτοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν, καὶ τὴν κρᾶσιν, καὶ ἰδιότητα κατὰ τὸ δυνατὸν εἰδὼς, διὰ τὸ μὴ πρὸς ὀλίγον καιρὸν συνεῖναι αὐτῷ, τὰ πρὸς ἐμὴν ἀνήκοντα δύναμιν κατὰ τοῦτο τῷ ὁρισμῷ τούτου πειθόμενος ἤδη γράφω. *Quandoquidem igitur hoc mihi imperavit sanctissimus rex, e cujus medicis sum unus, ideoque naturam ejus, temperamentumque novi, præsertim cum diu cum eo versatus fuerim, pro ea, quæ mihi est scientia, de hoc morbo, ut ejus obediam mandato, tractare incipio.* Et, si res in eo pertractatas, nodum et formam dicendi consideras, aliaque: a dicendi tractandique ratione Pselliana longe absunt. Vidi postea editum Latine sub nomine Incerti ab Henrico Stephano (*t*), inter auctores medicos, tom. II, ex versione Marci Musuri ad Scaram Trivultium, cujus de eo hcc est judicium: *Quod sicut auctor, quisquis hæc ediderit, infans et elinguis erat, ut qui nesciret, si quid vel arte didicisset, vel usu compertum habuisset, exprimere*, etc. Et ante aliquot annos, Græce editum Parisiis in 8, 1558. Apud Guilielmum Morelium, *Demetrio Pepagomeno* vindicatum; et [35] seorsim D Latine ex interpretatione doctissimi cujusdam viri, quem ipse non nominat. Cum vero in multis Psello tribuatur, licet illius non sit, inter alia Pselli monumenta edita locum habeat.

NOTÆ.

(*q*) In ms. Cæsareo Michaelis Pselli esse perhibetur: Τοῦ Ψελλοῦ κυρίου Μιχαὴλ περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Μονομάχον.

(*r*) Simeoni huic vindicat, et ex duobus mss. Jac. Mentelii integriorem hujus libri editionem cum versione et notis dedit Martinus Bogdanus, Paris. 1658, 8. Vide et Allatium de Simeonibus, p. 181. Pselli librum una cum Simeonis libro ad mss. codices recensito edere voluit Georgius Hieron. Welschius. Vide ejus epistolam IX.

(*s*) Sic etiam codex Cæsareus de quo Lambecius VI, p. 161. Idem memorat Pselli περὶ διαίτης ad imp. Constantinum Monomachum. Incipit: Καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἔργον προνοίας καὶ μεγαλοφυοῦς ἐπινοίας καὶ φιλανθρωπότητος ἐπίταγμα, Κωνσταντῖνε θειότατε καὶ μέγιστε αὐτοκράτορ, κ. τ. λ.

(*t*) Paris, A. 1567, fol.

LIII. Et hæc Pselli opera (*u*) edita sunt quæ A mihi videre contigit. An alia item sint nondum novi. Illud scias, lector, alias item esse nonnullorum ex hisce operibus editiones, quas libens volensque omisi. Satis sit præcipuarum commeminisse. Utinam et alia, quæ jam latent, eamdem cum istis fortunam experirentur! Sed quando pessimorum hominum nequitia id fieri nequit, en aliquorum adhuc ineditorum catalogum hic attexam, quorum mihi memoria suppetit, et quo dicuntur esse in loco aperiam, ut, si detur aliquando facultas, tibi possis tantos thesauros comparare. Laudaboque auctores, ut unde id habeam, tibi compertum sit, et si quæ fraus deprehendetur, habeas tu etiam, in quas crimen referas. De quibus exactum tibi judicium, certamque narrationem B non promitto, cum ea præ manibus non fuerint. Illud certum est, ex his nonnulla esse bis, terve repetita, quædam etiam typis excusa. Quia tamen ex sola tituli notitia, eaque varia, de toto tractatu non possumus sententiam ferre, et unum ab alio distinguere, quemadmodum in aliis invenimus, ita tibi damus, quæ certo edita sunt omnino prætereuntes, sit ergo :

LIV. Pselli liber *Contra Eunomium*, Romæ in Vaticana servatur : Gesnerus in Bibliotheca, Gilbertus Gaulminus notis in eumdem Περὶ ἐνεργείας Δαιμόνων, et Franciscus Feuardentius præfatione in Petri Morelli interpretationem ejusdem libelli *De dæmonibus*.

Scholia ejusdem in dictum quoddam Basilii, Romæ; Gesnerus ibidem.

Epitome librorum Moysis in 4 Ms. in bibliotheca imperatoris Viennæ : Gesnerus.

Dioptra, id est Perspectiva, continens quatuor sermones in quibus animus et corpus disputant, in bibliotheca Augustana : Gesnerus [36] et index Augustanus : Plut. 6, num. 12. Hæc an eadem sit cum Philippi solitarii Dioptra, jam edita Latine, non possum divinare, et forte Indicis auctor, Pselli præfantis (*v*) nomine deceptus, totum Dioptræ opus, a vero scriptore Philippo avulsum, Psello imprudenter nimis supposuit. Philippi tamen esse apparet, cum eam, ex bibliotheca Augustana depromptam, cum Cabasila, Philotheo, Joanne Carpathio, et Glyca Latinam vulgaverit Jacobus Pontanus Ingolstadii, ex typographis Adami Sertorii, D 1604, in 4.

LV. *Quæstiones theologicæ cum responsionibus*, ad Michaelem Ducam, quibus et ad physiologiam pertinentia continentur, fol., in bibliotheca Augustana, in armario VI. Index Augustanus ms· infra etiam idem index hæc habet : *Pselli ad Michaelem Commenum varia capita theologica :* Περὶ ἐνυποστάτου, *de anima, de virtutibus, et physica de sensibus; de similitudine. et dissimilitudine liberorum cum parentibus; de embryone; de somniis; de circulis cœlestibus; de meteoris; de lunæ eclipsi: de solis calore; de stellis; de Dioscuris; de pluvia, grandine, nive, pruina, rore; de typhone, et ecnephia ventis, de fulmine; de partibus mundi; de terræ motibus; de tempestatibus; de salsedine maris; de imbribus; de fluminibus; de stellarum luce; quid necessitas, contingens, tempus, materia, forma, elementum? Quid encyclopedia? de litterarum inventoribus; de Amazonibus; de nominibus mensurarum; de circulorum initiis; quæ habeant cœlum, mare, sol; de ortu solis triplici, deque igne cœlitus ad philosophi preces delapso; de Potidea, Arcadia; ac Aristotele, Cleanthe, Anaxagora; de Eubæa, Sicilia.* Gesnerus item, *ejusdem de fide ad Michaelem Ducam, juncta ejusdem Epitome philosophiæ Aristotelicæ, id est physicæ, de generatione et corruptione, de meteoris, cum supplemento Gregorii Nicæni ad Petrum fratrem in 4, ms. bibliothoca imp. Viennæ.* Idem habet Israel Spachius in Nomenclatore scriptorum philosophicorum et philologicorum. Item Romæ in bibliotheca Sancto-Silvestrina in monte Quirinali est ejusdem hic liber ms. Græce, quem ego vidi; C titulus erat : Ψελλοῦ πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν (*x*). *Pselli ad imperatorem dominum Michaelem Ducam;* capita erant. α'. Ὁμολογία τῆς πίστεως. β'. Περὶ ὀνομάτων τινῶν λεγομένων ἐν τῷ τῶν Χριστιανῶν δόγματι. γ'. Περὶ ἐνυποστάτων. δ. Περὶ Ὁμοουσίου. ε'. Περὶ Ὁμοϋποστάτου ϛ'. Περὶ οὐσιώδους ἑνώσεως, καὶ διαφορᾶς. ζ'. Περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως, καὶ διαφορᾶς. η'. Περὶ σχετικῆς ἑνώσεως. θ'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. ι' Περὶ [37] τρόπου τῆς ἀντιδόσεως. ια'. Περὶ θείας ἑνώσεως ιβ'. Περὶ φύσεως. 1 *Professio fidei.* 2. *De quibusdam nominibus in Christianorum dogmate usurpatis.* 3. *De* (*y*) *enypostasibus.* 4. *De Homousio.* 5. *De Homohypostato.* 6. *De essentiali unione, et differentia.* 7. *De hypostatica unione, et differentia.* 8. *De relativa unione.* 9. *De sancta Triade.* 10. *De modo* (*z*) *retributionis.* 11. *De divina unione,* 12. *De*

NOTÆ.

(*a*) Adde his ab Allatio recensitis 1. Σύνοψιν εἰς τὴν Ἀριστοτέλους Λογικήν quam Græce et Latine edidit Elias Ehingerus Augustæ Vindel. 1597, 8, observans Petri Hispani summulam, magna parte ex hoc Pselli opusculo petitam esse. 2.) Μονῳδίαν in templum Sophiæ Cpol. terræ motu quassatam, quam edidit Allatius notis ad Georgium Acropolitam, p. 281 seq. 3.) Breve carmen iambicum in depositionem Jo. Chrysostomi, vulgatum Græce ab Allatio in excerptis Græcor. sophistarum ac rhetorum, p. 400. Rom. 1648, 8. Idem ex Oratione inedita ad Constantinum Monomachum producit nonnulla, p. 102, *De recentiorum Græcorum templis.*

(*v*) Etiam hoc ipsum ex temporum ratione in dubium vocat, neque persuadere sibi potest Allatius, Mich. Psellum in Philippi qui A. C. 1105 scripsit Dioptram præfatum fuisse. Vide infra, cap. antepenuit.

(*x*) Hoc scriptum habes infra ad calcem præsentis diatribæ.

(*y*) Lege : *enypostatis.*

(*z*) Vertendum erat : *de modo communicationis idiomatum.*

natura. Quæ omnia an unum opus sint, vel diversa, judicabunt, qui legent. Ego existimo unum esse, attamen in uno codice abundantius contineri; ex omnibus tamen unum posse confici perfectum et omnibus partibus absolutum. Quæ provincia non esset omnino eruditis viris contemnenda. Consule etiam, quæ nos de hoc eodem opere inferius dicemus: obiter tamen hic animadvertam titulum secundi Augustani non carere nota falsitatis, qui nobis pro Michaele Duca, Michaelem Commenum obtrudit, cujus auctoritate deceptus Wœgelinus in sua editione retinuit, et in notis, Constantini Ducæ filium Michaelem inter Comnenos, mira ἀνιστορησίᾳ refert cum omnino esset immutandus, reclamantibus cæteris codicibus, qui omnes uno ore Michaelem Ducam proponunt, cui capita illa nuncupavit. Marquardus Freherus in *Chronologia imperii utriusque : Ad Michaelem Ducam scripsit Michael Psellus ea ætate in jure et philosophia scientissimus et πολυγραφώτατος, Synopsim legum versibus politicis; exstat ms. in bibliotheca Palatina et Constantinopolitana. Ejusdem Pselli ad hunc Ducam responsiones ad diversas quæstiones theologicas et doctrina omnifaria*, 194 *capitibus comprehensæ in bibliotheca Palatina*. Codices hi, sicut et reliqui Græci et Latini manuscripti decantatissimæ illius bibliothecæ, meis laboribus (*a*), vigiliis integri, incolumesque in Vaticana asservantur. Quod certe omni admiratione dignum est, Deique summi muner ascribendum, in tam vasto itinere, sævissimo tempore, tempestate hiberna, ac pluvia, rerum omnium penuria, per oppida ac ditiones hostium, tantum librorum numerum sartum tectum Romam importatum, ita ut ne schedula quidem perierit. Sed ad Psellum.

LVI. Opuscula quædam *In Passionem et sepulturum Christi; Libellus dictus Antichristus; De Paradiso; In Natalem Christi*, in-4. biblioth. imperatoris Viennæ, Gesnerus, Possevinus.

[38] Εἰς τὴν σταύρωσιν τοῦ Κυρίου. *In crucifixionem Domini*, in bibliotheca cardinalis Columnæ, Gretserus notis in orationem Macarii Chrysocephali de exaltatione sanctæ Crucis tom. II, de Cruce. Non constat, an de hac intelligat amplificator Gesnerianæ bibliothecæ, *Georgii Nicomediæ archiepiscopi De Cruce, quam falso quidam Psello ascripsere Græce ms. in* 4, *Biblioth. imper. Viennæ*.

Compendiosa expositio in Aristotelis libros *De naturali auscultatione*, exstat in bibliotheca Didaci Hurtadi. Gesnerus. In bibliotheca Bavarica cod. 145. Index Bavaricus, et in bibliotheca imperat. Viennæ, Israel Spachius.

Synopsis Logicæ Aristotelis, in-4, in bibliotheca Augustana, in armario num. 5. Index Augustanus.

Expositio in Metaphysica Aristotelis, in Italia, Gesnerus.

Commentarius in Aristotelis verba, Ars artium et scientia scientiarum, et, *Quomodo omnia a philosophia dependeant*, in Italia, Gesnerus.

In Psychogoniam Platonis, in Italia, Gesnerus: in bibliotheca Augustana fol. in armario v, index Augustanus ms. in bibliotheca imper. Viennæ in-4, Israel Spachius.

Expositione variæ in varios Platonis locos, in bibliotheca Bavarica cod. 165. Index Bavaricus.

Συνοπτικὸν σύνταγμα τῆς φιλοσοφίας, in bibliotheca Joannis Sambuci, Gesnerus.

Varia philosophica, Romæ in Vaticana. Gesnerus. *Physica, astronomica, musica, arithmetica, geometrica, junctis opinionibus de anima*, in-4, biblioth. imperat. Viennæ. Gesnerus.

Interpretationes dubiorum naturalium, bibliothecæ imperat. Viennæ, in-4, Gesnerus, et Israel Spachius: *Solutio unius atque alterius quæstionis astrologicæ*, biblioth. Augustana, in-4, in armario, index Augustanus ms.

LVII. Inter libros quos bibliothecæ Lugduno Batavæ Josephus Scaliger legavit, in indice Græcorum manuscriptorum in-fol. legitur cum Heronis geometrica, Pselli quædam astrologica. An eadem, vel diversa cum superioribus, non possumus divinare. An etiam illa sunt, quæ sub illo libello de quatuor scientiis mathematicis continentur? Sed suspendo judicium.

Expositio mathematices in Timæo Platonis, de animæ generatione, sive essentia, in fol. bibliotheca Augustana, Index August. ms. An eadem cum Psychogonia?

[39] *Opus Græcum ex libris medicinalibus, ordine alphabeti*, Romæ in Vaticana. Gesnerus, Paschalis Gallus, et Joannes Georgius Schenckius in bibliotheca Medica.

Ecloga utilis ex libro Parallelorum. Ibidem. Gesnerus et Spachius.

Encomia diversa. Ibidem, Gesnerus.

Monodia, Romæ, in Vaticana Gesnerus.

Explicatio in librum Dioscoridis, in bibliotheca Manuelis Eugenici, et Joannis Suzii. Antonius Verderius in Supplemento, et Schenckius in bibliotheca Medica.

Ænigmata, in biblioth. Bavarica, cod. 38.

LVIII. Meursius *Historiarum opus* Psellum scripsisse autumat, illudque laudari a Zonara t. III. In Isaacio Comneno, et in Romano Diogene, item a Theodoro Metochita *Histor. sacræ* l. II. Cedreno, Joanne Curopalata in Historiæ suæ initio, Michaele Glyca in Annalibus semel atque iterum. Erat etiam in catalogo exhibito a grammatico, apud Antoninum Verderium in supplemento.

NOTÆ.

(*a*) De Palatinis codicibus quos pontifici Gregorio XV donavit imperator Ferdinandus II, in Vaticanam bibl. A. 1623 translatis, gloriatur Allatius passim, uti ad Eustathium Antiochenum in præf. et in notis p. 151, atque in animadversionibus ad Antiquitates Etruscas, p. 58.

Gaulminus de Pselli scriptis hæc habet : *Alia illius in regia pariter et Vaticana exstare certum est; ut* ψυχογονίαν *Platonis,* ἐπιτομὴν τῆς ἰατρικῆς, *Comment. in Aristotelis Categorias, Metaphys. lib.* περὶ ἑρμηνείας, *Porphyrii quinque voces, contra Eunomium librum unum, de legibus duos,* μονῳδίαν, ἐγκώμια *diversa. Epistolas item elegantes laudat in adagio* ἄκαπνα θύειν *Casaubonus in Athenæum.*

LIX. Plura etiam enumerat Antonius Verderius in Supplemento bibliothecæ Gesnerianæ, ex bibliothecis Constantinopolitanis. Nam inter alia apud Joanem Suzium erant, Michaelis Pselli *Explicatio in psalterium Davidis. In Gregorium Nazianzenum.* In catalago a grammatico exhibito, *Medicinale Michaelis Pselli. Liber philosophicus. In philosophica Aristotelis. Astronomicum. Explicatio in mysticam philosophiam. In quinque voces Porphyrii. In topographica Strabonis, et Ptolemæi. In arithmetica. In Galeni explicationem in quatuor libros resolutionis Hippocratis. Menandri Comedtæ XXIII,* o Thesauros! *explicatæ a Michaele Psello.* In bibliotheca Regis Chritianissimi. *In Elenchos sophistarum. Scholia in definitiones. De motu temporis. De circulo solis et lunæ. De inventione diei Paschalis. De angelis et dæmonibus. De novis morborum appellationibus. De notis spirituum. De divisione animalium. In Salutationem angelicam. In Physica Aristotelis :* præter alia multa, quorum supra meminimus. Infra quoque nonnulla alia recensebimus. Et in bibliotheca Ausonii Augustini, Pselli *Apopthegmata,* cod. 227. *Explicatio mathematica speculationis in Platonis* [40] *Timæum. Absoluta enarratio de Lemmate. Explicatio de Platonica aurigatione animorum, et de militia deorum, in Phædrum. Explicatio nodi difficilis, quo pacto ex quinque secuplum est, et quod circa quinque figuras alia figura non statuatur contenta snb æquilateribus et rectangulis inter se æqualibus,* cod. 191.

LX. Hæc sunt, lector, Pselli monumenta, quæ hactenus, ut mihi videtur, in istis bibliothecis reposita latent, quæ non solum videre, sed etiam queas ut ita dicam usurpare : usurpabis enim, dum conferendi, interpretandi, edendique copia data, ipse tantum scriptorem studium et tempus insumes. Scriptioni meæ fidem hic imponere peropportunum videbatur ; habes enim, ni fallor, exactam Pselli scriptorum enumerationem; tamen, ne rempublicam litterariam fraudare videar, de qua bene mereri semper sollicitus sum, en tertium hic ascribam catalogum librorum Pselli, quos, dum semper aliquid novi avidus capto, mihi legisse contigit. Mirum enim est, ut animus ad res novas semper gestiat, nullis laboribus, nullis succumbens vigiliis. Scio aliam hominibus beatitatem paratam, ad quam totis conatibus contendere unusquisque debet : quod si nescirem, in sola optimorum sriptorum lectionem collocandam esse existimarem : et in illis conservandis occupatum summam ducerem felicitatem. In quibus omnem nostram diligentiam indulgentiamque consumi jucundissimum ac dignissimum est Mihi sane lumen solis, dies, vitaque ipsa erunt ingrata et amara, si, quæ legam, non habeam : si monumenta clarissimorum vivorum defecerint ; præ illorum namque dignitate, et suavitate, divitiæ, voluptates, et quidquid apud homines in pretio est, sordes sunt et nugæ. Hac itaque sitis, sive furor (liceat propensi ad litteras animi cupiditatem, quæ nesciat modum, ita appellare) dum mihi assidue novos auctores investigandi studium ingerit, semper novum quid ingenio objicit : quod postquam didici, angor et doleo, me illo, tanto tempore frustratum fuisse. Hinc magis ac magis impellor concitatioribus stimulis. Dabo igitur tibi, lector, sine futo et fallaciis numerum librorum manuscriptorum Pselli, qui jam latent in bibliothecis, nec lucem viderunt, et eorum simul principia, ut rerum harum tibi notitiam habeas dilucidiorem. Ad Rhodum ipsam et saltum.

LXI. Visi igitur, aut lecti Pselli a me libri sunt : Στίχοι πολιτικοί, περὶ γραμματικῆς πρὸς κύριν Κωνσταντῖνον τὸν Μονομάχον. *De grammatica ad Constantinum Monomachum, carmina politica.* P. Μελέτω σοι γραμματικῆς, καὶ τῆς ὀρθογραφίας.

[41] Πρὸς τὸν αὐτὸν, περὶ Ἀντιστοίχων. *Ad eumdem, de Antistæchis.* P. ἄγγαρος γὰρ ὁ ἄγγελος, ἀγῆλαι τὸ σεμνύναι. Hæc duo a plerisque in unum veluti corpus digeri, et sub grammatices nomine laudari, novi; codex tamen Vallicellanus in duo dividit, secundo primum, aliis etiam aliorum interjectis, primo secundum tribuens locum; et argumentum utriusque diversam etiam poscit tractationem. Nec in unum grammaticæ regulæ, et dictionum expositiones, nisi confundas omnia, coalescunt. Meminit Casaubonus in Athenæum lib. II, c. 26. *Psellus in versibus politicis, quibus obscuriores voces exposuit.* Auctorem horum esse Psellum Michaelem nullus dubito. Meursius (*b*) tamen Joannem, cui de virtutibus ac vitiis iambos tribuit, horum auctorem insinuat; cum existimet Joannem esse quem in ἡγήτορες laudat Suidas, Λέγει δὲ καὶ ὁ Ψελλὸς, ἡγητορία πέφυκε τῶν σύκων ἡ παλάθη. Eumdem Psellum sæpius a Suida laudatum inveni, in Δέρτρον. Δέρτρον, τοῦ ἐντέρου τὸ λεπτὸν λέγει ὁ Ἱπποκράτης. Φησὶ καὶ ὁ Ψελλὸς, τοῦ δὲ ἐντέρου τὸ λεπτὸν κατονομάζει δέρτρον. Et Γηώρας, Γηώρας ὁ ἀλλότριος, τοῦ Ψελλοῦ, Γηώρας ὁ ἀλλότριος, καὶ γέρδης ὁ ὑφάντης. Quæ cum in his de grammatica, et antistœchis legantur, non alium horum, quam Joannem auctorem Meursius nobis intrudit.

NOTÆ.

(*b*) Meursius ad Psellum in Canticum canticor., p. 177.

Τί ἐστὶ Βαβουτζικάριος. *Quid sit Babulzicarius.* P. Ὁ μέντοι Βαβουτζικάριος ἐξ.

Περὶ τῆς Γιλλοῦς, de Gillo P. Ἡ δὲ Γιλλὼ τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον. Καί.

Πόθεν τὸ τοῦ Κερατᾶ ὄνομα. *Unde nomen Cornuti originem habuerit.* P. Τέτριπται ἐν συνηθείᾳ τοῦ βίου τὸ τοῦ Κερατᾶ ὄνομα.

Τί σημαίνει τὸ Καίσαρος ὄνομα. Quid sibi velit Cæsaris nomen. P. Τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα.

Εἰς τὸ, εἴ τι ἔφθασεν. *In illud, si quid advenit.* P. Ἔφθασέ τις εἰπὼν, ὅτι ἔφθασεν.

Ἐξήγησις εἰς τὸ, Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μεγάλ' ἴαχεν. *In illud, Stridit arcus, nervus autem valde sonuit.* Homeri Iliad. δ', v. 125. P. Ἔστι μὲν οὐδ' ὅπερ εἰρήκειν εὐθὺς ἐρωτηθείς.

Εἰς τὴν ἐν Νικομηδείᾳ λεγομένην ἀκοήν. *In intellectionem sic dictam, quæ Nicomediæ est.* P. Θαυμάζουσιν οἱ πολλοὶ ἐν Νικομηδείᾳ ἠχεῖον.

Τίς ἡ διάκρισις τῶν συγγραμμάτων, ὧν τῷ μὲν ἡ Χαρίκλεια, τῷ δὲ ἡ Λευκίππη ὑπόθεσις καθεστήκατον. *Quænam sit scriptionum differentia, quarum alteri Chariclea, alteri Lencippe argumento sunt.* P. Πολλοὺς οἶδα καὶ τῶν ἄγαν·

LXII. Περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων. *De mirabilibus auditionibus.* [42] P. Μηδὲ καινῶν ἀναγνωσμάτων εἴης. Libellum Schediasmate (*c*) illustravimus.

Hypostasis et persona similiter unum et idem significant; nam ita Pater, v. g., hypostasis et persona est, hypostasis et persona Filius, hypostasis et persona Spiritus sanctus. Glorifica igitur tres personas sive hypostases, unam vero naturam earumdem atque essentiam. Sancti quippe Patres pro uno eodemque ponunt vocabula essentiæ et

Ὑπόστασις πάλιν καὶ πρόσωπον τὸ αὐτό· οἷον ὑπόστασις καὶ πρόσωπον ὁ Πατὴρ, ὑπόστασις καὶ πρόσωπον ὁ Υἱὸς, ὑπόστασις καὶ προσωπον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Δόξαζε οὖν τρία πρόσωπα, ἤτοι τρεῖς ὑποστάσεις, μίαν δὲ φύσιν τῶν αὐτῶν καὶ οὐσίαν. Οἱ οὖν ἅγιοι Πατέρες ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τάττουσι ὑὸ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως καὶ μορφῆς ὄνομα. Καὶ πάλιν ἐπὶ

NOTÆ.

(1) Hominibus puta, ut Marc. XVI, 15 : Κηρύξατε τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει.

τοῦ αὐτοῦ τὸ πρόσωπον καὶ τὴν ὑπόστασιν καὶ τὸν A χαρακτῆρα. Μία οὖν θεότης, μία φύσις, μία οὐσία, μία μορφή. Καὶ πάλιν τρία πρόσωπα, τρεῖς ὑποστάσεις, καὶ τρεῖς χαρακτῆρες, τρεῖς ἰδιότητες. Ἔστι δὲ ἰδιότης ἐπὶ μὲν τοῦ Πατρὸς, ἡ ἀγεννησία, ἐπὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, ἡ γέννησις, ἐπὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἡ ἐκπόρευσις.

γʹ. Περὶ ἐνυποστάτων.

Πρόσεχε τῷ ὀνόματι τούτῳ, δέσποτά μου, πολυσήμαντον γάρ ἐστι, τὸ δὲ κυρίως αὐτὸ σημαινόμενον, δυσκολώτατον. Λέγεται οὖν ἐνυπόστατα, πᾶσα ὕπαρξις εἴτε σωματικὴ εἴτε ἀσωματικὴ, καθ' ὃ ὑφέστηκεν, ὥστε κατὰ τοῦτον τὸν λόγον εἴποις ἀνθρώπου καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὴν οὐσίαν ἐνυπόστατον, κυρίως δὲ τὸ μὲν χρῶμα ἑτεροϋπόστατον. Οὐκ ἔχει γὰρ ἰδίαν ὕπ- B αρξιν, ἀλλ' ἐν σώματι ὑφέστηκεν. Ἡ δὲ οὐσία κυρίως ὑπόστασις, ἀλλ' οὐκ ἐνυπόστατος. Ἀλλ' ὅμως καταχρηστικῶς λέγονται καὶ ταῦτα ἐνυπόστατα. Πάλιν λέγεται ἐνυπόστατον ὁ καθ' ὅλου ἄνθρωπος, ὅπερ ὀνομάζουσιν οἱ ἔξω φιλόσοφοι εἰδικώτατον. Ἐνυπόστατος δὲ λέγεται ὁ καθ' ὅλου ἄνθρωπος, ὡς ἐν ταῖς ὑποστάσεσι θεωρούμενος, οἷον, ἐν τῷ Πέτρῳ καὶ τῷ Παύλῳ καὶ τοῖς λοιποῖς μερικοῖς ἀνθρώποις. Τρία οὖν ταῦτα τοῦ ἐνυποστάτου λεγόμενα σημαινόμενα οὐ πάνυ δύσκολα εἰς κατάληψιν. Περὶ τοῦ τετάρτου τοῦ δυσκολωτέρου ἐφεξῆς ἐροῦμεν.

δʹ. Περὶ ἐνυποστάτου.

Ἐνυπόστατόν ἐστι τὸ ἄλλῳ διαφόρῳ κατὰ τὴν οὐσίαν εἰς ἑνὸς σύστασιν προσώπου καὶ μιᾶς γένεσιν ὑποστάσεως συγκείμενον καὶ συνυφιστάμενον, μὴ C μέντοιγε καὶ καθ' ἑαυτὸ γνωριζόμενον. Πρόσεχε, δέσποτά μου, τῷ ὁρισμῷ τοῦ ἐνυποστάτου. Ἡ ἁγία καθολικὴ Ἐκκλησία ἐπὶ τῆς οἰκονομίας μίαν ὑπόστασιν δογματίζει καὶ δύο φύσεις. Ὑπόστασιν τὸν σαρκωθέντα Υἱὸν, φύσεις δὲ θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα. Τὸ οὖν σῶμα τὸ ἔμψυχον καὶ ἔννουν, ὃ προσελάβετο ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὐ καλεῖ ὑπόστασιν, ἵνα μὴ εὑρεθῇ λέγουσα δύο ὑποστάσεις, ὅπερ ἐφλυάρει Νεστόριος ὁ αἱρετικὸς, ἀλλ' ὀνομάζει ἐνυπόστατον, ὡς ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσει τὸ εἶναι καὶ τὸ ὑποστῆναι λαβὸν καὶ μηδ' ὡς ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ προϋποστάν. Αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς μία ὢν ὑπόστασις, μᾶλλον δὲ, ἵνα σαφέστερον εἴπω, αὐτὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ μία ὢν ὑπόστασις τῆς ἁγίας Τριάδος, γέγονε καὶ τῷ σώματι, ᾧ προσελάβετο, ὑπόστασις, D ὥστε τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἐνυπόστατον μὲν, οὐχ ὑπόστασις δέ.

εʹ. Περὶ ὁμοουσίου.

Ὁμοούσια λέγεται ὅσα ταῖς μὲν ὑποστάσεσι διῄρηνται ἀπ' ἀλλήλων, τῇ δὲ οὐσίᾳ ἥνωνται. Οἷον ἐγὼ καὶ σὺ καὶ πάντες οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι, ὑποστάσεις ἐσμὲν διῃρημέναι ἀπ' ἀλλήλων, ὑπὸ δὲ μίαν οὐσίαν ἀναγόμενοι κατὰ τὸν κοινὸν λόγον τῆς ἀνθρωπότητος· κατὰ γοῦν τὸν λόγον τοῦτόν ἐσμεν ὁμοούσιοι. Ὁ Πατὴρ οὖν καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, κατὰ μὲν τὰς ὑποστάσεις διῄρηνται· ἄλλος γὰρ ὁ Πατὴρ, ὁ Υἱὸς, καὶ ἄλλος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον·

naturæ et formæ : ac vicissim idem illis est persona, character et hypostasis. Una itaque est Divinitas, una natura : una essentia, una forma. Nec minus tres sunt personæ, tres hypostases, tres proprietates. Est autem proprietas Patris quidem quod sit ingenitus, Filii quod genitus est a Patre, Spiritus sancti quod procedit.

3. *De enhypostatis sive quæ personæ sive hypostasi insunt.*

Attende, domine mi, huic vocabulo ἐνυποστάτου· plura enim significat, et quid proprie denotet, non adeo dictu facile est. Dicuntur enim inesse hypostasi quæcunque res sive corporales sive incorporales respectu ejus in quo sunt, quo sensu hominis et color et essentia inesse hypostasi dicitur, proprie tamen color ab altero habet quod subsistit, non enim gaudet ipse subsistentia propria, sed subsistit in corpore : essentia vero proprie ipsa est hypostasis, non vero inest hypostasi. Attamen et hæc subsistentibus inesse dicuntur. Vicissim dicitur etiam inesse subsistentibus homo universe consideratus, quem philosophi externi speciem specialissimam vocitant. Inesse autem subsistentibus sive individuis dicitur, quod in illis observatur, v. g. in Petro, Paulo et aliis singulis hominibus. Tria hæc significata τοῦ ἐνυποστάτου non adeo difficilia comprehensu sunt, de quarto difficiliore jam sum dicturus.

4. *De Enhypostato, sive personaliter unico.*

Enhypostatum illud sive personaliter unitum est, quod naturæ alteri essentia differenti in personæ unius sive hypostaseos constitutionem et compositionem additum est et coexistit, nec per se sive seorsim subsistere cognoscitur. Attende, domine mi, definitioni enhypostati. Sancta Ecclesia catholica in incarnatione Christi unam personam et duas naturas docet. Personam, Filium incarnatum, naturas vero, divinitatem et humanitatem. Corpus igitur anima et mente præditum quod Dominus noster Jesus Christus assumpsit, non vocat personam, ne inveniatur duas ponere personas, ut hæreticus Nestorius nugatus est, sed vocat enhypostatum, sive unitum personali ratione, utpote quod in Filii persona et ut sit, et ut subsistat accepit, nec per momentum antea substitit. Sive potius ut perspicue magis dicam, Filius ipse Dei cum esset una ex personis sanctissimæ Trinitatis, etiam corpus quod assumpsit in personam suam suscepit, ut corpus Domini personæ quidem unitum esset, at persona non esset.

5. *De consubstantiali.*

Consubstantialia dicuntur, quæcunque subsistentiam quidem habent separatam, subsistentia vero communi junguntur. Sic ego et tu et singuli homines, personæ invicem distinctæ sumus, sed sub una substantia et communi humanitatis notione comprehendimur; eoque respectu sumus consubstantiales. Eumdem in modum Pater, Filius et Spiritus sanctus personis quidem distincti sunt, alius enim est Pater, alius Filius, et alius Spiritus san-

ctus, essentia vero junguntur. Essentia nempe communis est personis ratio, una divinitas, una natura, una forma. Consubstantiales igitur sunt Pater, Filius et Spiritus sanctus tanquam qui unius ejusdemque sunt essentiæ. Distinguuntur personis, ut dictum est, sed unum sunt essentia et natura. Ideo consubstantiales atque ejusdem naturæ appellari consueverunt.

6. *De simul personam constituentibus.*

Simul personam constituentia] differunt quidem essentia, sed in unam eamdemque personam coaluerunt, ut tu, Michael imperator; compositus es ex anima et corpore. Hæ vero partes, anima et corpus, essentia inter se differunt : alia enim animi, alia corporis essentia est. Ex Christianorum vero sententia simul personam hæc constituunt, neque anima antiquior est corpore, neque corpus anima vetustius, sed simul anima corpusque, ut quæ differunt essentiæ ratione, contemporanea tamen sunt et mutuo subsistunt, simulque personam constituentia et sunt et appellantur. Non vero simul personam constituentes sunt Pater, Filius et Spiritus sanctus, licet nullus horum antiquior est vel junior, siquidem essentiæ ratione non differunt. Consubstantiales autem et sunt et nominantur.

7. *De essentiali unitate et differentia.*

Essentialis unitas est, qua multæ hypostases in unam essentiam colliguntur, ut singuli homines personis distincti, sed uniti essentia sive communis humanitatis ratione. Hæc igitur hypostaseon unitio in unam essentiam dicitur unitas essentialis. Essentialis vero differentia est, quando junctæ et unitæ in unum hypostasin naturæ inconfusæ et haud imminutæ manent, ut duæ naturæ in Christo, divinitas et humanitas in unam conjunctæ personam non confusæ neque imminutæ sunt, sed essentiali differentia distinguuntur. Singulæ enim harum naturarum inconfusæ et impermistæ sunt ratione essentiæ, differunt autem invicem non quoad personam, una enim utrisque hypostasis, sed essentiali differentia.

8. *De personali unione et differentia.*

Personalis unio est, quæ diversas essentias et naturas in unam personam et unam eamdemque hypostasin colligens ac constringens, ut in incarnatione Domini nostri Jesu Christi unio intercessit personalis. Duæ enim naturæ in ipso in unam eamdemque personam inconfuse sunt unitæ. Personalis vero differentia est, quando sub una et communi essentia comprehensæ personæ invicem numero distinguuntur, et proprietatibus tanquam certis notis plures constituunt, quemadmodum tu et ego atque quivis alii homines proprietatibus et characteribus distincti ab invicem sumus, et personaliter differimus. Sic verbi gratia ego sum paulo procerior, fusco colore, et subalbus. Tibi statura medio-

A κατὰ δὲ τὴν οὐσίαν ἥνωνται. Οὐσία δέ ἐστιν ὁ κοινὸς λόγος τῶν ὑποστάσεων, ἤτοι ἡ μία θεότης, ἡ μία φύσις, ἡ μία μορφή. Ὁμοούσια οὖν ὁ Πατὴρ, ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς τυγχάνονται οὐσίας. Διῄρηνται μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, κατὰ τὰς ὑποστάσεις, ἥνωνται δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ἤτοι φύσιν. Διὰ τοῦτο οὖν λέγονται ὁμοούσια, κατὰ ὁμοφυῆ.

ς'. Περὶ ὁμοϋποστάτων.

Ὁμοϋπόστατα λέγονται, ὅσα διαφέρει μὲν ἀλλήλων κατὰ τὴν οὐσίαν, εἰς μίαν δὲ καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἀλλήλοις συντίθεται, οἷον σὺ, ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. Ταῦτα δὲ τὰ μέρη, ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, διάφορά εἰσι κατὰ τὴν οὐσίαν. Ἄλλη γὰρ B οὐσία ψυχῆς, καὶ ἄλλη σώματος. Ὁμοϋπόστατα δὲ κατὰ τὴν Χριστιανικὴν δόξαν· οὔτε γὰρ ἡ ψυχὴ προγενεστέρα τοῦ σώματος, οὔτε τὸ σῶμα πρεσβύτερον τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ὁμοῦ ψυχὴ καὶ σῶμα, ὥστε ὅσα διαφέρει κατὰ τὴν οὐσίαν, ὁμόχρονα δὲ καὶ συνάλληλα ὑφέστηκεν, ὁμοϋπόστατα καὶ ἔστι καὶ ὀνομάζεται. Οὐκ εἰσιν οὖν ὁμοϋπόστατα ὁ Πατὴρ, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ μηδὲν τούτων πρεσβύτερον καὶ νεώτερον, ἐπεὶ οὐ διαφέρουσι κατὰ τὴν οὐσίαν. Ὁμοούσια δὲ καὶ εἰσι καὶ ὀνομάζονται.

ζ'. Περὶ οὐσιώδους ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς.

Οὐσιώδης ἕνωσίς ἐστιν ἡ τὰς πολλὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐσίαν συνάγουσα, οἷον οἱ κατὰ μέρος πάντες ἄνθρωποι διῃρημένοι εἰσὶ κατὰ τὰς ὑποστασεις, C ἡνωμένοι δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν, ἤτοι τὸν λόγον τῆς ἀνθρωπότητος. Αὕτη οὖν ἡ ἕνωσις τῶν ὑποστάσεων κατὰ τὴν μίαν οὐσίαν λέγεται οὐσιώδης ἕνωσις. Οὐσιώδης δέ ἐστι διαφορὰ, ὅταν αἱ ἑνωθεῖσαι φύσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν ἀσύγχυτοι καὶ ἀμείωτοι μένωσιν. Οἷον αἱ δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, ἤτοι ἡ θεότης καὶ ἡ ἀνθρωπότης, εἰς μίαν συνελθοῦσαι ὑπόστασιν οὐ συνεχύθησαν οὐδὲ ἐμειώθησαν, ἀλλ' ἔχουσιν οὐσιώδη τὴν διαφοράν. Ἑκάστη γὰρ τῶν δύο φύσεων ἄφυρτός ἐστι καὶ ἀτύγχυτος κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, καὶ διαφέρουσιν ἀλλήλων, οὐ κατὰ τὴν ὑπόστασιν· μία γὰρ ἀμφοῖν ἡ ὑπόστασις· ἀλλὰ κατὰ τὴν οὐσιώδη διαφοράν.

η'. Περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς.

D Ὑποστατικὴ ἕνωσίς ἐστιν ἡ τὰς διαφόρους οὐσίας καὶ φύσεις εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν συνάγουσά τε καὶ συνδέουσα, οἷον ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑποστατικὴ ἐγένετο ἕνωσις. Αἱ γὰρ δύο φύσεις αὐτῷ εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἀσυγχύτως ἡνώθησαν. Ὑποστατικὴ δέ ἐστι διαφορὰ, ὅταν αἱ ὑπὸ τὴν μίαν οὐσίαν ὑποστάσεις διῄρηνται ἀπ' ἀλλήλων εἰς ἀριθμὸν καὶ πλῆθος ἐπὶ τοῖς χαρακτηρικοῖς ἰδιώμασιν, οἷον σὺ καὶ ἐγὼ καὶ πάντες οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι τοῖς χαρακτηρικοῖς ἰδιώμασι διαφέρομεν ἀλλήλων κατὰ τὰς ὑποστάσεις. Ὡς φέρε εἰπεῖν ἐγὼ μὲν εἰμὶ μακρὸς, μελάγχρους, ὑποψελλὸς, σὺ δὲ μεσῆλιξ, λευκὸς, τὸν προφορικὸν λόγον ὑγιής. Ὡσαύτως καὶ

οἱ λοιποὶ κατὰ μέρος ἄνθρωποι τοῖς τοιούτοις ἰδιώμασιν ὑποστατικὴν διαφορὰν ἔχουσιν.

θ'. Περὶ σχετικῆς ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς.

Σχετικὴ ἕνωσίς ἐστι φιλικὴ διάθεσις, ἢ θελημάτων ὁμονοητικὴ ὁμόνοια. Οἱ γοῦν φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες, κατὰ τὸ εἶδος τῆς φιλίας λέγονται ἔχειν σχετικὴν ἕνωσιν. Ὁ γοῦν θεήλατος Νεστόριος ὁ αἱρετικὸς μὴ δεχόμενος τὸ ἐκκλησιαστικὸν δόγμα, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐγένετο ἄνθρωπος καὶ ἡνώθη τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, τὴν μὲν καθ' ὑπόστασιν ἀπηρνεῖτο, ἐφλυάρει δὲ ὅτι ἡ ἁγία Μαρία ἐγέννησεν ἄνθρωπον ψιλὸν, πρὸς ὃν εἶχεν ὁ Θεὸς ἐξ αὐτῆς τῆς γεννήσεως φιλικὴν διάθεσιν, καὶ ὡμολόγει μὲν ἕνωσιν, οὐχ ὑποστατικὴν δὲ, ἀλλὰ σχετικὴν, ὅθεν οὐ μίαν ὑπόστασιν ὁ δείλαιος ἐδογμάτιζεν, ἀλλὰ δύο, διῃρημένας μὲν ἀλλήλων καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν, ἡνωμένας δὲ ἀλλήλαις κατὰ φιλίαν, ἢ ταὐτα βουλίαν, ἢ γνωμικὴν διάθεσιν, ἢ ὅσα τοιαῦτα ἐληρώδει ἐκεῖνος.

ι'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.

Ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ Ἐκκλησία τὸν Πατέρα δογματίζει ἀγέννητον, τὸν δὲ Υἱὸν γεννητὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευτὸν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Ὀνομάζει δὲ τὸν Υἱὸν Λόγον τοῦ Πατρὸς καὶ ἀπαύγασμα, διὰ τὸ ἄνευ συνδυασμοῦ ἀπαθῶς, ἀχρόνως, ἀῤῥεύστως, καὶ ἀχωρίστως γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ Πατρός. Υἱὸν δὲ καὶ χαρακτῆρα τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, διὰ τὸ τέλειον καὶ ἐνυπόστατον καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ Πατρὶ εἶναι πλὴν τῆς ἀγεννησίας. Μονογενῆ δὲ, ὅτι μόνος ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐγεννήθη. Εἰ γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ' οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. Ἄλλος δὲ τρόπος ὑπάρξεως οὗτος. Ἡ δὲ γέννησις καὶ ἡ ἐκπόρευσις, ὡς δὲ καὶ ἡ ἀγεννησία οὐ σημαίνει οὐσίας διαφορὰν, οὐδὲ ἀξίωμα, ἀλλὰ τρόπον ὑπάρξεως.

ια'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.

Ὁ μὲν Πατὴρ ἄρτιος καὶ ἀγέννητος, οὐ γὰρ ἔκ τινος, ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχει. Ὁ δὲ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννητῶς. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιυν, καὶ αὐτὸ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. Ἅμα δὲ καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς γέννησις, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπόρευσις. Τίς δὲ ὁ τρόπος διαφορᾶς γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως, οὐκ οἶδεν οὐδείς. Διαφέρουσιν οὖν αἱ ὑποστάσεις μόναις ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησιν, ἤτοι τῇ ἀγεννησίᾳ καὶ τῇ γεννήσει καὶ τῇ ἐκπορεύσει, ἀδιαιρέτως καὶ ταῦτα διαιρούμεναι. Ἕκαστον δὲ τῶν τριῶν προσώπων τελείαν ἔχει ὑπόστασιν. Ἐν γὰρ τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσι μία ἁπλῆ οὐσία ὑπερτέλειος καὶ προτέλειος. Παράκλητον δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱὸν ὀνομάζομεν, ὡς τὰς τῶν ὅλων παρακλήσεις δεχόμενον. Τὸ μέντοι Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός φαμεν ἐκπορεύεσθαι, δι' Υἱοῦ δέ μεταδίδοσθαι (2).

cris, cutis candida, nihil in linguæ usu et elocutione vitii. Similem in modum et singuli alii homines proprietatibus ejusmodi, velut personal differentia distinguuntur.

9. *De relativa unione et differentia.*

Relativa unio et amica et consentiens animorum voluntatumque conspiratio. Qui igitur amicitiam invicem colunt, ratione hujus amicitiæ, relativa unione juncti esse dicuntur. Nestorius itaque hæreticus a furiis agitatus cum respueret ecclesiasticum dogma quod affirmat Deum ipsum factum esse hominem et naturæ nostræ unitum, illam unionem personalem negavit, et nugatus est hominem nudum natum esse e sancta Maria, quem ab ipsa usque nativitate Deus amore esset prosecutus : adeoque confessus quidem est unionem, non personalem autem, sed relativam, unde non unam personam miser ille docuit, sed duas, essentia et persona invicem distinctas, junctas vero amore et eadem volendo ac sentiendo, et quæ plura hujuscemodi ille deliravit.

10. *De sanctissima Trinitate.*

Sancta et catholica Ecclesia Patrem docet ingenitum, Filium genitum ex Patre, et Spiritum ex solo procedentem Patre, non ex Filio, quem vocat *Verbum Patris et splendorem*, quia sine coitione, impassibiliter, nec in tempore, et sine defluxu ac separatione natus est ex Patre, *Filium* vero et *characterem personæ Patris*, quia perfectus est et propriam personam habet,et per omnia similis est Patri, nisi quod ille est ingenitus, *Unigenitum* etiam, quod solus ex Patre natus est. Nam licet Spiritus sanctus quoque ex solo Patre procedit, at non per generationem sed per processionem, quæ alia est exsistendi ratio. Generatio autem et processio quemadmodum etiam (ut ita dicam) ingenerabilitas non essentiæ denotat differentiam aut dignitatem, sed modum exsistendi.

11. *De sanctissima Trinitate.*

Pater quidem perfectus et ingenitus, non enim ex alio sed ex seipso habet quod est. Filius autem a Patre per generationem, et Spiritus sanctus ipse etiam ex solo Patre, sed per processionem. Simul vero et pariter ex Patre et genitus est Filius et Spiritus sanctus processit. Quæ porro sit differentiæ inter generationem ac processionem ratio, nemo unus novit. Differunt igitur personæ solis personalibus proprietatibus,ingenerabilitate, generatione et processione, atque indistinctæ invicem ita a se distinguuntur.Quælibet autem trium personarum perfectam hypostasin sive subsistentiam habet : hisque tribus perfectis hypostasibus una simplex essentia,omnem supergrediens atque antecellens perfectionem, constat. Paracletum denique vocamus et Filium et Spiritum sanctum quia uterque omnium precationes excipit. Et Spiritum ex Patre affirmamus procedere, a Filio autem dari.

NOTÆ.

(2) Huc usque editio Joh. Wœgelini, Augustæ Vindelicorum A. 1611, in 8 vo. Quæ sequuntur, nunc primum prodeunt.

12. *De ratione communicationis idiomatum.*

Attende, domine mi, vocabulis ; valde enim difficilis res est et necessaria : quamobrem et pluribus a me tibi quantum fas erit exponetur Scire oportet, imperator augustissime, quod quando dicimus divinitatem et humanitatem, totam (3) naturam significamus divinitatis et totam naturam humanitatis. Quando autem dicimus Deum et hominem, non semper integras denotamus naturas, sed quandoque etiam hypostasin et personam. Si igitur simpliciter dicam, *Credo in Deum*, nec quidquam aliud addam, totam significavi deitatem. Cum autem dico: *Deus homo factus est*, non deitatem totam significo, sed tantum Filium. Ac vicissim si dicam, *Deus hominis causa carnem induit*, totum significavi genus humanum. Cum autem dico : *Homo erat in regione Ausitide*, solum Jobum innuo. Diligenter attende huic doctrinæ capiti. Quandoquidem igitur Domini nostri Jesu Christi duas confitemur naturas, divinitatem et humanitatem, unam agnoscimus personam ex utrisque compositam. Cum porro ipsas naturas consideramus, divinitatem et humanitatem dicimus. Cum vero compositam ex naturis hypostasin, ab utraque Christum vocamus Deum et hominem atque Deum carne indutum. Aliquando autem Deum modo et Filium hominis appellamus, et nec Deum modo cum dicimus, sejungimus ab homine, nec quando Filium vocamus hominis eum a Deo separamus: idem enim et Deus integer et integer homo est. At cum dicimus deitatem, non una nominamus humanitatis proprietates : neque enim affirmamus deitatem esse passibilem vel creatam. Uti nec vicissim quando dicimus humanitatem, sub ea intelligimus proprietates divinitatis, neque enim humanitatem affirmamus esse increatam. Sed circa personæ unitatem aliter res se habet. Audacter siquidem separatim confitemur Christum Deum, iterum separatim hominem, nec minus confitemur utrumque. Nam et Deum quando dicimus, hominem subintelligimus, et quando dicimus hominem, confitemur Deum. Et eumdem dicimus Deum passibilem, quatenus homo est, et puerum antesæcularem et principii expertem quatenus est Deus. Atque hæc fert communicationis idiomatum ratio, quavis natura cum altera proprietates suas communicante propter personæ identitatem, et illarum mutuam inter se ut ita dicam permeationem. In hoc, mi domine, multa errant hæretici, dum œconomiæ in Christo profunditatem dignoscere nequeunt.

ιβ′. Περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀντιδόσεως.

Πρόσεχε, δέσποτά μου, τῷ ὀνόματι, λίαν γάρ ἐστι καὶ δυσκολώτατον καὶ ἀναγκαιότατον, ὅθεν καὶ διὰ πλειόνων τοι κατὰ βατὸν ῥηθήσεται. Ὀφείλει εἰδέναι, θειότατε βασιλεῦ, ὅτι ὅταν μὲν λέγωμεν θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα, ὅλην τὴν φύσιν δηλοῦμεν τῆς θεότητος, καὶ ὅλην τὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος. Ὅταν δὲ λέγωμεν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, οὐ πάντοτε τὰς ὁλότητας δηλοῦμεν τῶν φύσεων, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὰς ὑποστάσεις καὶ τὰ πρόσωπα Ὅταν μὲν οὖν εἴπω ἁπλῶς οὑτῶς, Πιστεύω εἰς Θεὸν, μηδὲν ἄλλο προσθεὶς. ὅλην ἐδήλωσα τὴν θεότητα. Ὅταν δὲ εἴπω, Ὁ Θεὸς ἐγένετο ἄνθρωπος, οὐ τὴν θεότητα ἐσήμανα. ἀλλὰ μόνον τὸ τοῦ Υἱοῦ ὄνομα. Καὶ πάλιν, εἰ μὲν εἴπω, Ὁ Θεὸς διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐσαρκώθη, ὅλην ἐδήλωσα τὴν ἀνθρωπότητα. Ἐὰν δὲ εἴπω, Ἄνθρωπος ἦν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι, μόνον τὸν Ἰὼβ ἐδήλωσα. Πρόσεχε τῷ δόγματι ἀκριβῶς. Ἐπεὶ οὖν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δύο μὲν τὰς φύσεις ὁμολογοῦμεν, θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα, μίαν δὲ ὑπόστασιν, σύνθετον ἐξ ἀμφοτέρων. Ὅταν μὲν οὖν αὐτὰς τὰς φύσεις ἀναθρῶμεν, θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα λέγομεν. Ὅταν δὲ ἐκ τῶν φύσεων συντεθεῖσαν ὑπόστασιν ἐκ τοῦ συναμφοτέρου, Χριστὸν ὀνομάζομεν, καὶ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, καὶ Θεὸν σεσαρκωμένον, ποτὲ δὲ Θεὸν μόνον καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου. Καὶ οὔτε Θεὸν μόνον λέγοντες χωρίζομεν αὐτὸν τοῦ ἀνθρώπου, οὔτε ἀνθρώπου Υἱὸν κατονομάζοντες χωρίζομεν τοῦ Θεοῦ· ὁ αὐτὸς γάρ ἐστιν ὅλος Θεὸς καὶ ὅλος ἄνθρωπος. Θεότητα μὲν γὰρ λέγοντες, οὐ κατονομάζομεν αὐτῇ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἰδιώματα. Οὐ γάρ φαμεν θεότητα παθητὴν ἢ κτιστήν. Οὐδὲ πάλιν λέγοντες ἀνθρωπότητα, νοοῦμεν ἐπ' αὐτῆς τὰ τῆς θεότητος ἰδιώματα. Οὐ γάρ φαμεν ἀνθρωπότητα ἄκτιστον. Ἐπὶ δὲ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως οὐχ οὕτως. Ἀλλὰ θαῤῥούντως ὁμολογοῦμεν καὶ μόνως Θεὸν καὶ μόνως ἄνθρωπον, καὶ τὸ συναμφότερον Χριστόν. Ἀλλὰ καὶ Θεὸν λέγοντες καὶ ἄνθρωπον νοοῦμεν, καὶ ἄνθρωπον λέγοντες καὶ Θεὸν ὁμολογοῦμεν, καὶ τὸν αὐτὸν λέγομεν καὶ τὸν Θεὸν παθητὸν, καθ' ὃ ἄνθρωπος, καὶ παιδίον προαιώνιον καὶ ἄναρχον, καθ' ὃ Θεός. Καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τρόπος ἀντιδόσεως ἑκατέρας φύσεως ἀντιδιδούσης τῇ ἑτέρᾳ τὰ ἴδια διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ταυτότητα, καὶ τὴν εἰς ἄλληλα αὐτῶν περιχώρησιν. Τοῦτο, δέσποτά μου, πλάνην ἐμποιεῖ πολλὴν τοῖς αἱρετικοῖς, μὴ δυναμένοις διαγνῶναι τὸ βάθος τῆς οἰκονομίας.

13. *De divina unione.*

Nosse debes, domine mi atque imperator, quod natura divina integra est in qualibet persona deitatis, integra in Patre, in Filio integra, et integra in Spiritu sancto. Cum itaque incarnatus est ex sancta Trinitate, Filius nempe Dei, integram ac perfectam docemus naturam deitatis in unam personam unitam esse cum integra natura humana : neutiquam vero dicimus tres personas sanctæ deitatis omnibus

ιγ′. Περὶ τῆς θείας ἑνώσεως.

Ὀφείλεις εἰδέναι, δέσποτά μου βασιλεῦ, ὡς ἡ τῆς θεότητος φύσις πᾶσα τελείως ἐστὶν ἐν ἑκάστῃ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, πᾶσα ἐν Πατρὶ, πᾶσα ἐν Υἱῷ, πᾶσα ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Καὶ ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει οὖν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, πᾶσαν καὶ τελείαν δογματίζομτν τὴν φύσιν τῆς θεότητος ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων ἑνωθῆναι πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. Οὐ μὴν λέγομεν, ὅτι αἱ τρεῖς ὑπο-

NOTÆ.

(3) i. e. Deum universe, tribus constantem personis, et totum genus humanum.

A στάσεις τῆς ἁγίας θεότητος πάσαις ταῖς τῆς ἀνθρωπότητος ὑποστάσεσι καθ' ὑπόστασιν ἡνώθησαν. Πάσῃ δὲ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει φαμὲν ἑνωθῆναι πᾶσαν τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν. Κατ' οὐδένα γὰρ λόγον κεκοινώνηκεν ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ σαρκώσει τοῦ Θεοῦ Λόγου, εἰ μὴ κατ' εὐδοκίαν καὶ βούλησιν. Πᾶσα οὖν ἡ φύσις οὐ κατὰ μερῶν ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ὑποστάσει συνεργεῖται τῷ Θεῷ.

ιδ'. Περὶ φύσεως ἀπαθείας.

Ὀφείλεις ὁμολογεῖν ὅτι ἡ φύσις τοῦ Λόγου ἐσαρκώθη ἤτοι ἡνώθη σαρκί. Οὐ μὴ ὅτι ἡ φύσις τοῦ Λόγου ἔπαθε σαρκὶ, ἀλλ' ὅτι ὁ Χριστὸς ἔπαθε σαρκί· ὅτι μὲν γὰρ ὁ Θεὸς ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ἄνθρωπος ὁ Θεὸς ὁμολογοῦμεν. Καὶ ὅτι ἡ θεότης ἡνώθη τῇ ἀνθρωπότητι ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, μεμαθήκαμεν, ὅτι δὲ ἡ θεότης ἄνθρωπος γέγονεν, ἢ ἐνηνθρώπησεν, οὐδαμῶς ἀκηκόαμεν. Ἐπεὶ δὲ οὖν δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, δύο αὐτοῦ καὶ τὰ θελήματα πάντως τὰ φυσικὰ, καὶ θελητικός ἐστιν ὁ αὐτὸς κατ' ἄμφω τῶν αὐτοῦ φύσεων. Τὴν γὰρ φυσικῶς ἐνυπάρχουσαν ἡμῖν θελητικὴν δύναμιν ἀνέλαβε. Δύο οὖν καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ φαμεν· εἶχε μὲν γὰρ, ὡς μὲν Θεος καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος, τὴν θείαν ἐνέργειαν, καὶ ὡς ἄνθρωπος γενόμενος καὶ ἡμῖν ὁμοούσιος, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἐνέργειαν.

ιε'. Τίς ὁ Θεός.

Οὔτε ὁ οὐρανὸς Θεὸς, οὔτε ὁ ἥλιος, οὔτε ἄλλο τι τῶν ὁρωμένων, ἀλλ' οὐδὲ ὁ πολυτίμητος καὶ πολυθρύλλητος νοῦς· οὐδὲ ἰδέα τις κατὰ Πλάτωνα χωριστὴ σωμάτων, ἀλλ' οὐδὲ φύσις ὅλως ἐγκόσμιος, ἀλλ' οὐδὲ ζωὴ, οὐδὲ φῶς, οὐκ ἀσωματότης, οὐκ ἀϋλία, οὔτε αἰσθήσει θεατὸς οὔτε νῷ ληπτός· ἀλλά τις ἑτέρα φύσις ἀνεξερεύνητος, καὶ αὐτοῦ δύναμις, ἥ τε φρουρητικὴ ἥ τε ζωογόνος, ἥ τε ἀναγωγικὴ, καὶ ἁπλῶς πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ ἄπειροί εἰσι καὶ ἀνέκληπτοι, καὶ αὐτὸς ἄπειρος καὶ κατὰ ἀρχὴν καὶ κατὰ τέλος. Καὶ τὸ μὲν ἄνω αὐτοῦ ἄναρχον ὀνομάζεται, τὸ δὲ κάτω ἀτελεύτητον, τὸ δὲ ξύμπαν αἰώνιον. Ἄπειρος οὖν τὴν δύναμιν ὁ Θεὸς, ἄναρχός τε καὶ ἀτελεύσητος καὶ αἰώνιος. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος τῷ ὄντι θεολογικῶς διορίζεται.

ις'. Πῶς οἶδε Θεὸς τὰ μεταβαλλόμενα πράγματα.

Οὐχ ὡς ἔχει τὰ πράγματα γινώσκει ὁ Θεὸς ταῦτα, ἀλλ' ὡς ἔστιν αὐτὸς κατ' οὐσίαν. Οἷόν εἰσι τὰ πράγματα μεριστὰ, ὁ δὲ Θεὸς ἀμέριστος· ἀμερίστως οὖν οἶδε τὰ μεριστά. Καὶ πάλιν τὰ πράγματα ἀλλοιωτὰ καὶ μεταβλητὰ, ὁ δὲ Θεὸς ἀναλλοίωτος καὶ ἀμετάβλητος· ἀναλλοίωτος οὖν οἶδε τὰ ἀλλοιωτὰ, καὶ τὰ μεταβλητὰ ἀμεταβλήτως. Οὕτως καὶ τὰ ὑπὸ χρόνον αἰωνίως οἶδε, καὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἀναγκαίως, καὶ τὰ σωματικὰ ἀσωμάτως· Ἀλλ' οὐκ ἐπειδὴ γινώσκει ὁ Θεὸς ἀσωμάτως τὸ σῶμα, ἠλλοιώθη ἐκεῖνο καὶ ἀσώματον γέγονεν. Ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ Θεοῦ γνῶσις κατὰ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν γινώσκει τὰ πράγματα. Ἐκείνων δὲ ἕκαστον μένει ὅπερ ἐστί. Πρὸς γοῦν τοὺς ἀποροῦντας καὶ λέγοντας εἰ ᾔδει ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ τὰ ἐντε-

personis humanis unitas esse personaliter, integræ vero naturæ humanæ integram Deitatis substantiam unitam esse affirmamus. Nulla enim ratione Pater et Spiritus sanctus cum incarnatione Verbi communicavit, nisi complacendo et volendo. Integra igitur natura, nec pars ejus tantum in Christi persona operatur divina operatione.

14. *De naturæ divinæ impassibilitate.*

Fateberis utique naturam Verbi incarnatam sive carni unitam esse. Non ideo natura Verbi passa est in carne, sed Christus in carne passus est : Deum enim hominem et hominem Deum factum esse confitemur. Didicimus quoque divinitatem esse unitam humanitati in una persona humana : deita-
B tem autem hominem esse factam, vel incarnatam, aut humana indutam natura neutiquam audivimus. Cum vero duæ sint Christi naturæ, etiam duæ sunt ejus naturales voluntates, et ipse voluntate gaudet secundum utramque naturam, siquidem et facultatem volendi, quæ nobis naturaliter inest, assumpsit. Duplices igitur et operationes ipsius esse affirmamus. Ut Deus enim et consubstantialis Patri divina gaudet operatione, sed tanquam homo factus et consubstantialis nobis, humanæ operationis non est expers.

15. *Quis Deus.*

Neque cœlum Deus, nec sol, neque aliud quidquam eorum quæ cernuntur, sed neque honoratissima ac celebratissima hominum vocibus mens,
C neque idea a corporibus, ut docet Plato, separata ac sejuncta, neque natura mundi, neque vita aut lumen, neque incorporalitas, ut ita dicam, et immaterialitas. Neque sensu visibilis neque mente perceptibilis est, sed alia imperscrutabilis natura, et potentia ejus, conservatrix datrixque vitæ et productrix, et semel ut dicam, omnes ipsius facultates infinitæ sunt et principii ratione et finis. Atque illius quidem respectu sine principio esse dicitur, ratione hujus vero sine fine, hoc est omnino æternus. Infinita igitur potestate Deus, et principii finisque expers et æternus est : quod et Gregorius Theologus vere theologice docuit.

16. *Quomodo præscit Deus res mutationibus obnoxias ?*

Non quales sunt res tali cognitione cognoscit eas
D Deus ; sed quali ipse est essentia. Sic, v. g., res sunt partibus divisibiles ; Deus partium et divisionis expers : res itaque partibus divisibiles impartibili ratione cognoscit. Porro res sunt alterationi et mutationi obnoxiæ ; Deus inalterabilis et haud mutabilis : mutabilia igitur et alterabilia cognoscit inalterabiliter et immutabiliter. Ita etiam res temporarias æterna cognoscit ratione ; corpora item ratione incorporali. Non autem ideo quia Deus corpora incorporali ratione cognoscit, ideo corpus mutatur, fitque incorporale. Sed Deus quidem scientia sua res pro divinæ essentiæ ratione cognoscit ; illarum autem quælibet quod est manet. Ad

hos igitur qui movent dubium, quæruntque si Deus præsciverit Adamum mandata esse transgressurum, quomodo fieri potuerit ut Adamus non peccaret? Quod enim Deus præscivit, id protoplastus quomodo potuit evitare? Ad hoc dubium in promptu tibi sit respondere, quod propria Deus virtute novit et quæ sunt et quæ futura sunt, nec mutantur tamen res, etsi ille perfectiore illas ratione scit. Quandoquidem igitur sciebat Adamum fuisse prolapsurum in peccatum, ejus cognitio non fuit homini causa peccandi. Non enim eripuit ei æquilibritatem ad opinandum, et boni si vellet eligendi facultatem: sed Deus quidem sciebat quid futurum esset, Adamo autem non erepta erat animi ad bonum inclinandi potentia. Et Adamus quidem ad contraria indefinito modo se habebat: Deus autem indefinitum definita cognoscebat ratione. Sicut enim corpus incorporaliter, sic et indefinitum definite novit.

17. *Quodnam primum elementum, a quo mundum condere cœpit Deus?*

Moyses quidem, qui Deum vidit, cœlo simul et terræ primum locum assignat in mundi originibus. Inter Græcorum vero sapientes alii aliud opinati sunt. Nonnulli enim terram præferunt tanquam centrum circuli cœlestis, quod etiam in plano centrum sit circulo prius et antiquius. Alii universum mundum distinguunt in quatuor elementa, et quintum æthereum genus corporis: quatuorque illa sub æthere disposita, pulcherrimum vero ætheresæ naturæ cœlum primum omnium factum esse affirmant. Qui vero factum mundum haud obscure negant, universum simul exsistens congruenter propriæ opinioni statuunt. Eas autem potius existimare primo loco factum cœlum, utpote corpus præstantius, et quod cætera complectitur atque comprehendit.

18. *Unde homines notionem Dei acceperint?*

Notionem Dei hauserunt homines ex ordine rerum, ex naturæ æqualibus legibus, ex providentia ad omnia pertingente. Magnorum enim luminum ortus et occasus iisdem temporibus eodem semper se habens modo, et cursus siderum eamdem servantes rationem, et circumrotatio cœli circularis omnia colligens ac constringens, aliaque quæ in aliis corporibus consimiliter se habent, prædicant esse quemdam qui universi curam gerit eique providet. Si enim forte et casu mundus coaluisset, partes ejus sine ordine et ratione ferrentur: nunc vero motus universi certo numero et ordine constitutus, et quod nihil sine ratione vel movetur vel quiescit, sed omnia facile ac commode regi se patiuntur, Deum nobis universi factorem conditoremque demonstrant.

19. *Pluresne sint angeli an homines?*

Pauciores multitudine sunt angeli quam homines. Vide enim quomodo numeri omnes quo propriores sunt unario, eo minores sunt numeris longius ab illo distantibus. Uti binarius, ternarius et quaternarius minores sunt vicenario et tricenario. Sicut

A ταλμένα παραβῆναι, πῶς εἰκὸς ἦν ἐκεῖνον γενέσθαι ἀναμάρτητον; Ὃ γὰρ ἐγίνωσκεν ὁ Θεὸς, πῶς ὁ πρωτόπλαστος ὑπερβῆναι ἠδύνατο. Πρὸς γοῦν τοὺς τοῦτο ἀποροῦντας ἀποκρίνου εὐθὺς, ὅτι ὁ Θεὸς κατὰ τὴν ἰδίαν ἰδιότητα οἶδε καὶ τὰ γενόμενα καὶ τὰ γενησόμενα. Καὶ πάλιν οὐκ ἀλλοιοῦται τὰ πράγματα, εἰ ἐκεῖνος κρειττόνως αὐτὰ ἐπίσταται· Ἐπειδὴ τοίνυν ἠπίστατο ὅτι πεσεῖται ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν ὁ Ἀδὰμ, οὐχ ἡ γνῶσις αὐτοῦ αἰτία τῆς ἁμαρτίας τῷ ἀνθρώπῳ ἐγένετο. Οὐ γὰρ ἀφείλετο αὐτοῦ τὴν ἰσοῤῥοπίαν τῆς γνώμης καὶ τὴν τοῦ καλοῦ αἵρεσιν, εἴπερ ἐβούλετο, ἀλλ' ὁ μὲν Θεὸς ἠπίστατο τὸ ἐσόμενον, τῷ δὲ Ἀδὰμ οὐκ ἀφῃρέθη ἡ ἐπὶ τὸ καλὸν ὁρμή. Καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ ἀόριστον εἶχε τὴν ἐπὶ τὰ ἐναντία ῥοπὴν, ὁ δὲ Θεὸς ὡρισμένως ἐγίνωσκε τὸ ἀόριστον. Ὡς γὰρ τὸ σῶμα
B ἀσωμάτως οἶδεν, οὕτω μὲν καὶ τὸ ἀόριστον ὡρισμένως.

ιζ'. Ἀπὸ ποίου πρώτου στοιχείου ἤρξατο τὸν κόσμον ποιεῖν ὁ Θεός.

Μωυσῆς μὲν ὁ θεόπτης οὐρανῷ ἅμα καὶ γῇ τὰ πρεσβεῖα δίδωσι τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. Τῶν δὲ παρ' Ἕλλησι σοφῶν ἄλλοι ἄλλως ᾠήθησαν. Οἱ μὲν γὰρ τὴν γῆν πρῶτον παράγουσιν ὡς κέντρον τοῦ οὐρανίου κύκλου, ἐπεὶ καὶ τοῦ ἐπιπέδου κύκλου τὸ κέντρον πρεσβύτερον. Ἕτεροι δὲ εἰς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ τὸ πέμπτον σῶμα τὸ αἰθέριον τὸν σύμπαντα διαιροῦντες κόσμον καὶ τὸ τετράστοιχον ὑπὸ τοῦ αἰθέρος διοικεῖσθαι νομίζοντες. Τὸ κάλλιστον δὲ τοῦ αἰθέρος ὁ οὐρανὸς, ὃν πρῶτον τούτων γεγενῆσθαί φασιν. Ὅσοι δὲ ἀγέννητον τὸν κόσμον σαφῶς
C ἀπεφήναντο ὁμοῦ τὸ πᾶν εἶναι ἀκολούθως ἑαυτοῖς λέγουσι. Δεῖ δὲ μᾶλλον οἴεσθαι τὸν οὐρανὸν πρῶτον γεγενῆσθαι, ὡς καὶ κρεῖττον σῶμα καὶ τῶν ἄλλων περιληπτικόν.

ιη'. Πόθεν ἔννοιαν ἔσχον Θεοῦ ἄνθρωποι;

Ἔννοιαν ἔσχε Θεοῦ ἄνθρωπος ἀπὸ τῆς τῶν ὄντων τάξεως, ἀπὸ τῆς ἰσονομίας τῶν φύσεων. ἀπὸ τῆς εἰς τὰ πάντα διοικούσης προνοίας. Ἥ τε γὰρ τῶν μεγάλων φωστήρων ἀνατολὴ καὶ δύσις ἐν τοῖς αὐτοῖς καιροῖς ἀεὶ ὁμοίως ἔχουσα, καὶ οἱ τῶν ἀστέρων δρόμοι τὴν ταυτότητα σώζοντες, καὶ ἡ τοῦ οὐρανοῦ περιφορὰ καὶ περίοδος κυκλοτερὴς πάντα σφίγγουσα καὶ συνδέουσα, καὶ τ' ἄλλα ὡσαύτως ἔχοντα ἐν ἀλλήλοις σώμασι, προνοητήν τινα τοῦ παντὸς εἶναι ἀνακηρύτ-
D τουσιν. Εἰ γὰρ τυχαία καὶ αὐτόματος ἦν ἡ τοῦ κόσμου σύμπλεξις, ἦν ἂν καὶ τὰ μέρη τοῦ κόσμου ἀτάκτως καὶ ἀλόγως φερόμενα. Νῦν δὲ ἡ εὔρυθμος τοῦ παντὸς κίνησις, καὶ τὸ μηδὲν ἀλόγως ἢ τὴν κίνησιν ἔχειν ἢ τὴν ἡσυχίαν, ἀλλὰ πάντα εὐαγώγως ἡνιοχεῖσθαι, τὸν Θεὸν ἡμῖν ἀναδείκνυσι ποιητὴν τοῦ παντός.

ιθ'. Πότερον πλείους οἱ ἄγγελοι ἢ οἱ ἄνθρωποι.

Ἐλάττους τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ πλῆθος οἱ ἄγγελοι. Σκόπει γὰρ, ὅτι πάντες οἱ ἀριθμοὶ οἱ πλησιάζοντες τῇ μονάδι, ἐλάττους εἰσὶ κατὰ τὸ ποσὸν τῶν ποῤῥωτέρων ἀριθμῶν. Οἷον ἡ δυὰς, ἡ τριὰς καὶ ἡ τετρὰς ἐλαττότεραί εἰσι τῶν εἴκοσι καὶ τριάκοντα. Ὥσ-

περ οὖν οἱ ἐγγύτεροι τῆς ἑνάδος ἀριθμοὶ ἐλάττους εἰσὶν, οἱ δὲ ποῤῥωτέρω, πλείους, οὕτως οἱ ἐγγύτεροι τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ, ἔλαττον ἔχουσι τὸ ποσὸν οἱ δὲ ποῤῥωτερω, πλέον. Ἐγγύτεροι δὲ τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, καὶ αἱ περικείμεναι δυνάμεις, ποῤῥωτέρω δὲ οἱ ἄνθρωποι. Ὥστε πλείους εἰσὶ τῶν ἀγγέλων οἱ ἄνθρωποι, ὅθεν καὶ οἱ μὲν ἄγγελοι ἤδη κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἐπερατώθησαν, τοῖς δὲ ἀνθρώποις εἰς τὸ ἄπειρον προχεῖται ἡ γεννησις. Σταθήσεται δὲ αὐτὴ κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρόν.

igitur propiores unario numeri sunt minores, longius vero remoti majores et numerosiores, sic quæ uni et soli Deo propiora sunt, eadem pauciora quoque sunt; quæ vero longius distant, plura sunt numero. Propiores autem Deo sunt angeli, archangeli, et his proximæ protestates. Longius ab illo absunt homines. Igitur plures sunt homines quam angeli, unde et angelorum numerus jam est finitus et circumscriptus, hominum vero generatio in infinitum effunditur, quæ tamen et ipsa sistetur in sæculorum consummatione.

κ', Περὶ νοῦ.

Οὐ πᾶς νοῦς μετέχεται ὑπὸ πάσης ψυχῆς. Ὁ δὲ πρῶτος νοῦς ὑπ' οὐδεμιᾶς ψυχῆς μεθεκτός ἐστιν. Ὁ γὰρ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα νοῦς καὶ παντων Δημιουργὸς, πῶς ἂν ὑπὸ ψυχῆς μετασχεθείη τινός; Πασης γὰρ νοερᾶς πληθύος καὶ τοῦ πλήθους τῶν νοῶν ἡγεῖταί τις νοῦς. Καὶ ἀμεθεκτος καὶ πρῶτος μὲν νοὺς οὗτος ἔστι καὶ ἀνομάζεται. Μετὰ δὲ τὸν ἀμέθεκτον νοῦν, ὁ μεθεκτὸς μὲν, οὐχ ὁ ἐγκόσμιος δὲ, ἀλλ' ὁ ὑπερκόσμιος καὶ χωριστὸς τοῦ κόσμου, εἶτα ὁ ἐγκόσμιος, Ἐπεὶ κατὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων λόγους καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος ἔμψυχος ἅμα καὶ ἔννους ἐστί. Καὶ ἡ ἐγκόσμιος ψυχὴ οὐχ εὐθὺς μετέχει τοῦ ὑπερκοσμίου νοὸς, ἀλλὰ πρώτως τοῦ ἐγκοσμίου. Ἔστιν οὖν ἡ τάξις καὶ ὁ ἀριθμὸς καὶ τὰ ὀνόματα οὕτως. Ὁ ἀμέθεκτος νοῦς, ὁ ὑπερκόσμιος, καὶ ὁ ἐγκόσμιος.

20. *De mente.*

Non quælibet mens ab anima quacunque participatur. Principalis mens a nulla anima participari potest. Quæ enim omnibus rebus mens præstantior est, et omnium opifex, quomodo ab anima ulla participetur? Omnis enim intelligibilis multitudinis et multitudinis mentium princeps est mens quædam nullius animæ particeps. Atque hæc prima mens est et nominatur. Post hanc nullius participem animæ succedit mens non mundana quidem, sed supramundana et a mundo separabilis. Deinde mundana, nam, secundum Græcorum sententiam, ipse etiam mundus anima ac mente præditus est. Et anima mundi non statim continet supramundanam mentem, sed primo mundanam. Ordo igitur et numerus atque nomina sic se habent: mens cujus nulla anima compos et particeps fieri potest, tum mens supramundana ac denique mundana.

κα'. Ἔτι περὶ νοῦ.

Πᾶς νοῦς ἑαυτὸν νοεῖ. Ἀλλ' ὁ πρῶτος νοῦς καὶ ἀμέθεκτος ἑαυτὸν μόνον. Οὐδὲ γὰρ ἔχει τι πρὸ αὐτοῦ, ἵνα ἐκεῖνο νοήσῃ. Τὰ δὲ μετ' αὐτὸν οὐκ ἂν νοήσειεν. Ἀλλ' ἔχει τούτων τὴν νόησιν ἀνοησίᾳ κρείττονι νοήσεως. Καὶ ἔστιν, ὅτι οὗτος νοῦς, νοῦς ἅμα καὶ νοητόν. Νοῦς μὲν ὡς νοῶν ἑαυτὸν, νοητὸν δὲ, ὡς νοούμενον ὑφ' ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ μετὰ τὸν ἀμέθεκτον μεθεκτὸς νοῦς ἑαυτόν τε ἅμα νοεῖ, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ νοῦν. Πᾶς γὰρ νοῦς ἢ ἑαυτὸν νοεῖ, ἢ τὸ ὑπὲρ ἑαυτὸν, ἢ τὸ μεθ' ἑαυτόν. Ἀλλ' εἰ μὲν τὸ μεθ' ἑαυτὸν νοεῖ, κατὰ τὸ χεῖρον ἐπιστρέφει. Εἰ δὲ τὸ ὑπὲρ ἑαυτὸν νοεῖ, εἰ μὲν διὰ τῆς ἑαυτοῦ γνώσεως, ἑαυτὸν ἅμα κἀκεῖνο γνώσεται. Εἰ δὲ ἐκεῖνο μόνον ἑαυτὸν ἀγνοήσει νοῦς ὤν. Ἀλλὰ τὸ πρὸ ἑαυτοῦ γινώσκων, γνώσεται καὶ ἑαυτόν. Ἔστιν ἄρα καὶ ἐν τῷ νῷ νοητὸν, καὶ ἐν τῷ νοητῷ νοῦς, καὶ ὁ μὲν ὁλικώτερος, ὁ δὲ μερικώτερος.

21. *Iterum de mente.*

Omnis mens seipsam intelligit. Sed prima mens quæ a nullo participatur, se intelligit solam. Neque enim habet aliquid se prius, quod intelligat. Quæ vero post sunt, non quidem intellexerit, sed habet eorum cognitionem sine intelligentia, per genus perceptionis quod intelligendi actu est præstantius. Ac mens talis intellectus simul est et intelligibile. Intellectus quidem, quatenus se ipse intelligit, intelligibile vero, quatenus a seipso intelligitur. Quæ hinc post imparticipabilem mentem mens participabilis succedit, seipsam simul intelligit et illam priorem se ipsa mentem. Omnis enim mens vel intelligit seipsam, vel quod supra se, vel quod infra ac post se est. At quando hoc quod infra se est intelligit, ad deterius se convertit. Quando autem intelligit id quod supra se est, atque per sui ipsius cognitionem, seipsam pariter et illud cognoscet: si vero illud solum, seipsam ignorabit mentem esse. Sed utique dum id quod se prius est cognoscit, cognoscet etiam se ipsam. Est igitur et in mente intelligibile, et in intelligibili mens sive intellectus alius universalior, particularior alius.

κβ', Ἔτι περὶ νοῦ.

Πᾶς νοῦς καὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, αἰώτια ἔχει. Ὅλη γε ἅμα ἐστὶν ἡ οὐσία τοῦ νοῦ καὶ οὔτε αὔξεται οὔτε μεγεθύνεται, οὐδὲ ὃ σήμερον ἔστι χθὲς οὐκ ἦν. Καὶ ἡ νόησις δὲ αὐτοῦ ὁμοία ἐστὶ τῇ οὐσίᾳ. Πληρεστάτη γὰρ καὶ ὅλη, καὶ ὁμοῦ πάντα νοεῖ, καὶ οὔτε τὸ παρεληλυθὸς ὁρᾷ, οὔτε τὸ μέλλον ὡς ἐσόμενον οἶδεν, ἀλλ' ἐν τῷ ἐνεστῶτι πάντα οἶδεν, οὐ κινούμενος, οὐ συλλογιζόμενος, οὐχ

22. *Iterum de mente.*

Mens essentiam, potentiam et operationem æterna habet. Essentia mentis simul tota est, neque augetur neque in majorem magnitudinem crescit, neque quod hodie est heri non erat, et intellectio ejus essentia est similis. Plenissima enim et tota intelligit et omnes res simul, et nec præterita tanquam præterita, neque futura tanquam futura cognoscit, sed omnia intelligit tanquam præsentia: non movetur

neque unum ex alio colligit neque ut anima ponit præmissas ex quibus inducat conclusiones, sed simul scit omnia. Cum enim immobilis sit, nec a tempore mensuratur, neque quoad essentiam neque quoad operationes. Quod si igitur essentia ejus æterna et æterna est operatio, etiam media inter has potentia æternam subsistentiam sortita est.

A ὥσπερ ἡ ψυχὴ προτάσεις τιθεὶς καὶ ἐπάγων συμπεράσματα, ἀλλ' ἐν τῷ ἑνὶ πάντα ἐπιστάμενος. Ἀκίνητος γὰρ ὤν, οὐκ ἂν ὑπὸ χρόνου μετρεῖτο, οὔτε κατὰ τὴν οὐσίαν, οὔτε κατὰ τὴν ἐνέργειαν. Εἰ οὖν καὶ ἡ οὐσία τούτου αἰώνιος καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ μέση τούτων οὖσα δύναμις αἰωνίαν τὴν ὑπόστασιν ἐκληρώσατο.

23. *De mente.*

Omnis mens est substantia partes nullas habens. Quod enim caret magnitudine, neque est corpus, nec movetur, omnino etiam in partes dividi nequit. Quidquid enim in partes dividitur, dividitur vel magnitudinis vel multitudinis ratione. Quoniam vero mens omni modo sempiterna, et corporibus sublimior est, partes etiam nullas habet. Unde vero constat mentem non esse corpus? Quoniam se ipsa intelligit, atque in se ipsam reflectitur. Corpus enim seipsum intelligit nullum. Unde porro constat æternam esse mentem? Quoniam intelligentia ejus non partibus divisa est, sed quemadmodum essentia in perenni identitate manet. Omnia porro subsistere facit mens, non qualiscunque quidem, sed illa imparticipabilis et effectrix mundi. Facit autem subsistere in primis quidem propria et mutationi nulli obnoxia, deinde etiam mutabilia et temporaria, non tamen ita ut illa prius faciat, hæc posterius : omnia enim uno facit momento. Suo porro ordine et secundum proprietatem suam illa procedunt, alia proprietatem intelligibilem, alia naturalem motum servantes.

κγ'. Περὶ νοῦ.

Πᾶς νοῦς οὐσία ἐστὲν ἀμέριστος. Τὸ γὰρ μὴ ἔχει μέγεθος, τὸ μὴ ὂν σῶμα, τὸ μὴ κινούμενον πάντως καὶ ἀμέριστον. Πᾶν γὰρ τὸ μεριζόμενον ἢ κατὰ τὸ μέγεθος μερίζεται, ἢ κατὰ τὸ πλῆθος. Εἰ δὲ ὁ νοῦς κατὰ πάντα αἰώνιος καὶ ἐφπέκεινα σωμάτων, ἀμέριστος ἄρα ἐστί. Πόθεν δέ; ὅτι ἀσώματος ὁ νοῦς, ὅτι ἑαυτὸν νοεῖ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει, σῶμα γὰρ B αὐτὸν οὐδὲν νοεῖ. Πόθεν δὲ δῆλον, ὅτι αἰώνιον; Ὅτι οὐ μερίζεται ἡ νόησις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν ταυτότητί ἐστι διηνεκεῖ, ὥσπερ ἡ οὐσία. Ἔστι δὲ πάντων ὑποστάτης, οὐχὶ πᾶς νοῦς, ἀλλ' ὁ ἀμέθεκτος καὶ δημιουργὸς κόσμου. Ὑφίστησι δὲ προσεχῶς μὲν τὰ ἴδια καὶ ἀμετάβλητα, εἶτα δὴ καὶ τὰ μεταβλητὰ, καὶ ἔγχρονα, οὐχ ὅτι τὰ μὲν πρῶτα ποιεῖ, τὰ δὲ ὕστερα, ἀλλ' ἐν μιᾷ ῥοπῇ ἅπαντα. Ἐκεῖνα δὲ κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν καὶ ἰδιότητα πρόεισι, τὸ μὲν κατὰ τὴν νοερὰν ἰδιότητα, τὰ δὲ κατὰ τὴν φυσικὴν κίνησιν.

24. *De eodem argumento.*

Mens participabilis quæ est post illam imparticipabilem, habet in se (4) primam mentem intelligibilem, et omnium inferiorum intelligibilem cognitionem sortita est. Nam pro mensura propriæ essentiæ et prima habet et semet inferiora. Unde imparticipabilem quoque illam mentem intelligibiliter cognoscit: licet enim illa sit imparticipabilis, tamen inferioribus dat quasdam existentiæ suæ perspicuas significationes. Sed et animam hæc intelligibiliter cognoscit, et res naturales, siquidem non cognoscit res quas intelligit secundum naturam qua illæ sunt præditæ, neque deterius meliora, sed utraque intelligibiliter. Neque rebus quas intelligit se conformat, præstantiori enim non potest, et deteriori non vult. Pro sua igitur quam ipsa habet natura et superiora se et inferiora intelligit, neque ista in se, sed istorum habet causas, atque ut intelligibilia intelligibiliter sic et sensibilia intelligibiliter in se habet.

C κδ'. Περὶ νοῦ.

Ὅτι ὁ μετὰ τὸν ἀμέθεκτον νοῦς, ἤτοι ὁ μεθεκτὸς καὶ τὸν πρῶτον νοῦν νοερὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν πάντων νοερὰν τὴν εἴδησιν ἐκληρώσατο. Κατὰ γὰρ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας οὐσίας καὶ τὰ πρῶτα ἔχει καὶ τὰ ὕστερα ἑαυτῷ. Ὅθεν καὶ τὸν ἀμέθεκτον νοῦν νοερῶς νοεῖ. Εἰ γὰρ καὶ ἀμέθεκτος, ἀλλ' ἐμφάσεις τινὰς δίδωσι τοῖς μετ' αὐτὸν τῆς ἰδίας ὑπάρξεως. Καὶ τὴν ψυχὴν δὲ καὶ τὰ φυσικὰ οἷα δὴ νοερῶς οἶδεν. Οὐ γὰρ ὡς ἔχουσι φύσεως τὰ νοούμενα, οὕτως νοεῖ. Οὔτε γὰρ κρειττόνως οἶδε τὰ χείρονα, οὔτε χειρόνως τὰ κρείττονα, ἀλλ' ἀμφότερα νοερῶς. Οὐδὲ γὰρ συμμεταβάλλει τοῖς νοουμένοις. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ κρεῖττον οὐ δύναται, πρὸς δὲ τὸ χεῖρον οὐ βούλεται. Ὡς οὖν ἔχει φύσεως, οὕτω καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτὸν νοεῖ, D καὶ τὰ μετ' αὐτόν. Οὐ μὲν ἐκεῖνα ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ τὰς ἐκείνων αἰτίας. Καὶ ὡς τὰ νοητὰ νοερῶς ἔχει, οὕτω καὶ τὰ αἰσθητὰ νοερῶς.

25. *De mente.*

Omnes species intelligibiles, ut animæ, mentes, angeli, archangeli, potestates et quæ sunt ejus generis alia, tum in aliis invicem sunt, tum quodlibet est per se, neque quod in aliis invicem sunt confusionem affert, neque quod per se sunt singula, di-

κε'. Περὶ νοῦ.

Πάντα τὰ νοερὰ εἴδη, οἷον ψυχαί, νόες, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, δυνάμεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ἐν ἀλλήλοις εἰσὶ, καὶ καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον. Καὶ οὔτε τὸ ἐν ἀλλήλοις σύγχυσιν ἔχει, οὔτε τῷ καθ' ἑαυτὸ εἶναι ἕκαστον μερισμὸν λαμβάνουσι. Φοιτᾷ γοῦν

NOTÆ.

(4) Hoo est, cognoscit atque intelligit illam pro suo modulo.

πάντα διὰ πάντων, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἐστιν ἕκαστον. Τὰ μὲν σώματα, καθ' ἑαυτά ἐστι ἕκαστον, καὶ οὐ δι' ἀλλήλων φοιτᾷν δύναται διὰ τὴν παχυμέρειαν. Τὰ δὲ ἀσώματα καὶ νοερὰ εἴδη ἐκτὸς παχύτητος ὄντα καὶ μεγέθους, δι' ἀλλήλων φοιτῶσι. Καὶ αὖθις ἀσύγχυτα μένουσιν. Ἐν ἀλλήλοις γοῦν εἰσι πάντα τὰ νοερὰ εἴδη ἡνωμένως, καὶ χωρὶς ἕκαστον διακεκριμμένως, ὥσπερ δὴ καὶ τὰ θεωρήματα ἐν μιᾷ ψυχῇ.

A visionem. Omnia igitur per omnia permeant, nec minus unumquodque est per se. At enim corporum quodlibet per se est, nec per alia potest ob crassitiem permeare. E contrario incorporalia et intelligibilia utpote crassitiei et magnitudinis expertia, invicem se permeant, ac nihilominus inconfusa permanent. Omnes igitur species intelligibiles sibi invicem insunt atque unita sunt, nec minus separata sunt ac disjuncta, sicut in anima cogitationes.

κϛ'. Περὶ νοῦ.

Πᾶς νοῦς πλήρης ἐστὶ τῶν θείων εἰδῶν, οἷον, ἀγαθότητος, ὁσιότητος, δικαιοσύνης, ταυτότητος, ὁμοιότητος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀλλ' ὁ μὲν θειότερος νοῦς ὁλικωτέρων ἐστὶ περιεκτικὸς εἰδῶν, ὁ δὲ ταπεινότερος μερικωτέρων· οἱ μὲν γὰρ ἀνωτέρω θείαις δυνάμεσι χρῶνται μείζοσιν, οἱ δὲ κατώτεροι πληθυνόμενοι, μᾶλλον ἐλαττοῦσι τὰς δυνάμεις, ἃς ἔχουσι. Τὰ γὰρ τῷ ἑνὶ συγγενέστερα ἐλαττότερα μέν εἰσι τῷ πλήθει, τῶν ὑφ' ἑαυτά, τῇ δυνάμει δὲ ὑπεραίρει. Τὰ δὲ τοῦ ἑνὸς πορρωτέρω, ἔμπαλιν τῷ μὲν ποσῷ πληθυντικώτερά εἰσι, τῇ δὲ δυνάμει ἐλαττότερα. Πᾶν μὲν γὰρ τὸ πληθυνόμενον ἐλαττοῦται κατὰ τὴν δύναμιν, πᾶν δὲ τὸ ἑνούμενον τῇ μὲν δυνάμει μεγαλύνεται, ἐλαττοῦται δὲ κατὰ τὴν ποσότητα· ἡ μὲν γὰρ ἕνωσις δυναμικωτέρα, ἡ δὲ διαίρεσις πληθυντικωτέρα. Καὶ ἡ μὲν ἕνωσις ἐλάττων κατὰ τὴν ποσότητα, ἡ δὲ διαίρεσις ἀσθενέστερα κατὰ τὴν δύναμιν.

26. *Adhuc de mente.*

Omnis mens divinis plena est ideis, ut bonitatis, sanctitatis, justitiæ, identitatis, similitudinis cæterisque: at divinior mens integriores ideas continet, vicissim quo inferior est, eo minores illarum partes. Superiores enim majoribus divinis facul-
B tatibus utuntur, inferiores vero mentes dum multiplicantur, facultatibus quas habent utuntur imbecillioribus. Quæ enim unitati proxima sunt, multitudine quidem ab inferioribus vincuntur, potentia autem præstant. Vicissim quæ ab unitate longius recedunt, numero plura, sed potentia minora sunt. Quidquid enim in multitudinem abit, potentia minuitur, sed quod unitur, potentia augetur ac crescit, licet numero minuatur. Unitio enim valentior est, divisio multitudinis procreatrix. Unitio minor numero, divisio potentia infirmior.

κζ'. Περὶ ψυχῆς.

Τρίτον ἐστὶ τὸ πάθος τῆς ψυχῆς. Καὶ τὸ μὲν ἀκρότατον αὐτῆς, τὸ τοῖς νοητοῖς ἡνωμένον, νόησις ὠνόμασται. Τὸ δὲ ἔσχατον τὸ τῶν αἰσθητῶν γνωστικὸν, διὰ μέσης τῆς κοινῆς αἰσθήσεως δόξα λέγεται. Τὸ δὲ μέσον τὸ ἀνιέναι καὶ κατιέναι πεφυκὸς, διάνοια. Καὶ μέχρι μὲν τούτων, ὁ ἄνθρωπος, ἤτοι νοῦς, διάνοια, δόξα, μετὰ δὲ ταῦτα εἶναι τὸ ζῶον. Ἡ μὲν γὰρ πολυποίκιλος φύσις, ἡ δὲ τῆς θείας μοίρας ὑπάρχουσα, ἡ μέν γε ἐπιθυμία πολυκέφαλον θηρίον, ὁ δὲ θυμὸς λεοντώδης, ὁ δὲ λόγος ὁ ἀληθὴς ἄνθρωπος. Ἔστι δὲ τούτου καὶ ἄλλος θειότερος ἄνθρωπος καὶ ἀληθέστερος, ὁ νοερὸς, ὃν αὐτάνθρωπον προσαγορεύουσιν οἱ τῶν εἰδῶν φιλοθεάμονες. Τρίτον οὖν ὁ ἄνθρωπος, ὁ μὲν νοερὸς καὶ μονοειδὴς, ὁ δὲ λογικὸς καὶ τριμερὴς καὶ τριδύναμος, ὁ δὲ αἰσθητικὸς καὶ πολυειδὴς καὶ παντοδαπός. Τὸ δὲ λογιζόμενον καὶ τὸ θεωροῦν ἡμεῖς ἐσμεν· ἡμεῖς γὰρ καὶ ψυχὴ ταυτόν.

27. *De anima.*

Tres sunt animæ passiones. Prima quidem et
C summa qua intelligibilibus conjungitur, intelligentia appellatur. Infima qua res sensiles per sensum communem cognoscimus, dicitur opinio. Media, quæ ascendendo et descendendo colligere apta nata est. Atque homo quidem hactenus, mens, ratiocinatio, opinio: quod superest animal est, natura varia ac multiplex, pars divinæ sortis particeps, pars concupiscentia multiceps bestia, et ira qualis est leonum: sed verus homo ratio est. Exsistit porro et alius homo divinior veriorque, intelligibilis, quem αὐτάνθρωπον ipshominem sive ideam hominis vocant qui idearum ac specierum contemplatione oblectantur. Triplex igitur homo datur, unus intelligibilis, iste et unicus ac simplex; alter rationabilis, tribus facultatibus ac veluti partibus constans: tertius sensibilis et multiplex variusque. Sumus
D autem id quod ratione et consideratione utitur: anima enim cujusque is est quisque.

κη'. Περὶ ψυχῆς.

Τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν τὴν ψυχὴν, Πλάτων μὲν καὶ Ἀριστοτέλης, ὡς ὀργάνῳ φασὶ χρῆσθαι τῷ σώματι. Δεῖ γὰρ, φησὶν Ἀριστοτέλης, τὴν μὲν τέχνην χρῆσθαι τοῖς ὀργάνοις, τὴν δὲ ψυχὴν τῷ σώματι. Οἱ δὲ ἐκ Περιπάτου φιλόσοφοι ὡς ἔνυλον εἶδος μιγνύουσιν αὐτὴν τῷ σώματι καὶ διαπλέκουσιν. Οἱ δὲ περὶ Κλεάνθην καὶ σῶμα ταύτην ἀποφαίνονται, δυναμένην μέντοι γέ ποτε καὶ τοῦ φαινομένου χωρίζεσθαι σώματος. Πλωτῖνος δέ φησι μὴ ἀναγκάζεσθαι δέχεσθαι τὴν ψυχὴν τὰ πάθη τοῦ

28. *De anima.*

Inter Græciæ sapientes Plato et Aristoteles aiunt animam corpore uti tanquam instrumento. *Ars enim*, inquit Aristoteles, *instrumentis, anima corpore indiget.* At Peripatetici philosophi animam, velut formam materiæ, inhærentem corpori implicant ac permiscent. Cleanthes et animam statuit corpus esse, utpote quæ possit a corpore quod oculis cernitur separari ac secedere. Plotinus negat necesse esse ut anima corporis passionibus afficiatur, nam nec artificem ea quæ instrumentis suis contingunt

unquam persentiscere. Necessario autem uti sensibus animam. Nam ut per corpus operetur, sensum habere auxiliatorem, ut per illum externa cognoscat. Quandoquidem igitur incorporalis anima est, passiones corporis ad eam non pertingent; quod si pertingant, non essentiam ejus afficient, verum facultates et operationes.

29. *De anima.*

Quæ miscentur, vel ita miscentur inter se, ut confundantur, quemadmodum humores, vel ut modo implicentur mutuo ac permeent, uti aer et lux; si quis quæ singula consideret, illa quad essentiam distincta, operationibus permista deprehendet. Hinc Aristoteles duplicem ponit animam aliam separatam, aliam quæ in corpore subsistit. At non sentit anima se corpori esse permistam, sed corpus animatum. Corpus enim animæ beneficio habet quod sentit appetitque, atque aliarum est affectionum particeps. Itaque Plato statuit ipsi animæ esse veram propriamque substantiam : quæ enim in alio subsistit forma, ab eodem qualitas essentialis, non substantia appellatur.

30. *Adhuc de anima.*

54. *Adhuc de virtutibus.*

C Essentia, et ipsum hoc quod sint, a mente omnibus datum est, et ab ente: sed virtutum perfectio a Deo proficiscitur. Sicut enim ex principali ente ens, sic ex principali bono est bonum. Vel potius et essentia et virtus ex Deo sunt, sed essentia ratione originis, essentia enim omnibus a Deo profluxit, perfectio autem in virtute, respectu conversionis ad Deum. Neque enim perfici virtute homo poterit, nisi ad Deum convertere se instituat. Siquidem et pictor exemplum expressurus nunquam imitatione archetypi assequitur, nisi ad illud assidue se converterit. Sic qui virtutem in se ipso voluerit adumbrare, aut coloribus veluti describere, non aliter Deo assimilari poterit, quam si ad eum continenter se convertat, et scientifica D ratione contemplationeque exempli in seipso accurate meditetur prototypum.

55. *Adhuc de virtutibus.*

Theurgicam virtutem qui habet pater divinus appellatur, quoniam enim ex hominibus facit deos, illo venit nomine. Qui contemplatoria pollet virtute, hunc divinum vocant, uti dæmonium qui purgatoria, sed qui politica est præditus, homo probus dicitur. Theurgo tribuitur patris divini nomen,

NOTÆ.

(7) Jeremiæ xv, 19: Καὶ ἐὰν ἐξαγάγῃς τίμιον (ἄξιον καὶ τίμιον Constitut. Apostol. II, 56) ἀπὸ ἀναξίου, ὡς τὸ στόμα μου ἔσῃ.

quoniam veluti generat animam ejusmodi quam contemplatoriæ virtutis causa Deum appellamus. Oportet igitur qui per assimilationem ad Deum adduci velit, primum hominem probum fieri, deinde dæmonium, tum divinum patrem. Ac contingere potest aliquando, ut dæmonius et probus homo ad malitiam et vitium deflectat; forte et divinus sive theoreticæ virtutis compos. At theurgus sive pater divinus et totus extra se in Deo positus, nunquam potest ad contrariam virtuti speciem dilabi, cum totus extra se et Deus quodammodo factus sit.

56. *Adhuc de virtutibus.*

Tria hæc animabus insunt facultas, passio, habitus. Passiones quidem sunt cupiditas, ira, metus, invidia, confidentia, gaudium, amor odium, desiderium, æmulatio, misericordia. Facultas vero est qua passiones istas sentire possumus, irasci vel dolere vel misereri. Habitus denique, quo bene vel male nos ad passiones gerimus, ut in ira si vehementius vel remissius justo irascimur, male agimus, atque ita in cæteris. Virtutes itaque nec passiones sunt nec facultates, sed habitus, non enim a passionibus dicimur boni vel pravi, sed a virtutibus ac vitiis ita nuncupamur. Ac timemus quidem vel irascimur sine proposito; at virtutes ex proposito sunt, aut non sine proposito. A passionibus etiam moveri dicimur: a vitiis autem vel virtutibus non dicimur moveri, sed hoc vel alio modo comparati esse.

57. *Adhuc de virtutibus.*

Fortitudo est mediocritas inter excessum audaciæ et defectum a timiditate, versaturque circa timores ac fiduciam. Temperantiæ excessus est luxuria, defectus stupor, liceat enim hoc nomine illum appellare. Circa largitionem bonorum et acceptionem mediocritas est liberalitas, excessus profusio, sive prodigalis abusus, defectus vero illiberalitas sive nimia parcimonia. In magnis opibus mediocritatem sectatur magnificentia, excessus est in nimio splendore, defectus sordes. Circa honores petendos excedit ambitiosus, in defectu peccat honoris contemptor, mediocritas caret nomine, multæ enim res sunt quæ nomen proprium necdum obtinuerunt.

58. *Adhuc de virtutibus.*

Circa mansuetudinem quæ mediocritatem observat, excessus est iracundia, defectus lentitudo iræ expers. Circa verum mediocritatis observans est verax, et mediocritas dici potest veracitas, ejus autem simulatio per excessum est gloriatio, et qui illam sectatur gloriosus: per defectum ironia, quique ea utitur in oratione dissimulator. Cumque duo suavitatis sint genera, alterum in jocis, alterum in vita, qui ita ut par est in vita jucundum se exhibet, amicus dicitur, et mediocritas amicitia, qui excedit adulator, qui vero deficit morosus ac difficilis. Amœnitatis in jocis mediocritas est in urba-

A γὸς, καὶ διὰ τὸ τῆς ψυχῆς εἶναι πατὴρ, ὃν Θεὸν καλοῦμεν διὰ τὴν θεωρητικὴν ἀρετήν. Δεῖ οὖν τὸν ἀναγόμενον εἰς Θεοῦ ἐξομοίωσιν πρῶτα μὲν σπουδαῖον γενέσθαι, εἶτα δαιμόνιον, εἶτα θεῖον, καὶ τέλος θεοπάτορα. Ὁ μὲν οὖν δαιμόνιος καὶ ὁ σπουδαῖος μεταβληθείη ἂν καὶ εἰς κακίαν ποτέ· Ἴσως δὲ καὶ ὁ θεῖος, ἤτοι ὁ θεωρητικός. Ὁ δὲ θεουργὸς ἤτοι ὁ θεοπάτωρ ὁ τῆς θείας ὅλως ἐκστάσεως γεγονὼς οὐκ ἂν ποτε μεταθείη πρὸς τὸ ἐναντίον εἶδος τῆς ἀρετῆς ἔξω ἑαυτοῦ ὤν, καὶ Θεὸς ἀτεχνῶς γεγονώς.

νς'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Τρία ταῦτα εἰσὶν ἐν ταῖς ψυχαῖς, δύναμις, πάθος, ἕξις. Καὶ πάθος μέν ἐστιν, ἐπιθυμία, ὀργὴ, φόβος, φθόνος, θάρσος, χαρὰ, φιλία, μίσος, πόθος, ζῆλος, B ἔλεος. Δύναμις δέ ἐστι καθ' ἣν παθητικοὶ τούτων γινόμεθα, οἷον καθ' ἣν δυνατοὶ ὀργισθῆναι ἢ λυπηθῆναι ἢ ἐλεῆσαι. Ἕξις δὲ, καθ' ἣν πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν καλῶς ἢ κακῶς. Οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν. Ὁμοίως δὲ πρὸς τὰ ἄλλα. Αἱ οὖν ἀρεταὶ οὔτε πάθη εἰσὶν, οὔτε δυνάμεις, ἀλλ' ἕξεις. Οὐ γὰρ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι· κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας, λεγόμεθα σπουδαῖοι καὶ φαῦλοι. Καὶ φοβούμεθα μὲν ἢ ὀργιζόμεθα ἀπροαιρέτως. Αἱ δὲ ἀρεταὶ προαιρέσεις τινὲς, ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. Καὶ κατὰ μὲν τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς κακίας καὶ τὰς ἀρετὰς οὐ κινεῖσθαι, ἀλλὰ διακεῖσθαί πως.

C νζ'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Ὅτι ἡ μὲν ἀνδρεία μεσότης ἐστὶν, ὡς μὲν ὑπερβολῆς τοῦ θράσους, ὡς δὲ ἐλλείψεως τῆς δειλίας, καὶ ἔστι περὶ φόβους καὶ θάῤῥη. Τῆς δὲ σωφροσύνης, ὑπερβολὴ μὲν ἡ ἀκολασία, ἔλλειψις δὲ ἡ ἀναισθησία, λεγέσθω γὰρ οὕτως. Περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν, μεσότης μὲν ἡ ἐλευθεριότης, ὑπερβολὴ δὲ ἡ ἀσωτία, ἤτοι ἀφειδία τῆς χρήσεως, ἔλλειψις δὲ ἡ ἀνελευθερία ἤτοι φειδωλία. Περὶ δὲ χρημάτων μεσότης μὲν ἡ μεγαλοπρέπεια, ὑπερβολὴ δὲ ἡ ἀπειροκαλία, ἔλλειψις δὲ ἡ μικροπρέπεια. Περὶ δὲ ὄρεξιν τιμῆς, ὁ μὲν ὑπερβάλλων ταῖς ὀρέξεσι, φιλότιμος, ὁ δὲ ἐλλείπων ἀφιλότιμος, ὁ δὲ μέσος, ἀνώνυμος. Πολλὰ γάρ εἰσι πράγματα ὄνομα κύριον μήπω ἐσχηκότα.

D νη'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Περὶ τὴν πραότητα μεσότητα οὖσαν, ἡ μὲν ὑπερβάλλουσα κακία, ὀργιλότης ἡ δὲ ἐλλείπουσα ἀοργησία. Περὶ δὲ τὸ ἀληθὲς, ὁ μὲν μέσος ἀληθὴς, καὶ ἡ μεσότης ἀλήθεια λεγέσθω, ἡ δὲ προσποίησις, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀλαζονία, καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν ἀλαζών· ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον εἰρωνεία· καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν εἴρων· Ἐπεὶ δὲ δύο ἡδύτητες εἰσὶν, ἡ μὲν ἐν παιδιᾷ, ἡ δὲ ἐν τῷ βίῳ, ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὤν, φίλος καὶ ἡ μεσότης φιλία· ὁ δὲ ὑπερβάλλων κόλαξ, ὁ δὲ ἐλλείπων δύσερίς τις καὶ δύσκολος. Τῆς δὲ ἐν παιδιᾷ ἡδύτητος ἡ μὲν μεσότης, εὐτραπελία, ἡ δὲ ὑπερβολὴ, βωμολοχία, ἡ δὲ ἔλλειψις ἀγροικία. Καὶ ὁ μὲν αἰδήμων μέ-

σος, ὁ δὲ ὑπερβάλλων ἀναίσχυντος, ὁ δὲ ἐλλείπων, καταπλὴξ ὁ πάντα αἰδούμενος.

νθ'. Τίνι διαφέρει ἀρχὴ καὶ στοιχεῖον;

Ἡ μὲν ἀρχὴ οὐκ ἔχει τι πρότερον ἑαυτῆς, ὥσπερ ἡ ὕλη καὶ τὸ εἶδος. Τὸ δὲ στοιχεῖον σύνθετον ὂν καὶ συγκείμενον ἐξ ὕλης καὶ εἴδους, ἀρχὴν ἔχει τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος· ἔστι δὲ ἡ ὕλη πρᾶγμα ἀσώματον, ἄποιον, λόγῳ μόνῳ ἑρμηνευόμενον, αἰσθήσει δὲ μὴ ὑποκείμενον. Αὕτη οὖν ἡ ὕλη ὑπὸ μορφῆς τινος καὶ σχήματος τυπουμένη, ὅπερ ἐστὶ τὸ εἶδος, σωματοῦται. Καὶ πρῶτον μὲν γίνεται στοιχεῖον ἢ αἰθὴρ, ἢ πῦρ ἢ ὕδωρ, ἢ ἀὴρ ἢ γῆ. Ἔπειτα τούτων τῶν στοιχείων συμπλακέντων ἀλλήλοις γίνεται σῶμα σύνθετον, ἢ ἔμψυχον ἢ ἄψυχον, καὶ ἡ μὲν ὕλη καὶ τὸ εἶδος ἀρχοειδέστερα τῶν στοιχείων εἰσὶ, τὰ δὲ στοιχεῖα τῶν ἄλλων σωμάτων στοιχειωδέστερα· ἀρχὴν δὲ λέγομεν τὴν ὕλην, οὐχ ὅτι οὐκ ἔχει ἄλλο ὑπέρτερον ἑαυτῆς, ἀλλὰ ὅτι τὰ σώματα ὑπ' αὐτὴν ἀνάγεται προσεχῶς.

ξ'. Περὶ τῶν ἀρχῶν, τί εἰσιν.

Ἀρχὴ τῶν ὄντων πρώτη μὲν καὶ ὑπεράρχιος ὁ Θεός. Μετὰ δὲ Θεὸν πολλαὶ ἀρχαὶ τῶν φυσικῶν πραγμάτων εἰσί. Καὶ τῶν μὲν στοιχείων ἀρχαὶ ἡ ὕλη καὶ τὸ εἶδος εἴρηται· τῶν δὲ συνθέτων σωμάτων αὐτὰ καὶ ἁπλᾶ στοιχεῖα. Ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι τῶν φιλοσόφων διηρέθησαν. Καὶ τοῖς μὲν ἔδοξεν ἀρχὴ τὸ πῦρ, διὰ τὴν δύναμιν καὶ τὸ καταναλίσκειν πάντα εἰς αὐτό· τοῖς δὲ ὁ ἀὴρ, διὰ τὴν τῶν ζώων ἀναπνοήν· τοῖς δὲ τὸ ὕδωρ διὰ τὴν γόνιμον φύσιν. Τισὶ δὲ τούτων καὶ ἡ γῆ ἀρχὴ ἔδοξε, διὰ τὸ πλείω τῶν ζώων ὑπὸ τῆς γῆς γεννᾶσθαι, καὶ εἰς αὐτὴν ἀναλύεσθαι· Ἕτεροι δὲ αὐτὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀπεφήναντο. Πλάτων δὲ ἀρχὰς εἴρηκε, τὸν Θεὸν, ὡς πατέρα καὶ ποιητὴν, τὴν ὕλην ὡς δεχομένην τὴν δημιουργίαν, καὶ τὴν ἰδέαν· ἰδέαν δὲ λέγει Πλάτων τὴν πρώτην ἔννοιαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἄῤῥητον ἐκείνην φαντασίαν καὶ ἀνατύπωσιν, καθ' ἣν τὸν κόσμον ἐδημιούργησεν.

ξα'. Περὶ ὕλης.

Ὕλη ἐστὶ πρᾶγμα οἷον εἰπεῖν ἄϋλον, αἰσθήσει μὲν ἀθεώρητον, διανοίᾳ δὲ μόνῃ ληπτόν. Χεῖρον πάντων τῶν ὄντων, ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀδιατύπωτον, οὐσία ἀνούσιος καὶ ὕπαρξις ἀνύπαρκτος. Ἐὰν γὰρ ἀνέλῃς τυχὸν ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ποσότητας, τὰς σχέσεις, τὰς ἕξεις, τὰς τροπὰς, τὰς κινήσεις, τὰς ἀλλοιώσεις, τὰς μεταβολὰς, πᾶν ἕτερον ὁτιοῦν τὸ καταλειπόμενον ὕλη ἐστίν. Ἐὰν γὰρ ἀνέλῃς ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὴν θερμότητα καὶ τὴν ξηρότητα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀέρος τὴν θερμότητα καὶ τὴν ὑγρότητα, καὶ ἀπὸ τοῦ ὕδατος τὴν ψυχρότητα καὶ τὴν ὑγρότητα, τὸ ἔσχατον τούτων ὑπολειφθὲν, ὕλη ἐστίν.

ξβ'. Περὶ αἰτιῶν.

Αἰτίας ὁ μὲν Ἀριστοτέλης τέσσαρας δογματίζει, ὁ δὲ Πλάτων ἕξ. Ἔστι δὲ αἰτία πρώτη μὲν ἡ ποιητική· ὥσπερ τῆς κλίνης πρῶτον αἴτιον ὁ κλινοποιὸς, ὡς

A nitate, excessus in scurrilitate, in rusticitate defectus. Mediocritatem itidem colit pudens homo, excedit impudens, deficit pavidus et qui nunquam non pudore commovetur.

59. *Quomodo differunt principium atque elementum?*

Principium nihil habet seipso prius, ut materia et forma: at elementum compositum ac coagmentatum est ex materia et forma, principiique loco habet materiam et formam. Est autem materia res incorporalis, expers qualitatum, sola ratione explicanda, sensibus autem minime obvia. Huic materiæ species quædam atque figura tanquam forma sua imprimitur, atque ita fit corpus, et primo quidem elementum, vel æther, vel ignis, vel aqua, vel aer, vel terra. Deinde coalescentibus hisce elementis fit corpus compositum, sive animatum sive inanimatum. Ac materia et forma quidem magis rationem principii habent quam elementa; elementa vero magis quam alia corpora. Cœterum materiam principii nomine nuncupamus, non quod nihil habet principii supra se, sed quod corpora proxime sub illa constituuntur.

60. *De principiis, quid sint.*

Principium rerum primum et super omnia principia positum est Deus, post Deum multa rerum naturalium sunt principia. Ac elementorum principia materiam esse ac formam jam dictum est. Compositorum vero corporum principia sunt ipsa simplicia elementa, de quibus philosophi alii in diversa abierunt. Nam quibusdam ignis visus est esse principium, propter efficaciam, et quod omnia C in illum consummuntur. Aliis aer, quoniam illum respirant animalia. Aliis aqua propter seminalem naturam. Nonnullis horum etiam terra principium visa est, quoniam plura animalia ex illa nascuntur et in illam iterum resolvuntur. Cœteri quatuor ista rerum esse principia statuerunt. Plato principia esse docuit: Deum, tanquam patrem et auctorem; materiam, ut quæ creationis opus in se recipiat, et ideam. Vocat autem ideam primam conceptionem in Deo, et ineffabilem imaginationem atque efformationem, secundum quam mundum fecit ac condidit.

61. *De materia.*

Materia est res, ut ita dicam, immaterialis, quæ sensu non comprehendi, sed sola cogitatione percipi potest. Omnium entium postremum, sine D forma, sine specie, sine figura, essentia essentiæ expers et substantia sine substantia. Si enim abstrahas a corpore qualitates, relationes, habitus, modos, motus, alterationes, mutationes, aliud quodcunque, quod remanserit materia est. Ita si ab igne v. g. abstraxeris calorem et ariditatem, ab aere calorem et humiditatem, ab aqua frigus et humiditatem, postremum quod superest materia est.

62. *De causis.*

Causas Aristoteles quatuor tradit, Plato sex. Prima est causa efficiens, ut lecti prima causa est qui eum conficit, ejusque est auctor. Materialis

causa lecti est lignum, sine materia enim nullus lectus perfici potest. Formalis et lecti figura et idea. Finalis denique, ut homines in illo quietem capiant, ob hanc quippe causam lectum fabricamus. Hæ sunt quatuor causæ quas novit Aristoteles. Illis duas alias addit Plato : instrumentalem, ut serram et terebrum, quorum ope lectum componimus, et exemplarem, quæ duplex est, vel extrinsecus proposita, ad quam artifex quilibet facit artis suæ opus, vel quæ ex mente et cogitatione conformationem accipit.

63. *De figuris.*

Figura est qualitas qua mathematicorum corporum superficies describitur. Mathematicum corpus dicitur omne figura certa præditum, ut rotundum, triangulare, quadratum, quinquangulare, et similia. Quatuor porro elementa rotundæ figuræ esse tradunt. Plato et rotunda facit, et diversas alias figuras illis circumponit. Nam terram ob firmam et stabilem suam naturam ait referre figuram cubi, siquidem et cubus firmus ac stabilis est. Ignem, quoniam sursum tendit et in acutum desinit ex latiore basi, ponit esse præditum figura pyramidali, variaque alia eum in modum disputat Sed et rotunda eadem elementa esse statuit, quod cœlum circumrotatione sua superficiem ipsorum veluti detornat, rotundamque efficit.

64. *De coloribus.*

Color est qualitas visibilis in corporum superficie. At Plato novo modo colorum rationem explicat : ait enim ab objectis corporibus et ab oculis videntium effluvia quædam emitti, quæ in medio intervallo constituta species colorum efficiant. Neque vero omnibus colores eodem modo apparere observatum est, sed pro diversis cernentium temperaturis etiam colores rerum, quæ offerunt se oculis, diversi videntur, uti iis qui morbo regio laborant, flava quæ cernunt, apparent, his vero quibus pupilla rubore infecta est, rubra, atque iterum albicantia illis qui album humorem membranis oculorum suffusum habent, aliisque pro diversa temperatura aliter.

65. *De mistione et permistione.*

Mistio est unio corporum per conjunctionem, qualis est olei et aquæ. Neque enim tota inter se ambo permiscentur, sed summis modo superficiebus junguntur. Inferior enim olei superficies miscetur sive unitur superiori superficiei aquæ. At permistio est, quando unita corpora tota sic invicem permiscentur, ut aqua et vinum. Itaque mista corpora ex parte quidem uniuntur, inconfusa tamen manent : permista autem penetrant invicem, scinduntque ac scinduntur, et inter se confunduntur. Unio autem Dei cum nostra natura et mistio est, quia sine confusione fit, et est permistio, propter idiomatum communicationem. Cæterum novum illud, cum assumpta natura, genus mistionis est, et mira ac singularis permistio.

A ποιητὴς ταύτης. Ὑλικὸν δὲ αἴτιον τῆς κλίνης τὸ ξύλον· ἄνευ γὰρ ὕλης οὐκ ἂν γένοιτο κλίνη. Εἰδικὸν δὲ σχῆμα ταύτης καὶ ἡ ἰδέα. Τελικὸν δὲ ἡ ἐν ταύτῃ τῶν ἀνθρώπων ἀνάπαυσις, διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν τὴν κλίνην ἐξεργαζόμεθα. Ὁ μὲν Ἀριστοτέλης τὰς τέσσαρας ταύτας αἰτίας οἶδεν. Ὁ δὲ Πλάτων ἑτέρας δύο προστίθησι, τὴν ὀργανικὴν, οἷον τὸν πρίονα, ἢ τὸ τέρετρον, δι' ὧν τὴν κλίνην πυιοῦμεν· καὶ τὸ παραδειγματικόν· τοῦτο δὲ διττόν ἐστιν, ἡ γὰρ ἔξωθεν ἔκκειται, καὶ πρὸς εἰκόνα πᾶς τεχνίτης ποιεῖ τὸ τεχνιτευόμενον, ἡ δὲ ἐν τῇ διανοίᾳ λαμβάνει τὴν ἀνατύπωσιν.

ξγ'. Περὶ σχημάτων.

Σχῆμά ἐστι ποιότης τῶν μαθηματικῶν σωμάτων ἀποπεράτωσις. Μαθηματικὸν δὲ σῶμά ἐστιν ἅπαν B τὸ ἐσχηματισμένον, οἷον τὸ στογγύλον, τὸ τρίγωνον, τὸ τετράγωνον, τὸ πεντάγωνον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Τὰ τοίνυν τέσσαρα στοιχεῖα περιφερῆ δογματίζουσι. Πλάτων δὲ καὶ περιφερῆ καὶ ἐν διαφόροις πλάττει σχήμασι· τὴν μὲν γὰρ γῆν διὰ τὸ εὐέδραστον καὶ τὸ βεβηκὸς αὐτῆς, κυβοειδῆ λέγει· ἑδραῖος γὰρ καὶ ὁ κύβος. Τὸ δὲ πῦρ διὰ τὸ ἄνω φέρεσθαι καὶ εἰς ὀξὺ ἀπολήγειν ἀπὸ πλατείας βάσεως, πυραμοειδὲς τίθησι, καὶ τὰ πολλὰ ἑτέρως χρηματίζει. Στρογγύλα δὲ αὖθις ταῦτα τίθεται, διότι ὁ οὐρανὸς κυκλοφερόμενος περιτορνεύει τὴν τούτων ἐπιφάνειαν.

ξδ'. Περὶ χρωμάτων.

Χρῶμά ἐστιν ὁρατὰ ποιότης τῆς τῶν σωμάτων C ἐπιφανείας, Ὁ δέ γε Πλάτων καινόν τινα τρόπον διερμηνεύει περὶ χρωμάτων. Λέγει δὲ ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων σωμάτων καὶ ἀπὸ ὁρώνυων ὀμμάτων ἀπόῤῥοιαί τινες πέμπονται, αἵτινες ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ διαστήματος γενόμεναι τὰς ἰδέας τῶν χρωμάτων ποιοῦσιν. Οὐ πᾶσι δὲ φασὶν ὁμοίως τὰ αὐτὰ φαίνεσθαι χρώματα, ἀλλὰ πρὸς τὰς διαφόρους κράσεις τῶν ὁρώντων καὶ ὁρωμένων τὰς χρόας μεταχρώννυσθαι· τοῖς μὲν γὰρ ἰκτεριῶσιν, ὠχρὰ τὰ ὁρώμενα φαίνεται· τοῖς δὲ τὴν κόρην ξανθὴν ἔχουσι, ξανθά· τοῖς φλέγμα περὶ τοὺς ὑμένας τῶν ὀφθαλμῶν ἔχουσιν, ὑπόλευκα· καὶ ἄλλοις ἄλλως, κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν κράσεων.

ξε'. Περὶ μίξεως καὶ κράσεως·

Ἡ μὲν μίξις ἕνωσίς ἐστι σωμάτων κατὰ παράθεσιν, ὡς ἐπὶ ἐλαίου καὶ ὕδατος. Οὐ γὰρ δι' ὅλου ταῦτά κίρ- D νανται ἀλλὰ κατὰ τὰς ἄκρας ἐπιφανείας αὐτῶν ἑνοῦται. Ἡ γὰρ κάτω ἐπιφάνεια τοῦ ἐλαίου μίγνυται τῇ ἄνω ἐπιφανείᾳ τοῦ ὕδατος. Κρᾶσις δὲ ἐστὶν ὅταν τὰ ἑνούμενα σώματα δι' ἀλλήλων ἀνακραθῇ, ὡς ἐπὶ οἴνου καὶ ὕδατος. Καὶ τὰ μὲν μιγνύμενα σώματα ἐκ μέρους μὲν ἑνοῦται, ἀσύγχυτα δὲ μένει· τὰ δὲ κεραννύμενα δι' ἀλλήλων μὲν διήκει καὶ τέμνει, καὶ τέμνεται καὶ συγκέχυται. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἕνωσις καὶ μίξις ἐστι διὰ τὸ ἀσύγχυτον, καὶ κρᾶσις διὰ τὸν τρόπον τῆς ἀντιδόσεως. Ἔστιν οὖν αὐτῷ πρὸς τὸ πρόσλημμα, καὶ ἡ μίξις καινὴ, καὶ ἡ κρᾶσις παράδοξος,

ξς'. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.

Γένεσις λέγεται ἡ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι μεταβολή. Γένεσιν δέ τινες καὶ τὴν κίνησιν ὠνομάκασι, καθό φασιν ὑπὸ γένεσιν εἶναι τὸν κόσμον, τοῦτ' ἔστιν, ὑπὸ κίνησιν. Φθορὰ δέ ἐστιν ἡ ἀπὸ τοῦ ὄντος εἰς τὸ μὴ εἶναι μεταβολή. Πᾶν οὖν τὸ ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι γενόμενον, καὶ ἀπὸ τοῦ γενέσθαι φθειρόμενον, ὑπὸ γένεσιν ἐστὶ καὶ φθοράν. Κατὰ γοῦν τὸν ἡμέτερον λόγον καὶ τῷ κόσμῳ γένεσις ἕπεται· ἦν γάρ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ ἔσται ὅτε οὐκ ἔσται. Αὔξησις μὲν οὖν καὶ ἀλλοίωσις καὶ φορὰ καὶ ἡ ἀπὸ τόπου εἰς τόπων μετάβασις κινήσεις εἰσί. Γένεσις δὲ καὶ φθορὰ οὐκ εἰσὶ κινήσεις, ἀθρόως γὰρ τὸ γενόμενον γέγονε, καὶ τὸ φθαρὲν ἔφθαρται.

ξζ'. Περὶ σωμάτων.

Σῶμά ἐστι τὸ πλάτος ἔχον καὶ μῆκος καὶ βάθος. Καὶ ἔστι μῆκος μὲν λόγου χάριν, τὸ ἀπὸ κεφαλῆς εἰς πόδα· πλάτος δὲ τὸ ἀπὸ τῆς δεξιᾶς χειρὸς εἰς τὴν ἀριστερὰν, ἢ τὸ ἀνάπαλιν· βάθος δὲ τὸ ἀπὸ τῶν στέρνων ἐπὶ τὰ νῶτα, ἢ τὸ ἔμπαλιν. Πᾶν δὲ σῶμα ἢ βαρὺ ἢ κοῦφόν ἐστι. Καὶ τὸ μὲν βαρὺ κάτω φέρεται, τὸ δὲ κοῦφον ἄνω φέρεται. Τόποι δὲ τῶν σωμάτων τῶν μὲν κούφων, ὁ ἄνω τοῦ παντὸς τόπος· τῶν δὲ βαρέων ὁ κάτω. Καὶ κουφότατον μὲν τὸ πῦρ, ὡς πᾶσιν ἐπιπολάζον· βαρύτατον δὲ γῆ, ὡς πᾶσι ὑποκείμενον. Πᾶν δὲ σῶμα, ἐν μὲν τῷ οἰκείῳ τόπῳ ἑστὼς, οὔτε βαρὺ οὔτε κοῦφον· ὅτε δὲ ἀποστῇ τῶν οἰκείων τόπων, καὶ μέλλει πρὸς αὐτοὺς ἀπιέναι, τότε ἢ βαρύτητα ἔχει ἢ κουφότητα.

ξη'. Περὶ ἐλαχίστων.

Ἐλάχιστα φασὶν οἱ φιλόσοφοι σωμάτιά τινα ὧν οὐκ ἔστιν ἕτερα σμικρομερέστερα. Καὶ ὑποτίθενται ἀμερῆ τινα ἤτοι σμικρομερῆ καὶ ἄογκα, ἤτοι σμικρομεγέθη, ἀρχὰς τῶν ὄντων· ἀρχὰς δὲ οὐ ποιητικάς, ἀλλ' ὑλικάς. Λέγεται πάλιν ἐλάχιστον ἑτέρῳ λόγῳ, οἷον ἀριθμητικοὶ λέγουσιν ἀριθμοὺς διπλασίους καὶ τριπλασίους καὶ ἑτέρους τοιούτους, οἷον διπλάσιος, λόγου χάριν, ὁ ὀκτὼ τοῦ τέσσαρα, καὶ τῶν δύο ὁ τέσσαρα, καὶ τοῦ ἑνὸς ὁ δύο, τοῦ δὲ δύο πρὸς τὸ ἓν διπλασίου λόγου οὐκ ἔστι ὑποδεέστερος ἕτερος. Ἐλάχιστος οὖν διπλάσιος, ὁ δύο πρὸς τὸ ἕν· καὶ ἐλάχιστος τριπλάσιος, ὁ τρία πρὸς τὸ ἕν. Λέγεται ἐλάχιστον καὶ τὸ κατ' εὐτελισμὸν γενόμενον, ἀλλὰ κυρίως ἐλάχιστον κατὰ φιλοσόφους, τὸ βραχύτατον σωμάτιον ὀνομάζεται·

ξθ'. Περὶ διαφορᾶς γνώσεως.

Πρώτη ἐστὶ καὶ ὑψηλοτέρα τῶν γνώσεων ἁπασῶν ἡ τῆς προνοίας, ἥτις ἐστὶν ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ. Ὁ τοίνυν Θεὸς ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα καὶ ὑπὲρ αὐτὸν τὸν νοῦν ἔχων τὴν δύναμιν, καὶ κυρίως ἓν ὑπάρχων, αὐτῷ δὲ τῷ ἑνὶ μόνῳ προνοεῖν λέγεται πάντων. Δευτέρα δὲ ἐστι γνῶσις ἡ νοερὰ αὐτοῦ τοῦ παντελῶς τοῦ ὁλικῶς τὰ πάντα νοοῦντος. Τρίτη μετ' αὐτὴν γνῶσις ἡ τῆς λογικῆς ἡμῶν ψυχῆς, ἥτις διαιρεῖται εἰς δόξαν καὶ ἐπιστήμην. Ἀλλ' ἡ μὲν δόξα τῶν κινουμένων ἐστὶ γνῶσις, ἤτοι τῶν μεταβαλλομένων, ἡ δὲ ἐπιστήμη, τῶν ἀκινήτων, οἷον, ψυχῆς καὶ νοῦ καὶ τῶν

A

66. *De generatione et corruptione.*

Generatio dicitur mutatio a non esse ad esse: et sunt qui generationem etiam motum appellant, quo sensu mundum generationi, hoc est motui, aiunt esse obnoxium. Corruptio contra est mutatio ab esse ad non esse. Quidquid igitur, cum non esset fit, et cum existat corrumpitur, generationi et corruptioni dicitur subjacere. Ex nostra adeo sententia ad mundum etiam generatio pertinet: erat enim quando non erat, et erit quando non erit. Cæterum augmentatio quidem ac mutatio et agitatio et de loco in locum translatio motus sunt, generatio autem et corruptio non sunt motus, continenter enim ac simul fit quod fit, et corrumpitur quod corrumpitur.

B

67. *De corporibus.*

Corpus est quod habet latitudinem, longitudinem et profunditatem. Longitudo dicitur verbi gratia a capite ad pedes, latitudo a manu dextra ad sinistram aut vicissim, profunditas a pectore ad tergum aut vice versa. Omne corpus grave aut leve est. Grave deorsum fertur, leve tendit sursum. Loca corporum, levium quidem supremus omnium, gravium infimus. Ac levissimum est ignis, qui fertur super omnia corpora; terra gravissimum, omnibus subjacens. At corpus omne in naturali suo constitutum loco nec grave nec leve est, quando autem a naturali loco abest et ad eum tendit, tunc vel gravitate præditum est vel levitate.

C

68. *De parvissimis corpusculis.*

Parvissima sive minima philosophi vocant corpuscula quædam quibus nulla alia parviora reperiuntur, supponuntque illa esse in nullas partes divisibilia, minutissima et mole destituta, atque exsilia, principia corporum, non efficientia sed materialia. Dicitur et alio sensu parvissimum sive minimum apud arithmeticos, quando de numeris duplicibus vel triplicibus aut aliis ejusmodi tractant, verbi gratia octo sunt duplum quaternarii, quatuor binarii, duo unarii. Non datur vero alius numerus duplus infra binarium, minimus igitur duplus est binarius respectu unitatis, uti ternarius est minimus triplus ad eamdem unitatem. Dicitur et minimum quod ad tenuitatem redactum est, sed peculiari ratione philosophis parvissimum corpusculum

D ita nominatur.

69. *De variis generibus cognitionis.*

Prima et sublimior cognitionum omnium est providentia, quæ est actio Dei. Deus siquidem super omnia quæ sunt et super ipsam mentem potentia pollens, et proprie unum exsistens, hoc ipso solo uno omnibus providet. Altera cognitio est intellectualis, qua mens suprema universe omnia intelligit. Tertia post hanc est cognitio in anima nostra, quæ in opinionem et scientiam distinguitur. Ex his opinio est cognitio rerum mobilium mutabiliumque: scientia immobilium, ut animæ, mentis, atque aliorum ejusmodi. Quarta et postrema cognitio es

irrationabilis animæ nostræ sensatio et phantasia, res particulares apprehendens.

A τοιούτων. Τετάρτη γνῶσις καὶ τελευταία, ἡ τῆς ἀλόγου ψυχῆς, αἴσθησις καὶ ἡ φαντασία, μερικῶν πραγμάτων ἀντιλαμβανόμεναι.

70. *Quomodo semper operante Deo, non semper ejus reddimur participes.*

Quamvis Deus semper operatur, illius tamen non semper paticipes reddimur propter nostram ineptitudinem ad eum recipiendum. Sicut enim sole per meridiem luce omnia implente non omnes in eum intueri possunt, sed qui firma oculorum acie gaudent, ita nec Dei participes fieri omnes queunt, licet ille quovis sole splendidiorem lucem intelligibilem exerit, sed tantum illi qui intellectualem mentis oculum purgatum in anima sua gerunt. Sed et ipsa pura mens sæpius in percipiendo divino laborat splendore, quoniam non omnino libera et immaterialis, sed materiæ et corpori est conjuncta. Erit autem, quando post solutionem a corpore et speratam restitutionem, sine intermissione aciem in Deum intentam habebit.

ρ'. Πῶς οὐκ ἀεὶ μετέχομεν τοῦ Θεοῦ, ἀεὶ ἀνεργοῦντος αὐτοῦ.

Οὐ μετέχομεν ἀεὶ τοῦ Θεοῦ, εἰ καὶ ἀεὶ ἐνεργεῖ οὗτος διὰ τὴν ἡμετέραν ἀνεπιτηδειότητα πρὸς τὴν μέθεξιν. Ὥσπερ γὰρ τοῦ ἡλίου τὸ μεσημβρινὸν ἅπαντα καταλαμβάνοντος, οὐ πάντες εἰς αὐτὸν ἐνατενίζειν δύνανται, ἀλλ' οἱ ἐῤῥωμένον τὸν ὀφθαλμὸν ἔχοντες· οὕτως οὐδὲ τοῦ Θεοῦ πάντες μετέχειν δύνανται, κἂν ἐκεῖνος ὑπὲρ ἥλιον ἀεὶ τὸ νοητὸν φῶς ἐξαπλοῖ, ἀλλὰ μόνοι οἱ τὸ νοερὸν ὄμμα κεκαθαρμένον ἐν τῇ ψυχῇ φέροντες. Κάμνει δὲ πολλάκις καὶ αὐτὸς ὁ καθαρὸς νοῦς πρὸς τὴν ἀντίληψιν τῶν θείων αὐ-
B γῶν, διότι οὐκ ἔστιν ἐλεύθερος οὐδὲ παντάπασιν ἄϋλος, ἀλλ' ἔνυλος καὶ σωματικός. Ἔσται δὲ ὅτε, μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀπόλυσιν καὶ τὴν ἐλπιζομένην ἀποκατάστασιν, διηνεκῶς ἀτενίσει Θεῷ.

71. *Num quid in angelis sit mali?*

Gregorius Theologus Oratione in Christi nativitatem angelos ad malum moveri posse negat. Non ignorans tamen diabolum, angelus cum esset, malum factum esse, difficulter saltem illos moveri posse innuit. At sapientiores Græcorum, angelos Deo proximos ac veluti in foribus divinitatis constitutos arbitrantes, mali participes fieri posse inficiantur. Cum enim silentii divini sint interpretes, bonitatisque nuntii, quomodo, inquiunt, mali esse possunt? angelorum quippe genus assimilant Deo, a quo dependet, ut per puram similitudinem proprietatem ejus possit hominibus notam facere. Angelos porro vocant universas quæ sub Deo sunt potestates.

οα'. Εἰ ἔστι τι ἐν ἀγγέλοις κακόν.

Ὁ μὲν Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τοῖς τοῦ Χριστοῦ γενεθλίοις βούλεται μὲν ἀκινήτους εἶναι τοὺς ἀγγέλους πρὸς τὸ κακόν. Εἰδὼς δὲ τὸν διάβολον, ἄγγελον μὲν ὄντα, κακὸν δὲ γεγονότα, δυσκινήτους αὐτοὺς ἀποφαίνεται. Οἱ δὲ σοφώτεροι τῶν Ἑλλήνων ἐν προθύροις τοῦ Θεοῦ τοὺς ἀγγέλους ἑστῶτας οἰόμενοι, ἀμετόχους αὐτοὺς τοῦ κακοῦ φασι. Τοὺς γὰρ ἀπαγγέλλοντας τὴν θείαν σιγὴν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐκφαίνοντας, πῶς ἂν φασὶν εἶναι κακούς; Ἀφομοιοῦσι γὰρ
C τὸ ἀγγελικὸν φῦλον τῷ Θεῷ ἀφ' οὗ ἐξήρτηται, ἵνα διὰ τῆς ἀκραιφνοῦς ὁμοιότητος ἐκφαίνειν αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἰδιότητα δύνηται. Ἀγγέλους δὲ τὰς μετὰ Θεὸν πάσας δυνάμεις κατονομάζουσιν.

72. *Num incorporalia sint in loco?*

Corpus et incorporale sibi opponuntur. Si igitur corpus in loco est, incorporale non est in loco. Si enim uni oppositorum erit unum e contrariis, alteri alterum erit. Itaque si corpori quod incorporali contrarium est competit esse in loco, incorporali competet non esse. Nam et quæ proprie incorporalia sunt, præstantiora sunt, quam ut sint in loco, neque localiter corporibus sunt præsentia, sed relatione, uti anima post solutionem a corpore, si pura et affectibus libera discesserit, non habebit relationem ad corpus quod reliquit. Si vero affectum servaverit, amat id etiam solutum, et amoris relatione versus illud fertur, et substantia quidem atque essentia corpori incorporale non est præsens, affectu tamen quando vult ad illud veluti prorepit.

οβ'. Εἰ ἐν τόπῳ τὰ ἀσώματα.

Ἐναντία εἰσὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ ἀσώματον. Εἰ οὖν τὸ σῶμα ἐν τόπῳ, τὸ ἀσώματον οὐκ ἐν τόπῳ. Εἰ γὰρ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον, καὶ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐνάντιον. Οἷον, εἰ τῷ σώματι τὸ εἶναι ἐν τόπῳ, ἐναντίῳ ὄντι τῷ ἀσωμάτῳ τὸ μὴ ἐν τόπῳ εἶναι. Τὰ γὰρ κυρίως ἀσώματα, κρείττονα εἰσι τούτου, καὶ τοπικῶς οὐ πάρεισι τοῖς σώμασι, τῇ δὲ σχέσει πάρεισιν αὐτοῖς· οἷόν τι λέγω· ἡ ψυχὴ μετὰ ἀπόλυσιν τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος, εἰ μὲν καθαρῶς ἀπαλλαγῇ καὶ ἀπαθῶς,
D οὐκ ἔχει σχέσιν πρὸς τὸ σῶμα ὃ ἀπολέλοιπεν· εἰ δὲ ἐμπαθῶς, ἀγαπᾷ αὐτὸ καὶ διαλυθὲν, καὶ ἡ ἀγάπη σχέσις πρὸς αὐτὸ, καὶ ὑποστάσει μὲν ἡ οὐσίᾳ οὐ πάρεστι τὸ ἀσώματον τῷ σώματι, ῥέπει δὲ πρὸς αὐτὸ ὅταν βούληται.

73. *Num materia sit bona?*

Plato philosophus in *Timæo* materiam velut matrem et nutricem generationis rerum pulchrarum, causamque sociam creationis mundi prædicat; sed ubi Eleates hospes loquitur, ipsa causa esse dicitur inordinationis in universo. At in Philebo dialogo eam a Deo repetens, divinam et [quia a Deo pro-

ογ'. Εἰ καλὸν ἡ ὕλη.

Πλάτων ὁ φιλόσοφος ἐν μὲν τῷ Τιμαίῳ μητέρα καὶ τιθηνὸν τῆς τῶν καλῶν γενέσεως, καὶ συναιτίαν τῆς τοῦ κόσμου δημιουργίας αὐτὴν ἀποφαίνεται· ἐν δὲ τοῖς τοῦ Ἐλεάτου ξένου λόγοις, αἰτίαν αὐτὴν λέγει τῆς τοῦ παντὸς ἀταξίας. Ἐν δὲ τῷ διαλόγῳ τῷ καλουμένῳ Φιλήβῳ, ἀπὸ Θεοῦ καὶ ταύτην παρ-

άγων, ἔνθεον αὐτὴν καὶ ἀγαθὸν διὰ τὴν ἀπὸ Θεοῦ γέννεσιν ἀποφαίνεται. Πρόκλος δὲ ὁ φιλόσοφος οὔτε ἀγαθὸν αὐτὴν οἴεται οὔτε κακόν. Ὡς μὲν γὰρ ἔσχατον τῶν ὄντων καὶ πόῤῥω τοῦ ἀγαθοῦ, οὐκ ἀγαθὸν λέγει. ὡς δὲ αἰτίαν δημιουργικὴν, ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἀναγκαζόμενος τιθέναι, μέσην αὐτὴν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ τιθεὶς ἀναγκαῖον ἐπονομάζει. Τὸ γὰρ ἐνδεὲς αὐτῆς τῶν ἀγαθῶν, συντελεῖν λέγει πρὸς τὴν τῶν αἰσθητῶν δημιουργίαν, ὅπερ ἀναγκαῖόν ἐστι.

οδ'. Περὶ τῆς πρὸς τὸ Θεῖον τῶν ὄντων ἐπιστροφῆς.

Τῶν παρὰ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθέντων, τὰ μὲν ἔστι μόνον ὄντα, ὡς τὰ ἄψυχα σώματα, τὰ δὲ καὶ ὄντα καὶ ζῶντα, καὶ νοοῦντα, ὡς αἱ ψυχαὶ καὶ οἱ νόες. Ἕκαστον οὖν πρὸς τὸν Θεὸν ἀφ' οὗ παρήχθη κατὰ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν ἐπιστρέφει, τὸ μὲν ζῶον καὶ οὐσιῶδες καὶ γνωστικόν. Ἕκαστον γὰρ ὡς προῆλθεν' οὕτω καὶ ἐπέστραπται. Τοῦτο δὲ τὸ φιλοσόφημα καὶ ὁ φιλόσοφος Πρόκλος ἐν τοῖς κεφαλαίοις αὐτοῦ τίθησι καὶ διευκρινεῖ. Καὶ πρὸ τούτου ὁ Ἀρειοπαγίτης Διονύσιος σαφέστερον τούτου διακριβοῖ, καὶ ἐστὶν ὁ λόγος τῶν πάνυ σπουδαζομένων, σαφέστατός τε καὶ ἀκριβέστατος ὤν.

οε'. Περὶ χρόνου.

Ὁ χρόνος ἐπινοίας ἀνθρωπίνης ἐστὶ νόημα καὶ ὄνομα. Ἐπειδὴ γὰρ μὲν αἰώνια ἀεὶ ὄντα καὶ ἀκίνητά ἐστι, τὰ δὲ ὑπὸ κίνησιν ῥέοντα καὶ φθειρόμενα, αὐτὸ δὴ τὸ μέτρον τῆς κινήσεως χρόνον ὠνόμασαν οἱ φιλόσοφοι. Οὐδὲ γὰρ αὐθύπαρκτον πρᾶγμα ὁ χρόνος ἐστὶν, οὐδὲ σῶμα φαινόμενον, οὐδὲ ἀσώματός τις ὑπόστασις, ὥσπερ ἡ φύσις καὶ ἡ ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς, ἀλλὰ πρᾶγμα ἐν ἐπινοίᾳ μονῃ κείμενον. Ἡ τοίνυν ψυχὴ ἑνωθεῖσα τῷ Κρείττονι, ἐν τῷ ἑστῶτι αἰῶνι ἐστίν. Ἀφειμένη δὲ τοῦ αἰῶνος καὶ περί τι πρᾶγμα τῆς γενέσεως κινηθεῖα, χώραν τῷ χρόνῳ δίδωσιν· οὐδὲν οὖν ἕτερόν ἐστιν ὁ χρόνος ἢ μέτρον κινήσεως.

ος'. Περὶ κινήσεως.

Δυσκατανόητόν τι πρᾶγμα ἡ κίνησις. Ἔστι δὲ εἶδός τι καὶ ἐνέργεια κινουμένου πράγματος, καθ' ὃν χρόνον κινεῖται. Οἷόν τι λέγω, ἔστι τι πρᾶγμα αὐξανόμενον, καὶ ἄλλο ἀλλοιούμενον, καὶ ἄλλο φερόμενον· καὶ τοῦ μὲν αὐξανομένου κίνησις ἡ αὔξησις, τοῦ δὲ φερομένου ἡ φορὰ, καὶ ὅλως τοῦ γενομένου ἡ γένεσις. Ἔστιν οὖν ἡ κίνησις, οὔτε ἀρχὴ οὔτε τέλος, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ τούτων. Τῆς γὰρ οἰκοδομήσεως οὔτε ἡ ἀρχὴ κίνησις, οὔπω γὰρ κεκίνηται· οὔτε τὸ τέλος, πέπαυται γὰρ τὸ οἰκοδομηθέν· τὸ δὲ ἐν μέσῳ τούτων, οἷον ἡ οἰκοδόμησις, τοῦτο κίνησίς ἐστιν. Ὅπερ δὴ καὶ ἐνδελέχειαν Ἀριστοτέλης ὠνόμασεν.

οζ'. Περὶ ἀνάγκης.

Ἀνάγκην ὀνομάζουσιν οἱ φιλόσοφοι δύναμίν τινα ἀναγκαστικὴν τοῦ ἀποτελέσματος· οἷόν τι λέγω· ἡ ἀστρολογία τῶν ἄστρων σχημάτων ἐξήρτηται, καὶ τῶν ὑψωμάτων, καὶ τῶν φάσεων, καὶ τῶν οἰκοδεσποτῶν καὶ τῶν ἄλλων. Ὅταν οὖν συνδράμῃ πάντα πρὸς τὸ γενέσθαι, καὶ μηδέν τι ἦν ἀντιπίπτον ἢ

A gnata est bonam affirmat. Verum Proclus philosophus neque bonam illam putat neque malam : quatenus enim entium infimum sit,et a bono principali longius remotum,haud equidem bonam esse: quatenus vero causam demiurgicam necessario accensere bonis cogitur, mediam eam inter bonum malumque ponit et appellat necessitatem.Defectum enim qui in illa est bonitatis, conferre ait ad facienda sensilia, quod ipsum necessitatis est.

74. *De entium reversione ad Deum.*

Rerum quas Deus cum non essent fecit exsistere, alia sunt tantummodo entia, ut corpora inanimata, alia entia et viventia quoque et intelligentia, ut animæ ac mentes. Ad Deum igitur a quo profecta sunt singula pro suæ ratione substantiæ iterum
B convertuntur,sive animal sit vivum, sive substantia tantummodo, sive præditum intellectu ac cognitione.Unumquodque enim uti processit ita etiam redit. Hanc philosophicam propositionem, Proclus quoque capitibus suis inseruit discussitque,et ante eum Dionysius Areopagita dilucidius etiam et accuratius exposuit, singulari enim diligentia,perspicuitate et cura hac de re est commentatus.

75. *De tempore.*

Tempus a cogitatione hominum concipitur et nomen accepit. Cum enim aliæ res sint æternæ, quæ semper exsistunt suntque immobiles, aliæ sub motione constitutæ et fluxæ corruptibilesque, mensurationem motionis philosophi tempus appellarunt. Neque enim res per se subsistens tempus est, neque
C corpus quod sensibus percipi potest, neque substantia incorporalis, ut natura, anima, mens : sed aliquid in sola positum cogitatione. Quando igitur anima Deo, jungitur, in ævo stabili constituta est; cum autem ævo veluti emissa, ad generationis conditionem movetur,locum in se facit tempori.Tempus igitur nihil aliud est quam mensuratio motionis.

76. *De motu.*

Res difficilis explicatu motus. Est enim ratio quædam, et rei quæ movetur, actio eo tempore quod movetur. Uti v. g. est aliquid quod crescit, quod mutatur,quod fertur sive agitatur; atque ille quidem motus quo crescit aliquid, dicitur incrementum, motio rei agitatæ latio sive agitatio, et universe rei nascentis generatio. Motus igitur nec
D principium est nec finis, sed medium inter utraque.Ut in ædificatione nec principium est motio, nondum enim movetur; neque finis, jam enim desiit ædificari; sed media in his, ædificatio nempe, motio est, quam etiam endelechiam Aristoles nuncupavit.

77. *De necessitate.*

Necessitatem philosophi appellant potentiam coactam ad effectum, uti astrologia omnia refert ad astrorum aspectus,altitudines, apparentias,dominum genituræ et similia. Si igitur omnia concurrant ut fiat aliquid vel non fiat, nec sit quidquam adversans vel contrarium, hoc necessitatem

appellarunt, utpote quod evitari et mutari nequeat. Cujus vero particularia tantum signa se offerunt, ut fieri possit, hoc vocarunt contingens, veluti quod possit fieri et non possit. Proprie autem contingens est res sub arbitrio nostro posita, et æquale ac par momentum ad alterutram partem secum habens.

78. *De fato.*

Fati rationes si quis accurate intelligat, unde dependeat, quæque ejus sit natura, maximum philosophiæ partem comprehendit; nam a vulgo quidem contemnitur, at sapientiores hoc nomen suspiciunt et mirantur. Ut vero generatim dicam, fatum est natura mundi, quæ movet corpora: particulatim autem est reflexus quidam radius providentiæ, curatioque quæ non directo motu utitur, uti proprie dicta providentia, sed tempore et loco ad effectum indiget, unde et nomen apud Græcos habet, diciturque εἱμαρμένη quasi εἱρομένη sive connexa quædam natura et complicata ex pluribus. Incorporales igitur res sub sola sunt providentia, corpora autem sub providentia et fato.

79. *De fortuna et casu.*

Fortuna accuratiores philosophi non acceperunt, ut quibusdam persuasum est, pro re irrationabili sine ordine et nexu, sed statuerunt esse consecutionem indefinitam in rebus ex proposito et propter finem aliquem susceptis. Verbi gratia exiit aliquis domo lavandi causa, hoc ex proposito et propter aliquem finem fecit, ut nempe in balneo lavaretur. At progressus incidit in thesaurum: hujus inventionis causam, fortunam appellarunt sapientes. Casui vero tam in rationabilibus quam irrationabilibus locum esse affirmant: in rationabilibus quidem, ut si homo cultellum tenens illum manibus excidere patiatur, illeque rectus infigatur terræ; in irrationabilibus vero, ut si equus dominum excusserit, et hic casu quodam illæsus abeat.

80. *De ævo ac tempore.*

Entia quædam et substantiam et actum æternum habent, ut mens. Hujus enim et substantia nescia mutari et actus minime transitorius aut mutabilis est, simul enim in se omnia mens possidet. At corporis et substantia et operatio temporaria est. Sic v. g. nostrum corpus substantiam temporariam habet, paulatim enim augetur: et operationem, non enim simul omnia agit. At anima substantiam quidem habet æternam, neque enim sensim nata est, operationem autem tempori subjectam, neque enim simul omnia cogitat, sed ex una cogitatione descendit ad aliam. Tale etiam est cœlum, substantia nimirum æternum, sed ratione motionis suæ tempori et ipsum subjectum.

81. *De quinque sensibus.*

Visio fit, quando ex oculis procedens lux occurrit lumini a corporibus visis promananti, quod Plato

ἀντικείμενον ἀνάγκην τοῦτο εἰρήκασιν, ὡς ἀπαραίτητόν τε καὶ ἀμετάθετον. Τὸ δὲ ἐν μερικοῖς σημείοις τὴν δύναμιν ἔχον, τοῦτο ἐνδεχόμενον ἀπεφήναντο, ὡς δυνάμενον καὶ γενέσθαι καὶ μὴ γενέσθαι. Κυρίως δὲ ἐνδεχόμενόν ἐστι, τὸ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν κείμενον [καὶ τὴν ἐφ' ἑκάτερα ῥοπὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν δεχόμενον.

οη΄. Περὶ εἱμαρμένης.

Τὴν εἱμαρμένην εἴ τις γνοίη σὺν ἀκριβείᾳ, καὶ ὅθεν καὶ ὁποία τὴν φύσιν, μερίδα πρὸς φιλοσοφίαν μεγίστην παρείληφε, παρὰ μὲν γὰρ τοῖς πολλοῖς, ἀτιμάζεται τοὔνομα, παρὰ δὲ τοῖς σοφωτέροις θαυμάζεται. Ἔστι δὲ γενικῶς εἰπεῖν, ἡ φύσις τοῦ κόσμου ἡ κινοῦσα τὰ σώματα· κατὰ μέρος δὲ δευτέρα τις προνοίας ἔλλαμψις καὶ ἐπιστασία, οὐ καθ' εὐθεῖαν τὴν κίνησιν ἔχουσα, ὥσπερ ἡ κυρίως ἐστὶ πρόνοια, ἀλλὰ δεομένη καιροῦ καὶ τόπου εἰς ἀποτέλεσμα, ὅθεν καὶ εἱμαρμένη λέγεται ὡς εἱρομένη τις φύσις καὶ συμπεπλεγμένη διὰ πολλῶν. Τὰ μὲν οὖν ἀσώματα ὑπὸ πρόνοιαν ἐστὶ μόνην· τὰ δὲ σώματα ὑπὸ πρόνοιαν καὶ εἱμαρμένην.

οθ΄. Περὶ τύχης καὶ αὐτομάτου.

Τὴν τύχην οὐχ, ὡς νομίζουσί τινες, οἱ ἀκριβέστεροι τῶν φιλοσόφων ἐδέξαντο οἷον ἄλογόν τινα φύσιν καὶ μὴ ἔχουσαν τάξιν, μηδὲ εἱρμὸν, ἀλλά παρακολούθημα ταύτην ἀόριστον ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν, καὶ ἕνεκά τινος γενομένην ὡρίσαντο. Οἷον προελήλυθέ τις ἐκ τῆς οἰκίας λουσόμενος· αὕτη ἡ πρόοδος ἐκ προαιρέσεως καὶ ἕνεκά τινος πράγματος, τοῦτ' ἔστιν τοῦ λούσασθαι. Εἶτα προερχόμενος ἔτυχε θησαυρῷ· τὴν οὖν αἰτίαν τῆς εὑρέσεως τοῦ θησαυροῦ τύχην ὠνόμασαν οἱ σοφοί. Τὸ μέντοιγε αὐτόματον καὶ ἐν τοῖς λογικοῖς καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις τιθέασιν. Ἐν μὲν τοῖς λογικοῖς, ὅταν μαχαιρίδιον ἀπό τινος κρατοῦντος ἐκπεπτωκὸς κατ' ὀρθὸν ἐμπαγείη τῇ γῇ· ἐν δὲ τοῖς ἀλόγοις, ὅταν τις ἵππος τὸν δεσπότην ἀποβαλὼν, ἀπὸ ταυτομάτου διασωθείη.

π΄. Περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου.

Τῶν ὄντων τὰ μὲν καὶ τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχει αἰώνιον, οἷον ὁ νοῦς. Τούτου γὰρ καὶ ἡ οὐσία ἀκίνητος, καὶ ἡ ἐνέργεια ἀμετάβατος (7*). Ὁμοῦ γὰρ ἔχει ἐν αὐτῷ πάντα. Τὸ δὲ σῶμα καὶ τὴν οὐσίαν ἔγχρονον ἔχει καὶ τὴν ἐνέργειαν. Οἷον καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα καὶ τὴν οὐσίατ ἔγχρονον ἔχει, καὶ κατὰ μικρὸν αὐξάνεται, καὶ τὴν ἐνέργειαν, οὐ γὰρ ὁμοῦ ἐνεργεῖ πάντα. Ἡ δὲ ψυχὴ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν αἰώνιός ἐστιν, οὐδὲ γὰρ κατὰ μικρὸν γεγένηται· κατὰ δὲ τὴν ἐνέργειαν χρόνου μετέχει· οὐ γὰρ ὁμοῦ ἔχει πάντα τὰ νοήματα ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου μεταβαίνει εἰς ἕτερον. Καὶ ὁ οὐρανὸς δὲ τοιοῦτός ἐστιν, καὶ αἰώνιος μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν, κατὰ δὲ τὴν κίνησιν ὑπὸ χρόνον καὶ αὐτὸς κείμενος.

πα΄. Περὶ τῶν πέντε αἰσθήσεων.

Ἡ ὅρασις γίνεται ὅταν τὸ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν φῶς ἐκφερόμενον συναντήσῃ τῷ ἀπὸ τῶν σωμάτων

NOTÆ.

(7*) Al. ἀμετάβλητος.

συῤῥέοντι, ὅπερ ὁ Πλάτων ὀνομάζει συναύγειαν. A Ἀκούομεν τῷ κενῷ τῷ ἐντὸς τοῦ ὠτὸς, τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ διηχοῦν κατὰ τὴν τοῦ πνεύματος ἐμβολήν. Ὀσφραίνομεν δὲ τῷ ἡγεμονικῷ τῷ ὄντι ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ, ἕλκοντι δὲ διὰ τῶν ἀναπνοῶν τὰς ὀσμάς. Γεύομεν δὲ τῇ ἀραιότητι τῆς γλώττης καὶ τῇ μαλακότητι, καὶ διὰ τὸ συνάπτειν τὰς ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν φλέβας τὴν φύσιν. Ἡ δὲ φωνὴ πνεῦμά ἐστι διὰ τοῦ στόματος, ἀπὸ διανοίας ἠγμένον. Ἅπτομεν δὲ ὅλῳ τῷ σώματι, διότι ἀποπερατώσεις εἰσὶ, δι' ὧν αἰσθάνομεν ὧν ἁπτόμεθα.

πβ'. Εἰ ἀληθὲς τὸ καταβασκαίνεσθαί τινας ὑπὸ τῶν ὁρώντων.

Οὐ ψεῦδος ἐστι τὸ καταμαραίνεσθαί τινας καὶ καταβασκαίνεσθαι ὑπὸ τῆς τῶν ὁρώντων ὄψεως. Πολυκίνητος γὰρ ἡ ὄψις οὖσα μετὰ πνεύματος αὐτὴν B ἀφιέντος. Πυρώδη καὶ θαυματικήν τινα διασπείρει δύναμιν, ὥστε πολλὰ καὶ πάσχειν καὶ ποιεῖν δι' αὐτῆς τὸν ἄνθρωπον. Καὶ τῶν ἐρωτικῶν, ἃ δὴ μέγιστα καὶ σφοδρότατα παθήματα τῆς ψυχῆς ἔστιν, ἀρχὴν ἡ ὄψις ἐνδίδωσιν, ὥστε ῥεῖν καὶ λείβεσθαι τὸν ἐρωτικὸν, ὅταν ἐμβλέπῃ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ καλοῖς. Τὸ γὰρ, διὰ τῶν ὀμμάτων ἐκπίπτον, εἴτε φῶς εἴτε ῥεῦμα ὁ τοὺς ἐρῶντας ἐκτήκει καὶ ἀπόλλυσι, τοιαύτη γίνεται διάδοσις καὶ ἀνάπληξις ὑπὸ τῆς ὄψεως. Αἱ γὰρ τῶν καλῶν ὄψεις, κἂν πάγο πόῤῥωθεν ἀντιβλέπωσι, πῦρ ἐν ταῖς τῶν ἐρωτικῶν ψυχαῖς ἀνάπτουσι. Καὶ τὸ σῶμα δὲ τῶν ἐρωμένων καὶ ὁρωμένων βλάπτεται ἐν ταῖς τοιαύταις ἀποφοραῖς.

πγ'. Πῶς αἱ συλλήψεις γίνονται.

Ἡ σύλληψις τῶν ζώων γίνεται, καὶ μάλιστα τῶ C ἀνθρώπων, ὅταν ἐπιτήδειος, καὶ ξηροτέρα συμμέτρως ἡ μήτρα γένηται πρὸς τὴν παραδοχὴν τοῦ σπέρματος τῶν καταμηνίων συνεπισπωμένων ἀπ παντὸς ὄγκου μέρος τι τοῦ καθαροῦ αἵματος. Συμβάλλεται δὲ καὶ τὸ θῆλυ πρὸς τὴν κύησιν ἐξυγραινομένη τὴν μήτραν ἐν ταῖς μίξεσιν, ἡ δὲ ὑγρασία αὕτη σπέρματος μὲν οὐκ ἔχει λόγον, οἷον δὲ ὕλη γίνεται τῇ καταβολῇ τῆς ἀνδρείας γονῆς. Καὶ τὸ μὲν τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα εἰς τὰ στερεώτερα μέρη τοῦ σώματος ἐξαρκεῖ, οἷον ὀστᾶ, καὶ νεῦρα καὶ φλέβας καὶ ἀρτηρίας, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἀπὸ δὲ τοῦ θήλεος, εἰς τὰ ὑγρότερα μέρη τοῦ σώματος, αἷμα φημὶ καὶ ἀμφοτέρας τὰς χολάς. Ἢ μᾶλλον πάντα ἐξ ἀμφοτέρων, ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ ἄῤῥενος πλέον ἔχει, τὰ δὲ τοῦ θήλεος ἐπ' ἔλλατον.

D

πδ'. Πόθεν γίνονται τῶν γονέων αἱ ὁμοιώσεις καὶ αἱ πρὸς τούτους ἀνομοιότητες.

Τὸ ἀποκρινόμενον σπέρμα, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ἢ ἀπὸ τῆς γυναικός· τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, λόγους ἔχει τῶν ἐν αὐτῷ ἠθῶν καὶ τρόπων καὶ τῆς μορφῆς, καὶ ἀπὸ μητρὸς δὲ ὡσαύτως· Ὅταν οὖν ἄμφω τὰ σπέρματα συγκραθῇ, εἰ μὲν ἐπ' ἴσης, ἔχει τὸ γεννώμενον ἴσην καὶ πρὸς τὸ ἄῤῥεν καὶ πρὸς τὸ θῆλυ τὴν ὁμοιότητα. Ὅταν δὲ τὸ ἄῤῥεν κατακρατήσῃ τοῦ θήλεος, τῷ ἄῤῥενι παρόμοια τὰ τικτόμενα ἀποτελεῖται· ὅταν δὲ τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, ἀπεικασμένα πρὸς τὴν μητέρα. Ὅταν δὲ ἡ ἐν τῷ σπέρματι θερμασία ἐξατμισθῇ, οὐδενὶ τῶν τοκέων πλατ-

A συναύγειαν appellat, nos corradiationem sive concursum radiorum dicere possumus. Audimus per cavitatem vacuam, quæ in aure est, irruente spiritu personantem. Olfacimus mente quæ in cerebro residet et per spiracula odores attrahit. Gustamus raris et mollibus linguæ partibus, quandoquidem et venas corporis natura ad illam adnexuit. Vox est spiritus per os mente auctore emissus. Tangimus toto corpore, quippe cui superficies et extrema sunt, per quæ sentimus cum contingimur.

82. *Num verum sit aliquos a videntibus fascinari ?*

Non est mendaciis ascribendum quosdam acie videntium contactos marcere et fascinari. Visio B enim cum spiritu eam emittente mobilis valde est, et ignem mirificamque spirat vim, ut multa homo per illam efficere nec minus affici ac pati possit. Et amor qui affectus animi est maximus ac vehementissimus, initium capit a conspectu, itaque amantes fluunt velut ac liquefiunt, quando pulchros ac formosos vident, nam quæ per oculos incidit in eos lux sive effusio radiorum amantes perdit facitque contabescere, tanta est ex visu alteratio et perculsio. Nam formosorum conspectus etiamsi e longinquo respiciunt, ignem in amantium animis accendunt. Sed et corpus amatorum conspectorumque per ejusmodi radiorum emissiones afficitur.

83. *Quando fetus concipiatur ?*

C Conceptio animalium, et hominum maxime fit, quando uterus est idoneus et temperate siccus ad recipiendum semen: menstruis ex universa massa partem puri sanguinis attrahentibus. Confert etiam femina ad conceptionem, uterum in congressus humectando, qui tamen humor non habet seminis rationem, sed velut materiam præbet dejecto virili semini. Atque semen viri firmioribus corporis partibus componendis insumitur, ut ossibus, nervis, venis, arteriis, et similibus: feminæ autem debilioribus, sanguini nimirum et utrique bilis generi. Aut potius omnia hæc ex utrisque seminibus constant, nisi quod masculum præpollet, femininum minus habet virtutis.

D 84. *Unde contingat similes vel dissimiles parentibus nasci liberos ?*

Excretum semen vel a viro est, vel a femina. Illud viri in se habet rationes morum et indolis ac formæ viri, et hoc feminæ similiter. Quando igitur utraque permiscentur, si quidem æqualiter, infans qui nascitur ex utriusque parentis similitudine æqualiter participabit. Si autem feminino semini prævaluerit masculum, patri similia nascentur: si contra masculo femininum, matrem similitudine referent. Quod si calor qui est in semine exspiraverit, neutri parentum conformabitur quod nascitur. Sæpius etiam femina inter concipiendum

hunc vel illam imaginante, infans ei quod mater imaginata est assimilatur.

85. *Quomodo fiant somnia?*

Multæ sunt causæ somniorum. Alia enim rationabili animæ nostræ, mente mediante, immittuntur divinitus; alia sunt veluti echo quædam ac resonantia diurnarum actionum; alia a phantasia efformantur, imaginante et offerente nobis diurnos amores, vel alium affectum animæ nostræ. Alia a quatuor humoribus sive temperamentis excitantur, unde et colores humoribus illis similes habent, quæ in quiete videntur. Alia produnt causas habere in nobis artes quas didicimus, vel negotia quæ tractamus, unde philosopho philosophica, rhetori rhetorica, geometræ geometrica se offerunt insomnia. Non una igitur somniorum causa est, sed ut dixi varia ac multiplex.

86. *De sanitate, morbo* (8) *et senectute.*

Sanitatis causa et conservatrix est æqualis temperatura caloris, frigoris, humiditatis et siccitatis, quorum si unum cæteris prævaleat, morbus oritur. Plurimi certe morbi per anomaliam sive irregularitatem horum in corpore elementorum generantur. Inferuntur morbi etiam nimia repletione vel cruditate aut corruptione ciborum. At sanitatis conciliatrix est ordinata diæta et tranquillus sorteque sua contentus animus. Fœtus in utero formatur a die tricesima sexta, et membris perfectus esse incipit a quinquagesima. Quanquam Hippocrates in masculis, quod calidiores sint, articulationem membrorum a vicesima sexta die fieri affirmat, feminas autem intra secundum mensem articulari, intra quartum perfici.

87. *Quare qui jejunarunt, sitiunt magis quam esuriunt?*

Sitimus magis quando jejunamus, quam esurimus, quoniam calidum quod in nobis est, primo loco quidem consumit quod a cibis est reliqui, deinde vis illa ignea in nobis convertit se ad ipsam naturalem corporis humiditatem, eamque quærit ac depascit. Hinc veluti in luto sequitur siccitas, et potu magis indigere corpus contingit, donec in bibentibus confirmatus atque iterum vires recipiens calor appetitum validum cibi injiciat. Namque calidum in nobis cibo maxime indiget, ut facile etiam extra nos observare possumus nec aerem, nec aquam, nec terram alimento inhiare, nec propinqua consumere, sed solum ignem, quare et senes facillime ferunt jejunium, siquidem hebes jam et exiguus in illis calor est. Etiam animalibus sanguine destitutis, quia calore non æque abundant, cibo minus est opus.

88. *De cœli substantia.*

Plato philosophus ex quatuor elementis omnia

A τόμενον ὁμοιοῦται. Πολλάκις δὲ καὶ τῆς γυναικὸς φάντασίας ἐν τῷ τίκτειν λαβούσης τοῦδε ἢ τῆσδε, πρὸς τὸ φαντασθὲν ἀπεικάζεται τὸ γεννώμενον.

πε'. Πῶς οἱ ὄνειροι γίνονται.

Πολλαὶ τῶν ὀνείρων εἰσὶν αἰτίαι· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσὶ θεόπνευστοι ἄνωθεν διὰ μέσου τοῦ νοῦ τῇ λογικῇ ψυχῇ ἡμῶν ἐγγινόμενοι, οἱ δὲ οἷον ἀπηχήματα εἰσὶ τῶν ἡμερινῶν πράξεων. Οἱ δὲ ἀπὸ φανταστικῆς ἐντυποῦνται δυνάμεως, φανταζούσης ἡμῖν τοὺς ἡμερινοὺς ἔρωτας, ἢ ἄλλο τι πάθος ψυχῆς. Ἕτεροι δὲ ἀπὸ τῶν τεσσάρων χυμῶν ἀνεγείρονται, ὅθεν καὶ τὰ χρώματα τῶν ὁρωμένων, ὅμοια τοῖς τῶν χυμῶν ἔχουσι. Οἱ δὲ τὰς αἰτίας ἡμῖν ἐκφαίνουσι τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, περὶ ἃ τὴν πραγματείαν ἔχομεν. Φιλοσοφικὰ οὖν τῷ φιλοσόφῳ
B τὰ ὀνείρατα, καὶ τῷ ῥήτορι τὰ ῥητορικὰ, καὶ τῷ γεωμέτρῃ τὰ γεωμετρικά. Οὐ μία οὖν αἰτία τῶν ὀνειράτων, ἀλλὰ πολλαὶ, ὡς εἴρηται.

πς'. Περὶ ὑγείας, καὶ νόσου καὶ γήρως,

Ὑγείας αἴτιον καὶ συνεκτικὸν ἡ τῶν δυνάμεων ἰσονομία, θερμότητος, ψυχρότητος, ὑγρότητος, ξηρότητος. Ὅταν δὲ τούτων ἓν καταδυναστεύσῃ τῶν ἄλλων, ἡ νόσος γίνεται. Αἱ δὲ πλεῖσται τῶν νόσων δι' ἀνωμαλίαν τῶν ἐν τῷ σώματι στοιχείων γινονται. Ἐπειτάγονται δὲ αἱ νόσοι τῷ σώματι, καὶ διὰ πλήθους τροφῶν, καὶ δι' ἀπεψίας καὶ φθορᾶς. Ἡ δὲ εὐταξία καὶ ἡ αὐτάρκεια ὑγείας περιποιητικά. Μορφοῦται δὲ τὰ ζῶα ἐν γαστρὶ ὄντα, ἀπὸ ἕκτης καὶ τριακοστῆς ἡμέρας, τελειοῦται δὲ τοῖς μορίοις ἀπὸ τῆς πεντηκοστῆς, Ἱπποκράτης δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἀῤῥένων, διὰ τὸ θερμότατα εἶναι, τὴν διάρθρωσιν γί-
C νεσθαι ἀπὸ τῆς ἕκτης καὶ εἰκοστῆς, ἐπὶ δὲ τῶν θηλυκῶν ἐν διμήνῳ μὲν διαρθροῦσθαι, ἐν τετραμήνῳ δὲ τελειοῦσθαι λέγει.

πζ'. Διὰ τί οἱ νηστεύοντες διψῶσι μᾶλλον, ἢ πεινῶσιν;

Διψῶμεν μᾶλλον, ὅταν νηστεύσωμεν, ἢ πεινῶμεν, διότι τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν πρῶτον μὲν καταβόσκεται τὸ ἐν σώματι περισσεύει τροφῆς, εἶτα ἐπ' αὐτὴν βαδίζει τὴν σύμφυτον λιβάδα τῆς σαρκὸς ἡ ἐν ἡμῖν πύρωσις, τὸ νοτερὸν διώκουσα, καὶ τὸ δίυγρον. Γενομένης οὖν ὥσπερ ἐν πηλῷ ξηρότητος, ποτοῦ μᾶλλον τὸ σῶμα δεῖσθαι πέφυκεν, ἄχρις οὗ πιόντων ἀναῤῥωσθὲν καὶ ἰσχύσαν τὸ θερμὸν ἐμβριθοῦς τροφῆς ὄρεξιν ἐργάσηται. Τὸ γὰρ ἐν ἡμῖν μάλιστα δεῖται τροφῆς θερμὸν, ὥσπερ ἀμέλει βλέπομεν ἔξω
D μήτε ἀέρα, μήτε ὕδωρ, μήτε γῆν ἐφιέμενα τρέφεσθαι, μήτε ἀναλίσκοντα τὸ πλησιάζον, ἀλλὰ μόνον τὸ πῦρ. Διὰ ταῦτα καὶ οἱ γέροντες ῥᾷστα νηστείαν φέρουσιν· ἀμβλὺ γὰρ ἐν αὐτοῖς καὶ μικρὸν ἤδη τὸ θερμόν ἐστι. Καὶ τὰ ἄναιμά δὲ τῶν ζώων τροφῆς ἥκιστα προσδεῖται, δι' ἔνδειαν θερμότητος.

πη'. Περὶ τῆς τοῦ οὐρανοῦ οὐσίας.

Πλάτων μὲν ὁ φιλόσοφος ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοι-

NOTÆ.

(8) Imo de tempore formationis fetus in utero. Nam de senectute quidem nihil in hoc capite traditur, nisi eo referas, quod bona diæta et tranquillitate animi conservari integram valetudinem, atque adeo senectutem feliciter attingi posse, vere ac prudenter monet.

χείων πάντα πλάττων τὰ σύνθετα, σώματα ἀπὸ τῶν αὐτῶν συγκεῖσθαι καὶ τὸν οὐρανὸν ἀποφαίνεται. Τοσοῦτον δὲ, φησὶ, πρὸς τὰ ἄλλα τὴν διαφορὰν ἔχειν, ὅτι τὰ μὲν ἐπὶ γῆς σώματα ἀπὸ τῆς ἐσχάτης μερίδος τῶν στοιχείων εἶναι, τῆς οἷον παχυτέρας καὶ ὑλωδεστέρας, τὸν δὲ οὐρανὸν ἀπὸ τῆς αὐγοειδεστέρας αὐτῶν μοίρας οὐσιῶσθαι. Ἀριστοτέλης δὲ τὰ μὲν τέσσαρα στοιχεῖα κατ' εὐθεῖαν κινεῖσθαι λαβὼν, τὸν δὲ οὐρανὸν κύκλῳ φέρεσθαι, ἀπὸ τῆς διαφόρου κινήσεως διάφορόν αὐτῷ καὶ τὴν οὐσίαν πρὸς τὰ στοιχεῖα δίδωσι. Καὶ τόν τε οὐρανὸν καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀστέρας καὶ μέχρι σελήνης αἰθέρα καλεῖ, καὶ πέμπτον σῶμα κατονομάζει.

πθ'. Εἰς πόσους κύκλους διαιρεῖται ὁ οὐρανός.

Τὸν οὐρανὸν εἰς πολλοὺς κύκλους οἱ φιλόσοφοι διῃρήκασιν, ὧν πρῶτός ἐστιν ὁ ἰσημερινὸς, ὁ μέσον αὐτὸν τέμνων καὶ διαιρῶν τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια. Ἐφεξῆς δὲ τούτου κατ' ἄμφω τὰ μέρη, κατὰ μὲν τὸ δεξιὸν, θερινὸν κύκλον καὶ τὸν ἀρκτικὸν τιθέασιν· κατὰ δὲ τὸ ἀριστερόν, τὸν νότιον καὶ τὸν ἀνταρκτικόν. Ἕτερον αὖθις κύκλον πλάττουσι τὸν μεσημβρινὸν τὸν ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν εἰς δύσιν κείμενον, καὶ τέμνοντα μὲν τοὺς εἰρημένους πέντε κύκλους, ἐπίσης διαιροῦντα δὲ τὸ ἑῷον μέρος καὶ τὸ ἑσπέριον. Ἕκτον προσονομάζουσι τὸν ὁρίζοντα, τὰ δύο ἡμισφαίρια διαστέλλοντα. Ἕβδομον, τὸν ζωδιακὸν, ἀρχόμενον ἀπὸ τοῦ θερινοῦ, καὶ τέμνοντα τὸν ἰσημερινὸν καὶ λήγοντα εἰς τὸν νότιον.

ρ'. Περὶ τοῦ φαινομένου ἐν τῷ οὐρανῷ γαλακτοειδοῦς κύκλου καὶ λεγομένου Γαλαξίου.

Ὁ τόπος ὡς τ' οὔνομα δηλοῖ, πρᾶγμά ἐστι δεκτικὸν σώματος, ἢ ἀσωμάτου φύσεως. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὕλη τὸ εἶδος δέχεται, τόπος λέγοιτο ἂν ἡ ὕλη τοῦ εἴδους· ἀσώματον δὲ τὸ εἶδος. Πάλιν, ἐπεὶ τὸ διάστημα
C ἔρημον ὂν καὶ κενὸν, σώματα δύναται δέξασθαι, τόπος σωμάτων εἴη ἂν τὸ διάστημα. Κυρίως δὲ τόπος ἐστὶ τὸ ἔσχατον τοῦ περιέχοντος μέρος τὰ σώματα. Οἷον, ὁ ἀὴρ περιέχει τὰ φυσικὰ σώματα, ἀλλ' οὐ πᾶς ὁ ἀήρ· οὐ γὰρ καὶ ὁ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἢ ὁ πλησίον τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ τὸ ἔσχατον μέρος αὐτοῦ περιέχει ἡμᾶς· αὕτη οὖν ἡ τοῦ ἀέρος ἐπιφάνεια, τόπος ἐστὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων.

ριθ'. Περὶ χώρας.

Χώρα ἐστὶ κατὰ τοὺς ἀριθμητικούς. τὸ νοητὸν τῶν ἀριθμῶν διάστημα, οἷον τὸ μεταξὺ τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν δύο, καὶ τοῦ τρία, καὶ τοῦ τέσσαρα, καὶ τοῦ ἐφεξῆς. Ἐπεὶ γὰρ οὐ συνεχής ἐστιν ἡ τάξις τῶν ἀριθμῶν, διαστήματα χώρας ἐπωνομάκασι. Χώραν πάλιν τινὲς τῶν φιλοσόφων εἰρήκασι τὴν μερικὴν τοῦ περιέχοντος
D τὸ σῶμα περιοχὴν, οἷον ὁ πίθος περιέχει τὸν οἶνον. Ὑποκείσθω δὲ ὁ οἶνος περὶ κοίλης, ἀλλ' οὐχ ὅλον τὸ σῶμα τοῦ πίθου τὸν οἶνον ἐδέξατο, ἀλλὰ μόνη ἡ κοίλη αὐτοῦ περιφέρεια. Τοῦτο γοῦν τὸ μέρος χώραν φασὶ τῶν φιλοσόφων τινές. Οὐκ ἀπεικότως δὲ τοῦτο καὶ τόπον τις ὀνομάσειεν.

ρκ'. Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος.

Ὁ μὲν καθ' ἡμᾶς λόγος, οὐδὲ ἀκροθιγῶς τὸ ὠσὶν ἔμψυχον εἶναι τὸν κόσμον προσίεται, προνοίᾳ μέντοιγε διοικούμενον. Οἱ δὲ τελεώτεροι τῶν φιλοσόφων, Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ ὅσοι τούτοις ἐπηκολούθησαν, καὶ ἔμψυχον, καὶ ἔννουν σαφῶς ἀπεφή-

ναντο. Ἐγκλεῖσθαι δὲ οὐ τὰς ψυχὰς ἔν τε τῷ οὐρανῷ A καὶ ταῖς ὑποκειμέναις σφαίραις, ἀλλ' ἀνάπαλιν τὰ σώματα τῶν θειοτέρων ἠρτῆσθαι διωρίκασι. Διακεῖσθαι μέντοι καὶ ὑπὸ φύσιν αὐτὰ νενομίκασιν, οὐκ ἀντικεῖσθαι μέντοιγε τὴν φύσιν οὔτε ταῖς ψυχαῖς τούτωνφ οὔτε ταῖς νοεραῖς διατάξεσιν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν μάλιστα καθευθύτεσθαι. Ἀλλ' οὐδὲ δεσμεῖσθαι τὰς ψυχὰς, ἢ τοὺς νοῦς τοῖς τούτων ᾠήθησαν σώμασιν, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων ἐξάπτεσθαι καὶ καταλάμπεσθαι.

ρκα'. Εἰ ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος.

Οὔτε ἀγέννητος παρ' ἡμῖν ὁ κόσμος δοξάζεται, οὔτε ἄφθαρτος, γεγεννῆσθαί τε γὰρ αὐτὸν παρὰ τῆς Γραφῆς καὶ φθαρήσεσθαι μεμαθήκαμεν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ ἀγέννητον αὐτὸν καὶ ἄφθαρτον τίθεται. Πλάτων δὲ γεννᾷ μὲν αὐτὸν ἐν Τιμαίῳ, ἀποφαίνεται B δὲ μηδὲ φθαρήσεσθαι τὸν ἅπαντα χρόνον. Καὶ ἐπειδὴ ἀντίκειται αὐτῷ, ὅτι σύνθετος ὢν καὶ φθαρήσεται· πᾶν γὰρ τὸ σύνθετον καὶ διαλυτὸν διαστέλλεται λέγων, ὅτι ὅσον μὲν ἐπὶ τὴν φύσιν, φθαρτός ἐστι, σῶμα γὰρ οὐ χωρεῖ ἀϊδιότητα, ἀλλὰ οὐ ἄφθαρτον ἐπεισάκτως παρὰ τοῦ Θεοῦ κομίζεται. Ὁ δέ γε Πρόκλος ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς τοῖς πρὸς Τίμαιον λόγοις, πειρᾶται δεικνύναι βιαιότερον, ὅτι μηδὲ γεννητὸν ὁ Πλάτων τὸν κόσμον οἴεται, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀποφαίνεται, κατὰ δὲ τὸ σύνθετον, ἐπινοίᾳ γεννητόν.

ρκβ'. Εἰ τρέφεται ὁ κόσμος.

Οὐ πόῤῥω μοι εὐηθείας εἶναι δοκοῦσιν οἱ τρέφεσθαι τὸν κόσμον ὑπολαμβάνοντες, εἴτε οὐρανὸν κό- C σμον κατονομάζουσιν ὡς ὁ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ, εἴτε μετὰ τοῦ αἰθέρος καὶ τὰ στοιχεῖα. Εἰ γὰρ τελεώτατος ὁ κόσμος κατ' αὐτοὺς, μάλιστα δὲ καὶ ἀΐδιος, πῶς ἂν δεηθείη τροφῆς; Τὸ γὰρ ἀτελὲς καὶ ἐνδεὲς τρέφεται. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὸ πλῆρες καὶ ἀνενδεές. Εἰ δὲ τὸ τρέφον προσθήκην τῷ τρεφομένῳ ποιεῖ καὶ αὔξησιν. αὐξηθείη ἂν καὶ κόσμος τρεφόμενος, ἀλλὰ καὶ φθίνοι κενούμενος ὥστε μείζων ὁ κόσμος ἑαυτοῦ καὶ ἐλάττων γενέσθαι. Τοῦτο δὲ πρὸς τῷ ἀτόπῳ καὶ γελοῖον ἄντικρυς, Εἰ οὖν οὔτε αὐξήσεως δεῖ τῷ κόσμῳ οὔτε κενώσεως, οὐ τροφῆς ἂν αὐτῷ δεήσοι ποτέ.

ρκγ'. Περὶ τάξεως κόσμου.

Ἐναντίοι πρὸς ἀλλήλους οἱ τῶν Ἑλλήνων σοφοὶ D τὰ μέρη τοῦ κόσμου τιθέασι. Τὸ δὲ ἀληθὲς, ὁ μὲν οὐρανὸς, ὡς μέγιστον σῶμα καὶ κυκλικὸν, καὶ τὰ στοιχεῖα χωρεῖν καὶ συνέχειν δυνάμενον ἐκτὸς τούτων ἐξῳκοδόμηται· ὑπὸ δὲ τὴν κοίλην αὐτοῦ ἐπιφάνειαν, πρῶτα μὲν τὰ ἀπλανῆ τῶν ἄστρων τετάχαται, καὶ ὁ ζωδιακὸς κύκλος, εἶτα αἱ τῶν πλανωμένων ἄστρων σφαῖραί τε καὶ φοραὶ, ὧν ἡ σελήνη τὸ τελευταῖον· ὑπὸ δὲ ταύτην εὐθὺς τὸ ὑπέκκαυμα οἷον ἡ τοῦ πυρὸς δύναμις, εἶτα ὁ ἀὴρ, καὶ μετὰ τούτων τὸ στοιχεῖον τοῦ ὕδατος, τελευταῖον δὲ τὸ τῆς γῆς σῶμα τεθεμελίωται· καὶ πάντα μὲν ἐν πᾶσιν ἐστὶν, ἕκαστον δὲ τῶν στοιχείων ὁλότητά τινα

A aperte statuunt. Neque animas inesse cœlo et infra positis sphæris, sed e contrario corpora ab illis tanquam divinioribus dependere arbitrantur. Atque naturæ quidem etiam subjecta illa putant, sed naturam non adversari illorum animabus aut mentalibus legibus, sed ab illis maxime dirigi neque animas aut mentes ab corporibus illis suis existimarunt alligari, sed ab illis potius suspensa esse et illustrari corpora.

121. *Num mundus ingenitus sit et incorruptibilis.*

Neque ingenitus neque incorruptibilis apud nos christianos mundus esse docetur, quem et factum esse et periturum e Scriptura didicimus. Aristoteles vero et ingenitum illum et incorruptibilem po- B nit. Plato in *Timæo* tradit eum genitum esse, nullo autem tempore corrumpendum. Cui quoniam objici potest, quod cum sit compositus etiam corrumpetur, quidquid enim compositum est etiam dissolvi potest, excipit ille ac respondet, quod naturæ suæ ratione utique sit corruptibilis mundus, corpus enim nullum in se habere sempiternitatem, sed a Deo accepisse esseque illi superadditum ut sit incorruptibilis. Proclus in commentariis sive explanationibus suis in Timæum omni contentione studet demonstrare, quod nec genitum Plato mundum senserit, sed tempore quidem ingenitum esse putat, vel ut rectius dicam confirmare annititur, sed quatenus compositus est, genitum licet cogitare.

122. *Num mundus nutriatur.*

Non longe mihi ab insania videntur abesse qui C mundum nutriri existimant, sive cœlum tantummodo mundi nomine appellant, ut in *Timæo* Plato, sive una cum cœlo etiam quatuor elementa. Si enim, ut ipsi sentiunt, perfectissimus est mundus, maxime atque æternus, qui fieri potest ut cibo indigeat? Nutritur quippe quod imperfectum est et indigens, non vero plenum quod est, et cui nulla re est opus. Nam si per nutrimentum ei qui alitur additur aliquid et incrementum accedit, crescet etiam mundus si alitur, aut si alimento destituatur, marcescet. Erit itaque major se ipso aut minor mundus, quod perspicue absurdum ac ridiculum. Quare si nec incrementi nec evacuationis capax mundus est, neque nutrimento unquam indigebit.

123. *De mundi ordine.*

D Græcorum philosophi in collocandis mundi partibus sibi ipsis invicem adversantur. Vera sententia est quod cœlum tanquam maximum corpus et circulare, atque elementa complecti ac continere aptum, extra illa structum est. Sub hujus concava superficie primum quidem inerrantes stellæ ordinatæ sunt, et zodiacus circulus: deinceps planetarum orbes ac circuli, quorum infima est luna: infra hanc statim ὑπέκκαυμα illud sive fuliginosa exhalatio flammam concipere apta, hinc aer, et deinceps aquæ elementum, ac postremo loco terra fundata est. Sic omnia omnibus insunt, et elementum quodque universitatem quamdam sive totitatem, ut ita

dicam, habet circumscriptam, et omnia invicem sunt superimposita.

124. *Qua causa sit mundum hunc totum inclinari.*

Miror philosophos quosdam existimantes mundum loco suo excidisse, situmque quem primum a Conditore acceperat perdidisse, polumque adeo borealem in altiorem partem elatum, australem vero depressum infra terram, et æquinoctialem zonam versus meridiem inclinatam esse. Usque adeone ignorant quod pro diverso climatum situ, poli jam supra horizontem versantur, nec in mundo quidquam ideo mutatur aut transponitur, quodque australe clima habitandum sortitis polus borealis semper conspicitur et capitibus eorum imminet, australis vero infra terram occultatur. Neutiquam igitur mundus in alteram partem inclinatus est, sed habitationum situs, inclinationem sibi imaginatur.

125. *Quomodo quis per Græcorum demonstrationem perspectum habere possit mundi finem.*

De ultima die et hora, secundum dictum Evangelii, nemo novit nisi Pater, et coæternus ipsi Filius, et Spiritus e Patre procedens. At Græci etiam hanc scire vanis contendunt demonstrationibus. Saturni maxima periodus est annorum ducentorum sexaginta quinque. Jovis annis viginti et septem, Martis ducentis octoginta quatuor, Solis mille quadringentis uno et sexaginta, Veneris mille quadringentis uno et quinquaginta, Mercurii quadringentis octoginta et octo, Lunæ denique viginti quinque annis. Sed magna mundi periodus obsolvitur annis millies septingenties ac quinquagies mille et ter mille ac ducentis; illo tempore omnium planetarum conjunctio fiet in tricesimo gradu cancri vel primo leonis, atque tunc universali mundus obruetur diluvio. Post absolutas periodos minorum in planetis annorum, particulares accidunt eluviones; unicuique enim stellarum errantium maximi, medii et minores anni tributi sunt.

τῶν ἀστέρων, οἱ μερικοὶ κατακλυσμοὶ γίνονται.
καὶ ἐλάττονα ἔτη παράκειται.

126. *Quænam mundi dextra sint, quænam sinistra.*

Ab oriente occasum versus spectantibus dextra mundi sunt septentrionalia, australia sinistra. Sed ab occidente spectantibus ad orientem, australia dextra sunt, sinistra septentrionalia: facieique obversæ sunt occidentales cœli partes, ad iilas enim fertur si quis procedat, post tergum vero sunt orientales, ab his enim recedit. Quod si requiras quænam superiora sunt in cœlo, quæ inferiora, alii quidem philosophi quæ supra caput nostrum sunt superiora statuunt, quæ his sunt opposita habent pro inferioribus. At Aristoteles jam totum cœlum ut superius respectu terræ considerat, jam quod superius vocavit appellat inferius, ac vicissim, nec sine præclara et erudita demonstratione.

127. *De partium terræ mutatione.*

Partes terræ alterantur ratione siccitatis et humiditatis, cum ex humidis fiunt siccæ vel ex siccis

A περιγεγραμμένην ἔχει, καὶ πάντα ἀλλήλοις ἔγκειται.

ρκδ'. Τίς ἡ αἰτία τοῦτον τὸν κόσμον ὅλον ἐγκλιθῆναι.

Θαυμάζω τῶν φιλοσόφων ἐνίων τὸν κόσμον μεταπεσεῖν, καὶ τὴν πρώτην οἰομένων δημιουργίαν ὥσπερ ἐξοτισθεῖσαν τῆς οἰκείας τάξεως, καὶ τὸν μὲν βόρειον πόλον μετεωρισθῆναι, ὑπόγειον δὲ γενέσθαι τὸν νότιον, καὶ τὴν ἰσημερινὴν ζώνην ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν μετεγκλιθῆναι. Τοσοῦτον γὰρ ἠγνοήκασιν, ὅτι παρὰ τὴν διάφορον τῶν κλιμάτων θέσιν οἱ πόλοι νῦν μὲν ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος κύκλου ἑστήκασι, καὶ ἀμετάθετον τὸ πᾶν διατηροῦντι, τοῖς δὲ τὸ βόρειον κλίμα λαχοῦσιν οἰκεῖν, ὁ μὲν ἐκεῖσε πόλος μετέωρος φαίνεται, καὶ ἀειφανής, ὁ δὲ νότιος ὑπὸ τὴν γῆν κρύπτεται· B Οὐ μετεκλίθη γοῦν ὁ κόσμος ἐπ' οὐδὲν μέρος, ἀλλ' ἡ τῶν οἰκήσεων θέσις φαντάζει τὴν ἔγκλισιν.

ρκε'. Πόθεν ἄν τις γνοίη Ἑλληνικαῖς ἀποδεῖξεσι τὴν κόσμου συντέλειαν.

Περὶ τῆς τελευταίας ἡμέρας καὶ ὥρας· οὐδεὶς οἶδε, κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνήν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ συναΐδιος ἐκείνῳ Υἱός, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Ἕλληνες δὲ βιάζονται καὶ ταύτην εἰδέναι διὰ κενῶν ἀποδείξεων. Ὁ Κρόνος ποιεῖ τὴν μεγίστην ἀποκατάστασιν δι' ἐτῶν διακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε· ὁ Ζεὺς διὰ εἴκοσι καὶ ἑπτά· Ἄρης δὲ διὰ διακοσίων ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσιν· ὁ Ἥλιος διὰ χιλίων τετρακοσίων ἑξήκοντα πρὸς τῷ ἑνί· Ἀφροδίτη διὰ χιλίων ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς τῷ ἑνί· Ἑρμῆς διὰ τετρακοσίων ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτώ· C ἡ Σελήνη δι' ἐτῶν εἴκοσι πέντε· Ἡ δὲ κοσμικὴ ἀποκατάστασις γίνεται δι' ἐτῶν μυριάδων ἑκατὸν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε πρὸς τρισχιλίοις διακοσίοις, καὶ τότε γίνεται σύνοδος πάντων τῶν ἀστέρων κατὰ τὴν τριακοστὴν μοῖραν τοῦ καρκίνου, ἢ τὴν πρώτην μοῖραν τοῦ λέοντος, καὶ τηνικαῦτα γίνεται ὁ παντελὴς τοῦ κόσμου κατακλυσμός. Κατὰ δὲ τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ἐλαχίστων ἐτῶν
Ἑκάστῳ γὰρ ἀστέρι πλανήτῃ μέγιστα καὶ μέσα

ρκς'. Τίνα δεξιὰ τοῦ κόσμου, καὶ τίνα ἀριστερά.

Τοῖς μὲν ἐξ ἀνατολῶν πρὸς δύσιν ὁρῶσιν, δεξιὰ τοῦ κόσμου μέρη τὰ βόρεια, ἀριστερὰ δὲ τὰ νότια. Τοῖς δ' ἀπὸ τῆς δύσεως πρὸς τὴν ἀνατολὴν βλέπουσι, δεξιὰ μὲν τὰ νότια ἀριστερὰ δὲ τὰ βόρεια. Καὶ D ἐμπρόσθια μὲν τοῦ οὐρανοῦ τὰ ἑσπέρια μέρη, ὅτι πρὸς ταῦτα φέρεται κινούμενος, ὀπίσθια δὲ τὰ ἑῷα· ἀπ' ἐκείνων γὰρ ὁρμᾶται. Τίνα δὲ κάτω τοῦ οὐρανοῦ καὶ τίνα ἄνω, οἱ μὲν ἄλλοι τῶν φιλοσόφων τὸ μὲν ὑπὲρ κεφαλὴν ἡμῶν ἡμισφαίριον ἄνω τιθέασι, τὸ δὲ ἀντίθετον κάτω, Ἀριστοτέλης δὲ νῦν μὲν ὅλον τὸν οὐρανὸν ἄνω τῆς γῆς ἀποφαίνεται, νῦν δὲ κάτω ἄνω, πλὴν μετὰ θαυμασίας καὶ λογιωτάτης ἀποδείξεως.

ρκζ'. Περὶ μεταβολῆς τῶν τῆς γῆς μερῶν.

Μεταβάλλει τὰ μέρη τῆς γῆς κατὰ τὸ ξηρότερον καὶ ὑγρότερον, ἀπὸ μὲν ὑγροῦ ξηρότερα γινόμενα

καὶ ἀπὸ ξηροῦ ὑγραινόμενα· Συμβαίνει δὲ καὶ τὴν θάλατταν ἠπειροῦσθαι, καὶ τὴν ἤπειρον θαλαττοῦσθαι. Καὶ ἐν μὲν τῷ μεγάλῳ χειμῶνι ἡ ἤπειρος θαλαττοῦται, ἐν δὲ τῷ μεγάλῳ θέρει ἡ θάλασσα ἠπειροῦται· Οἱ αὖ ποταμοὶ ἐν αἰτίᾳ εἰσὶ τοῦ τὴν γῆν τῆς θαλάσσης γυμνοῦσθαι. Ἐμβάλλοντες γὰρ εἰς αὐτὴν τῷ ἐπιφέρειν τὴν ἰλὺν ἠϊόνας ποιοῦσι, καὶ οὕτως ἀπογαιοῦται ὁ ποταμὸς ἐκεῖνος. Μὴ εἰσβάλλοντες δὲ ποιοῦσι τὴν γῆν θαλαττοῦσθαι· ἀλλ' ἐνταῦθα ἠπειρουμένη ἡ θάλασσα, ὠθεῖται εἰς τὴν ἀντιπέραν ἤπειρον, καὶ θαλαττοῖ ταύτην· εἰ δὲ μὴ, παλινοστεῖ τὸ ὕδωρ αὖθις ἐπὶ τὸν οἰκεῖον τόπον, καὶ θαλαττοῦται πάλιν τὸ ἠπειρούμενον.

ρκη'. Περὶ σεισμῶν.

Τὸν σεισμὸν ποιεῖ μὲν ὁ Θεὸς, ὥσπερ δὴ καὶ τ' ἄλλα σύμπαντα, κατὰ τὸ, Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν. Προσεχὲς δὲ τούτου αἴτιον, τὸ ἀναπεμπόμενον ἀπὸ τῆς γῆς πνεῦμα, ὅταν εἴσω τύχοι ῥυὲν τὸ ἔξω ἀναθυμιούμενον· διὰ ταῦτα καὶ νηνεμίας γίνονται οἱ πλεῖστοι καὶ μέγιστοι τῶν σεισμῶν, κατακλείεται γὰρ τηνικαῦτα ὑπὸ γῆν τὸ αἴτιον τῶν σεισμῶν. Γίνονται δὲ ἰσχυρότεροι τῶν σεισμῶν, ὅπου ἡ θάλασσα ῥοώδης καὶ ἡ χώρα σομφὴ καὶ ὕπαντρος. Διὰ γὰρ τὴν στερεότητα τὸ πνεῦμα γινόμενον σφοδρὸν, μᾶλλον σείει τὴν γῆν. Αἵ τε χῶραι ὅσαι σομφοὺς ἔχουσι τοὺς κάτω τόπους, πολὺ δεχόμενοι πνεῦμα σείονται μᾶλλον, ὅτι ἥλιος ἀχλυώδης καὶ ἀμαυρὸς τότε φαίνεται, ὑπονόστησιν ἀρχομένου τοῦ πνεύματος εἰς τὴν γῆν τοῦ διαλύοντος τὸν ἀέρα καὶ διακρίνοντος.

ρκθ'. Περὶ τοῦ μεγάλου χειμῶνος.

Μέγας ἐστὶ χειμὼν ἡνίκα πάντες οἱ πλανῆται ἐν χειμερινῷ ζωδίῳ γίνονται, ἐν ὑδροχόῳ ἐν ἰχθύσι· μέγα δὲ θέρος, ὅταν πάντες ἐν θερινῷ ζωδίῳ γένοιντο· ἐν λέοντι μὲν γινόμενος, ποιεῖ θέρος, ἐν αἰγοκέρῳ δὲ χειμῶνα. Ἔνθεν καὶ ἐνιαυτὸς ὠνόμασται, διὰ τὸ εἰς τὸ αὐτὸ φέρειν τὸν ἥλιον, ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτὸ ἀποκαθίσταται ὁ φωστήρ. Καὶ πάντες μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν ἡμῶν γενόμενοι οἱ πλανῆται ποιοῦσι μέγα θέρος, ἀφιστάμενοι δὲ ἐκ διαμέτρου ποιοῦσι μέγαν χειμῶνα. Καὶ ἐν μὲν τῷ μεγάλῳ χειμῶνι θαλαττοῦται ἡ ἤπειρος, ἐν δὲ τῷ μεγάλῳ θέρει ἠπειροῦται ἡ θάλασσα.

ρλ'. Διὰ τί ἁλμυρὸν τὸ τῆς θαλάττης ὕδωρ ἐστιν.

Ἁλμυρόν ἐστι τὸ θαλάττιον ὕδωρ, διότι ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις ἄπεπτος οὖσα οὐσία παρεμπίπτουσα τῇ θαλάσσῃ ποιεῖ αὐτὴν ἁλμυρὰν καὶ βαρεῖαν. Ἡ αὐτὴ δὲ ἀναθυμίασις ἀπόγειος γινομένη καὶ μιγνυμένη τοῖς θερινοῖς καὶ μετοπωρινοῖς ὑετοῖς ποιεῖ αὐτοὺς ἁλμυρούς. Οἱ δὲ ποταμοὶ οὐ πάσχουσι τὴν ἁλμυρότητα διὰ τὴν ἄπαυστον αὐτῶν ῥεῦσιν. Χρὴ γὰρ στάσεως, ἵνα γένηται ἡ κρᾶσις τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως τοῖς ὑποκειμένοις ὕδασιν. Αἴτιον δὲ τῆς ἁλμυρότητος καὶ ὁ ἥλιος. Τῇ γὰρ οἰκείᾳ θερμότητι ἐξατμίζων τὴν θάλασσαν, καὶ τὸ γλυκύτερον αἴρων καὶ κουφίζων πρὸς τὸν ἀέρα, κάτω ἁλμυρότερον ἐᾷ καὶ βαρύτερον. Ὅτι δὲ παχύτερόν ἐστι τὸ θαλάττιον ὕδωρ τῶν πο-

A humidæ. Contingit et ex mari fieri terram continentem, et terram mutari in mare. Nam et in magna hieme mari terra obruitur, et in magna æstate mare exsiccatur. Fluvii quoque in causa sunt ut mari nudetur terra : dum enim in illud influunt secumque adducunt limum, littus augent, qua ratione etiam fluvius ejusmodi in terram abit; sin vero non influant, faciunt terram, mari obduci. Sed tum mare continenti cedens ad contrarium littus pellitur idque obruit : quod si non possit, recurrit iterum ad suum locum, et quæ jam terra continens facta erat, illam iterum opplet et occupat.

128. *De terræ motibus.*

Terræmotus, ut omnium in natura, auctor est
B Deus, secundum illud (9) : *Qui respicit in terram, facitque eam tremere.* Sed proxima causa est emissus ex terra ventus, quando intus agitari contingit vapores exhalari solitos, quamobrem et vehementissimi et maximi terræmotus sunt nullo vento spirante, hæc enim causa motus a terra includitur. Fiuntque ibi concussiones graviores, ubi mare fluctuosum et terra plena cavernis est ac meatibus : spiritus enim firmo loco inclusus fit vehementior magisque terram quatit, et regiones quibus loca infra terram ita meatibus referta sunt, multum ventum capiunt, magisque concutiunt terram quando sol nubibus obseptus et obscurus est, nam spiritus ille subire extrinsecus terram iterum incipit, qui aerem dissolvit ac serenum reddit.

129. *De magna hieme.*

C Magna hiems est quando omnes planetæ in hiberno erunt signo zodiaci, in aquario vel piscibus. Magna sive magni anni æstas est, quando omnes convenient planetæ in signo æstivo. Sed quidem in leone constitutus æstatem, in sagittario hiemem facit. Hinc et annus ἐνιαυτὸς Græcis, quod solem εἰς τὸ αὐτό in eumdem locum referat, ab uno enim puncto in idem punctum sol redit. Omnes igitur planetæ supra nostrum verticem constituti magnam facient æstatem, e diametro autem a nobis remoti omnes magnam hiemem. Et in magna hieme terra mari obruetur, ut in magna ætate exsiccabitur mare.

130. *Quare maris aquæ salsæ sint.*

Aqua marina salsa est, quoniam vapores fumosi tanquam materia non satis cocta ac digesta
D mari incidentes eam salsam gravemque reddunt. Similes exhalationes e terra factæ mistæque æstivis et autumnalibus pluviis, salsas eas reddunt. Fluvii autem salsedine non afficiuntur propter fluxum suum continuum. Stabilitate enim opus est, ut fumosæ illæ exhalationes subjectis aquis misceantur. Salsedinis etiam causa est sol. Calore enim suo vapores e mari eliciens dulcioresque partes elevans et attollens in auram, salsiores et graviores inferius relinquit. Quod vero marinæ aquæ fluviatilibus crassiores sunt, ad sensum ipsum pate; quæ enim

(9) Psal. CIII, 32.

ob grave onus fluviis vehi non possunt naves, a mari propter illius densitatem facile portantur.

131. *Quæ causa sit quare in mari quoque dulces aquæ reperiantur.*

Causa ob quam dulces etiam in mari aquæ reperiuntur, sunt fluvii in illud defluentes. Sic in ora Gazæ vicina mare aquas dulces habet, quod Nili quædam ostia non procul inde in illud se exonerant. Dum enim vehementia et impetu fluvius devolvitur in mare, scaturitiones veluti quasdam facit, et aquam reddit dulcem. Memineris etiam hoc, quod ab omni magno fonte manat fluvius, et putei quoque fontibus ortum debent : atque alicubi ex profundo terræ loco aquæ scaturiunt : alibi vero e fontibus et scatebris in terræ summitate. At fluvii quidem et scatebræ aquas habent profluentes : putei vero stantes, neque enim promanant. Cæterum Aristoteles mare Erythræum extra Oceanum ponit, quoniam finibus ipsi non jungitur. Est et *locus* eidem dictus *profundus* supra (10) Mæotin paludem, ubi cum multo spiritu aqua dulcissima propullulat.

132. *Quare aqua marina arbores non alantur.*

Non alit aqua marina arbores,quia se non facile insinuat radicibus, nec celeriter in truncum ramosque assurgit,utpote crassior graviorque ac terrestri natura : hoc enim inde demonstratur, quod facilius quam alia aqua fert sustinetque naves et urinatores. Dices et aliam causam, quod aqua marina exsiccat, cum arboribus non ariditate sed humore opus sit. Quod vero siccandi vim habet aqua marina, manifestum est quia juvat contra putrefactionem, quoniam aridas res reddit siccasque ; sed et corpora eorum qui in mari laverunt siccam et asperam superficiem habent. Addes et tertiam causam,quod aqua marina abundat pinguedine, at pinguedo poris arborum se insinuans fœcundas esse non permittit.

133. *Quare oleo in mare effuso perspicua ejus aqua fiat et tranquilla.*

Quia marina aqua terreis et inæqualibus constans particulis traditur,laxaturque olei densitate,deinde recurrente illa ad suam naturam seseque componente fiunt pori quidam et vacua intervalla,quæ oculis liquidam illam faciunt ac perspicuam,et spiritus lævi corpori allabens non turbat aquam jactare. Vel quod oleum æquabile maxime et pingue si aquæ marinæ affundatur, caliginosum in illa aerem dispellit, et lucidiorem facit; tranquillitatem vero facit oleum, dum aquæ marinæ supernatat, nec permittit ex inferiore loco illam exæstuare. Sunt et aliæ multæ harum rerum causæ, sed aliis accuratiores sunt quas attuli.

ταμίων ὑδάτων, δῆλον αἰσθήσει. Εἰ μὲν γὰρ τοῖς ποταμοῖς οὐ δύναται πλεῖν βαρὺν ἔχοντα φόρτον πλοῖα, ἐν δὲ τῇ θαλάσσῃ βαστάζονται ἐλαφρῶς, διὰ τὴν αὐτῇ ὑποκειμένην παχύτητα.

ρλα'. Τίς ἡ αἰτία τοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ γλυκὺ ὕδωρ εὑρίσκεσθαι.

Αἴτιον τοῦ εἶναι γλυκὺ ὕδωρ ἐν τῇ θαλάσσῃ τὸ ποταμοὺς ῥεῖν περὶ αὐτήν. Ὁ γοῦν ἐπὶ Γάζαν πλοῦς ὕδωρ ἔχει γλυκὺ, διὰ τὸ τινὰ στόμια τοῦ Νείλου ἐκεῖσε ἐμβάλλειν. Τῷ γὰρ ῥύμῃ καὶ τῇ ὁρμῇ ἐμβάλλειν ὁ ποταμὸς εἰς τὴν θάλασσαν, οἷον βρύα τινὰ ποιεῖ, καὶ παρέχει ὕδωρ γλυκύ. Καὶ τοῦτο δέ σοι ἰστέον, ὅτι ὁ μὲν ποταμὸς ἀπὸ πάσης μεγάλης πηγῆς ῥεῖ, καὶ τὰ φρέατα δὲ ἀπὸ πηγῶν ἔχουσι τὴν ἀρχὴν, καὶ ὅπου μὲν ἀπὸ τοῦ βάθους τῆς γῆς ἐκδίδοται τὰ ὕδατα, ὅπου δὲ ἀπὸ πηγῶν καὶ κρηνῶν ἐπιπολῆς. Καὶ ποταμοὶ μὲν καὶ κρῆναι ῥευστὰ ἔχουσιν ὕδατα, τὰ δὲ φρέατα, στάσιμα, οὐ γὰρ ἐκρέουσιν. Ἔξωθεν δὲ θαλάσσης ὁ Ἀριστοτέλης τὴν Ἐρυθρὰν λέγει, διὰ τὸ μὴ ἔχειν πέρας. Τόπος δέ ἐστι περὶ τὸν ποταμὸν τὸν βαθύτατον, βαθὺς καλούμενος, ἔνθα ἀναδίδοται ὕδωρ γλυκύτατον μετὰ πολλοῦ πνεύματος.

ρλβ'. Διὰ τί τὸ θαλάττιον ὕδωρ οὐ τρέφει τὰ δένδρα.

Οὐ τρέφει τὰ δένδρα τὸ θαλάττιον ὕδωρ, διότι οὐκ ἐνδύεται ταῖς ῥίζαις αὐτῶν, οὐδὲ ἀναφέρεται ταχέως εἰς τὸ στέλεχος καὶ τοὺς ἀκρέμονας διὰ τὸ παχὺ εἶναι, καὶ ὅτι ἐμβριθές ἐστι καὶ γεῶδες. Τοῦτο δὲ ἀποδείκνυται ἀπὸ του μᾶλλον ἀνέχειν καὶ ὑπερείδειν τὰ πλοῖα, καὶ τοὺς κολυμβῶντας. Εἰπὲ καὶ ἄλλην αἰτίαν, ὅτι ξηραντικόν ἐστι τοῦτο τὸ ὕδωρ· δεῖ δὲ τοῖς δένδροις οὐ ξηρότητος, ἀλλ' ὑγρότητος. Ὅτι δὲ ξηραίνει τὸ θαλάττιον ὕδωρ, φανερὸν καθέστηκεν ἀπὸ τοῦ βοηθεῖν πρὸς τὰς σήψεις, ἐξικμάζον ταῦτα καὶ ἀναξηραῖνον, καὶ τὰ σώματα δὲ τῶν λουσαμένων ἐν τῇ θαλάσσῃ ξηρὰν ἔχει καὶ τραχεῖαν τὴν ἐπιφάνειαν. Εἰπὲ καὶ ἄλλην αἰτίαν ὅτι πολλῆς ἡ θάλασσα μετέχει τῆς λιπαρότητος, τὸ δὲ λιπαρὸν, ἐμπίπτον τοῖς πόροις τῶν δένδρων, οὐκ ἐᾷ ταῦτα καρπογονεῖν.

ρλγ'. Διὰ τί τῆς θαλάττης ἐλαίῳ καταῤῥαινομένης γίνεται καταφάνεια καὶ γαλήνη.

Ὅτι τὴν θάλασσαν γεώδη καὶ ἀνώμαλον οὖσαν ἐξωθεῖ καὶ διαστέλλει τὸ ἔλαιον τῇ πυκνότητι, εἶτα ἀνατρεχούσης εἰς ἑαυτὴν καὶ συστελλομένης γίνονται πόροι τινὲς, καὶ κενὰ διαλείμματα, μεταξὺ διαύγειαν ταῖς ὄψεσι διδόντες καὶ καταφάνειαν· καὶ τὸ πνεῦμα τῆς λειότητος ἀπολισθαῖνον οὐ ποιεῖ πληγὴν, οὐδὲ σάλον. Ἢ ὅτι τὸ ἔλαιον ὁμαλώτατον καὶ λιπαρώτατον ὄν, ἐπιχεόμενον τῇ θαλάσσῃ, διασκίδνησι τὸν ἐν αὐτῇ ζοφερὸν ἀέρα καὶ λαμπρότερον ἀπεργάζεται, γαλήνην δὲ ἐμποιεῖ ἐπιπλέον ἄνωθεν, καὶ οὐκ ἐῶν κάτωθεν αὐτὴν ἀναβράττεσθαι. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ περὶ τούτων αἰτίαι, ἀλλ' αἵγε εἰρημέναι τῶν ἄλλων εἰσὶ ἀκριβέστεραι.

NOTÆ.

(10) In Græco est, *circa fluvium profundissimum*. Sed præ obscuriore illa interpretatione posui *Mæotin paludem*, respecit enim Psellus hæc Aristotelis lib. de Mundo cap. 4 : τὸ δὲ ὑπὲρ Κασπίαν βαθὺν ἔχει τὸν ὑπὲρ τὴν Μαιῶτιν λίμνην τόπον.

ρλδ'. Τίς ἡ αἰτία δι' ἣν ὅταν εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπέσῃ κεραυνὸς, ἅλες ἐξωθοῦσιν. A

Πηγνύμενον τὸ θαλάσσιον ὕδωρ τὰς ἅλας ποιεῖ. Πήγνυται δὲ τοῦ κεραυνοῦ ἐμπεσόντος ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ τὸ γλυκὺ καὶ πότιμον ὕδωρ ἐξάγοντος. Ὅθεν τὸ μὲν λεπτὸν καὶ πότιμον ὕδωρ, οὔθ' ὑπὸ ἡλίου καιόμενον πήγνυται, οὔθ' ὑπὸ κεραυνοῦ, τὸ δὲ ἁλμυρὸν γπ' ἀμφοτέρων τοῦτο πάσχει, καὶ μάλιστα ὑπὸ κεραυνοῦ. Θειῶδες γὰρ ὂν τὸ κεραύνιον πῦρ ὅταν εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπέσῃ, ἐξατμίζει μὲν καὶ ἀναξηραίνει τὸ πότιμον, πήγνυσι δὲ τὸ γεῶδες καὶ ἁλμυρὸν, ὅθεν ἄσηπτα μὲν οἱ κεραυνοὶ ποιοῦσι τὰ σώματα, ἄσηπτα δὲ οἱ ἅλες ἐκτηκομένης ὑπ' αὐτῶν τῆς ὑγρότητος. Ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος τίθησί τε καὶ ἀποδέχεται, καὶ οἱ κρείττονες τῶν Φυσικῶν.

B

ρλε'. Περὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ παλιῤῥοίας.

Τὸ πέλαγος τὸ Ἰωνικὸν ἐκ πολλῆς εὐρυχωρίας ἐν τῇ Εὐβοίᾳ στενούμενον, καὶ καθάπερ διὰ στομίου τινὸς εἰς τὸν Κρισαῖον κόλπον ἐκχεόμενον ἐμμίξεται πρὸς τὴν Αἰγαίαν θάλατταν ἐπειγόμενον ὑπὸ τοῦ τῆς Πελοποννήσου ἰσθμοῦ τῆς πρόσω φορᾶς ἀνακόπτεται, προμηθείᾳ κρείττονι, ὡς ἔοικεν, ἐπικλῦσαι τὴν ἀντίθετον προβολῇ τοῦ αὐχένος ἀποτειχιζόμενον, κἀὶ τούτου δὲ παλιῤῥοίας, ὡς τὸ εἰκὸς, γινομένης. Καὶ περὶ τόνδε τὸν πορθμὸν πλέον ἢ κατὰ τὸν ἄλλον κόλπον θλιβομένου τοῦ ἐπιῤῥέοντος ἐπὶ τῷ ἀνατρέχοντι πολλάκις ἐμπίπτον τὸν βρασμὸν ποιεῖ τὸ ὕδωρ, καὶ κῦμα φλεγμαῖνον ἐγείρει πρὸς τῆς ἀντιτυπίας εἰς κλύδωνα κορυφούμενον.

ρλϛ'. Διὰ τί ὑπὸ τῶν ὑετίων ὑδάνων μᾶλλον ἢ τῶν ἐπιῤῥύτων τὰ δένδρα καὶ τὰ σπέρματα πέφυκε τρέφεσθαι. C

Διότι τῇ πληγῇ διεστῶσι τὴν γῆν καὶ πορους ποιοῦσι καὶ διαδύονται εἰς τὴν ῥίζαν. Ἢ ὅπερ ἀληθέστερον, πρόσφατόν ἐστι καὶ νέον ὕδωρ τὸ ὑόμενον, ἕωλον δὲ καὶ παλαιὸν τὸ λιμναῖον, ἢ ὅτι τὸ ἀερῶδες ὕδωρ πνεύματι μεγιγμένον ὂν, ὁδηγεῖται καὶ ἀναπέμπεται ταχέως εἰς τὸ φυτὸν ὑπὸ λεπτότητος, διὸ καὶ πομφόλυγας ποιεῖ, διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ἀνάμιξιν, ἢ ὅτι τὸ ὄμβριον ὕδωρ γενόμενον ἐν ἀέρι καὶ πνεύματι καθαρὸν καὶ ἀμιγὲς κάτεισι. Τὰ δὲ πηγαῖα καὶ τῇ γονῇ καὶ τοῖς τόποις ὁμοιούμενα δι' ὧν ἔξεισι, πολλῶν ἀναπίμπλανται ποιοτήτων. Πρόσθες καὶ ἄλλην αἰτίαν· εὔσηπτόν ἐστι τὸ ὑέτιον ὕδωρ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ εὔθρεπτον. Πᾶν δὲ ὕδωρ τὸ οὕτως ἔχον, τρέφει τὸ ὑποκείμενον. D

ρλζ'. Διὰ τί τῶν ὀμβρίων ὑδάτων εὐαρδέστερα τοῖς σπέρμασι τὰ μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν ὕδατα.

Πνευματώδη εἰσι διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ταραχὴν καὶ ἀνάμιξιν. Τὸ δὲ πνεῦμα τὴν ὑγρότητα κινοῦν μᾶλλον ἀναπέμπει καὶ ἀναδίδωσιν. Ἢ ὅτι βροντὰς μὲν καὶ ἀστραπὰς ποιεῖ τὸ θερμὸν ἐν τῷ ἀέρι πρὸς τὸ ψυχρὸν μαχόμενον· διὸ καὶ χειμῶνος οὐδαμῶς βρονταί. ἔαρος δὲ μάλιστα καὶ φθινοπώρου· ἡ δὲ θερμότης πίπτουσα τὸ ὑγρὸν προσφιλὲς ποιεῖ τοῖς βλαστάνουσι καὶ ὠφέλιμον. Τὰ μέντοιγε ἐαρινὰ τῶν

134. *Quid sit causæ, quare si fulmine tangatur mare, sal emergat.*

Ex aqua marina coagulata fit sal. Coagulatur autem si fulmine tacta fuerit, idque dulcem atque potabilem aquam subduxerit. Nam tenera quidem ac potabilis aqua nec sole urente, nec fulmine incidente coagulatur; marina autem utroque modo, maximeque a fulmine. Ignis enim ejus sulfureus in mare delatus potabilem aquam absumit atque in vapores abigit, terram autem ac salinam coagulat, unde et corpora fumine tacta incorruptibilia sunt, et salis ope a putredine conservantur, humore per illum exsiccato. Hanc **169** causam Aristoteles philosophus ponit probatque, et præstantiores quique physicorum.

135. *De Euripo sive æstu Euboico.*

Ionum mare ex amplissima latitudine ad Eubœam insulam angusto arctatum freto ac veluti per ostium quoddam in Crissæum sinum se effundens miscetur mari Ægæo, isthmumque subit Peloponnesiacum, atque adeo divina, ut videtur, providentia, prohibetur ne ante se proruat et adversas terras ex angusto loco, quo velut muris inclusum et exaggeratum est, obruat fluctibus. Atque hæc verisimilis est æstus sive refluxus illius causa. Uti et apud istud fretum plus quam in reliquo sinu aquæ arctantur, itaque recurrentibus incidentes veluti effervescunt ac ebulliunt fluctusque faciunt, qui renitentibus undis allisi in æstum exaggerantur.

136. *Quare arbores et semina lætius incrementum capiant a pluvialibus quam fluentibus aquis.*

Quoniam pluviales aquæ, dum cadunt, diffindunt terram porosque et vias aperiunt, et in radicem se insinuant; aut quod verius, quia recens et nova aqua fluvialis est, cum illa ex lacubus sit vetus et a longo tempore. Vel quod pluvialis aqua aereis referta particulis et spiritum admistum habens pro subtilitate sua celeriter in plantam se immittit, unde et propter aerem intermistum bullas excitat. Aut quoniam pluvia aqua in aere et spiritu prognata, pura et sincera descendit, fontana autem refert suas origines assimilaturque locis per quæ transit, atque ita variis qualitatibus repletur. Addes et aliam rationem. Pluvia aqua facile putrescit atque ita facile alteratur. Omnis autem aqua ita comparata nutrit subjectum in quod incidit.

137. *Quare ex aquis pluviis illæ melius rigant quæ cum tonitru cadunt et fulgure.*

Nempe spiritu plenæ sunt, concussu et admisto aere. Spiritus autem humorem magis movet impellitque ac distribuit. Aut quoniam calor frigori repugnans tonitrua facit et fulgura, quare et hieme nulla tonitrua, sed vere maxime et autumno. Calor autem accedens humorem plantis opportunum reddit atque utile. Atque vernæ aquæ seminibus ante æstatem maxime necessariæ sunt, unde regio-

nes in quibus veris tempore plurimum pluit, ut in Sicilia, multos et bonos ferunt fructus.

138. *De lacubus quibusdam.*

Mare quod vulgo vocatur Mortuum in Palæstina crassissimam omnium aquarum vehit et salsissimam, ita ut quidquid in illam injiciatur supernatet nec submergatur. Omnes porro aquæ salsæ vel actu vel potestate calidæ sunt : potestate quidem ut Tyriæ, actu vero ut quæ sunt Gabaris. Et apud Ombricos regio est limosa, in qua plurimus nascitur juncus et calamus, quem urentes regiones incolæ ac redigentes in cinerem, eumque cum aquis coquentes, salem concretum reperiunt. Sed et Sirbonis lacus salsus est, et quantum aquis inest crassitiei, tantum etiam salsedinis adesse solet, ita ut crassissimæ quæque salsissimæ sint. Itaque et mare salsum est, utpote crassum, quoniam ipsi admiscentur fuliginosi et crassissimi vapores.

139. *De fluviis.*

A monte Pannaryo in Asia oriuntur fluvii Bactrus, Choaspes et Araxes. Ex Caucaso monte Phasis multique et magni fluvii alii. Est porro Caucasus omnium montium versus Orientem æstivum et jugorum multitudine et altitudine maximus. Ex Pyrenæo, (11) est is mons in Celtica regione ad occidentem æquinoctialem) nascitur Ister, qui per totam Europam profluit in Euxinum pontum. In ipso septentrione ultra extremam Scythiam montes sunt Riphæi, maximi altissimique. In Africa ex Æthiopicis montibus oriuntur fluvii Ægon, Neosis et Chremetes. Nilus ex monte Argyro, Acheloi origines a Pindo, Strymonis et Hebri a Scombro sunt, qui montes sunt in Græcia.

140. *De incremento Nili.*

Nilus originem habet ex summis Æthiopiæ et ultimis Africæ partibus, ubi clima Orientale desinit, incipitque meridies. Intumescit Nilus æstivo tempore, non ut quibusdam persuasum est quod ab Etesiis contra spirantibus aquæ illius repellantur, cum hi ipsi venti potius circa tropicum æstivum a septentrionali parte meridiem versus omnes nubes contrahant et propellant, donec in Zona torrida cumulatæ cum ulterius progredi inhibentur, copiosis pluviis erumpentibus Nilus turget concitaturque, nec alveo suo contineri se patitur. Tunc dulcissimæ ad potum sunt Nili aquæ, utpote cœlestibus aquis auctæ et maxime salubres ; non amplius calidæ quidem uti initio, sed tamen adhuc ut ab tali initio, tepidæ.

A ὑδάτων ἀναγκαιότερα τοῖς σπέρμασι πρὸ τοῦ θέρους. Ὅθεν ἡ πλεῖστον ὀομένη τοῦ ἔαρος χώρα, καθάπερ ἐν Σικελίᾳ, πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς καρποὺς ἀναδίδωσιν.

ρλη'. Περί τινων λιμνῶν.

Ἡ μὲν καλουμένη παρὰ τοῖς πολλοῖς Νεκρὰ θάλασσα ἡ ἐν Παλαιστίνῃ, παχυτάτη οὖσα, ἁλμυροτάτη ἐστὶ πάντων ὑδάτων, καὶ πᾶν τὸ ἐμβαλλόμενον ἐν αὐτῇ σῶμα ἀνωθεῖται ὑπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ οὐ γίνεται ὑποβρύχιον. Πᾶν δὲ ὕδωρ ἁλμυρὸν θερμὸν μέν ἐστιν ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ· δυνάμει μὲν ὡς τὰ ἐν Τύρῳ, ἐνεργείᾳ δὲ ὡς ἐν Γαδάροις. Καὶ ἐν Ὀμβρικοῖς χώρα ἐστὶν ἰλυώδης, ἐν ᾗ κάλαμοι καὶ σχοῖνοι γίνονται πλεῖστοι· τούτους καίοντες οἱ τῆς χώρας καὶ ἀποτεφροῦντες, καὶ τὴν τέφραν εἰς ὕδωρ ἀφέψοτες τὸ ἐπιπαγὲν ἅλας εὑρίσκουσι. Καὶ ἡ Σερβωνίτης B δὲ λίμνην ἁλμυρά ἐστι· καὶ ὅσον ἂν ἐπιγείνεται ἡ τοῦ ὕδατος παχύτης, τοσοῦτον καὶ ἡ ἁλμυρότης, ὡς εἶναι τὸ παχύτατον ἁλμυρότατον. Καὶ ἡ θάλασσα οὖν ἁλμυρά ἐστι, διότι παχεῖα, διὰ τὸ συμμεμῖχθαι αὐτῇ τὴν καπνώδη ἀναθυμίασιν παχυτάτην οὖσαν.

ρλθ'. Περὶ ποταμῶν.

Ἀπὸ τοῦ Πανναρύου καλουμένου ὄρους τοῦ ὄντος ἐν τῇ Ἀσίᾳ ῥέουσι ποταμοὶ ὁ Βάκτρος καὶ ὁ Χοάσπης καὶ ὁ Ἀράξης. Ἐκ δὲ τοῦ Καυκάσου ὄρους ὁ Φάσις, ἄλλοι τε πολλοὶ ῥέουσι πολὺ καθὰ πλῆθος καὶ μέγεθος ὑπερβάλλοντες. Ὁ δὲ Καύκασος μέγιστον ὄρος τῶν πρὸς τὴν Ἕω τὴν θερινὴν καὶ πλήθει καὶ ὕψει. Ἐκ δὲ τῆς Πυρίνης (τοῦτο δέ ἐστιν ὄρρς πρὸς ουσμὴν τὴν ἰσημερινὴν, ἐν τῇ Κελτικῇ) ῥέουσιν ὅ τε Ἴστρος δι' ὅλης νῆς Εὐρώπης εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. C Ὑπ' αὐτὴν δὲ τὴν ἄρκτον ὑπὲρ τῆς ἐσχάτης Σκυθίας αἱ καλούμεναι Ῥίπται εἰσίν· αἱ δὲ Ῥίπται ὑπερμεγέθη καὶ ὑψηλότατα. Περὶ δὲ τὴν Λιβύην ἐκ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν, ὁ Αἴγὼν, καὶ ὁ Νήοσις καὶ ὁ Χρεμέτης. Τοῦ δὲ Νείλου τὸ ῥεῦμα ἐκ τοῦ Ἀργυροῦ κάτεισιν ὄρους. Καὶ ὁ μὲν Ἀχελῷος ἐκ Πίνδου. ὁ δὲ Στρυμὼν καὶ ὁ Ἕβρος ἐκ τοῦ Σκόμβρου. Ὄρη δὲ ταῦτα περὶ τὸν Ἑλληνικὸν τόπον,

ρμ'. Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως.

Ὁ Νεῖλος τὰς μὲν ἀρχὰς τῆς ῥύσεως, ἐκ τῶν ἄκρων μὲν τῆς Αἰθιοπίας, ἐσχάτων δὲ τῆς Λιβύης λαμβάνει, καθὸ μέρος τὸ κλίμα τὸ ἀνατολικὸν ἀπολῆγον ἀρχὴν τῇ μεσημβρίᾳ δίδωσιν. Αὔξεται δὲ κατὰ τὴν θερινὴν ὥραν, οὐχ, ὥς τινες ᾠήθησαν, πρὸς τῶν ἐτησίων ἀνέμων ἄντικρυ πνεόντων ἀνακοπτόμενος, ἀλλ' αὐτῶν δὲ τούτων τῶν ἀνέμων κατὰ τροπὴν τὴν θερινὴν ἀπὸ τῶν ἀρκτῴων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν πᾶν νέφος ἐλαυνόντων καὶ ὠθούντων, ἕως ἐπὶ τὴν κεκαυD μένην ζώνην συναύξωσι, καθ' ἣν τῆς πρόσω φορᾶς ἀνακόπτονται, καὶ τότε λάβρων ὑετῶν ῥηγνυμένων, ὀργᾶται ὁ Νεῖλος καὶ ποταμὸς εἶναι οὐκ ἀνέχεται. Διὸ πιεῖν τέ ἐστι γλυκύτατος, ἅτε ἐξ ὄμβρων οὐρανίων χορηγούμενος, καὶ θιγεῖν προσηνέστατος, οὐκ ἔτι μὲν θερμὸς ὡς ὅθεν ἤρξατο, ἔτι δὲ χλιαρὸς ὡς ἐκεῖθεν ἀρξάμενος.

NOTÆ.

(11) Abnobam dixisset cum Tacito, Avieno, Plinio et aliis. Sed videtur hic in Græco aliquid desiderari.

ρμα'. Διὰ τί μόνος ποταμῶν ὁ Νεῖλος αὔρας οὐκ ἀναδίδωσιν. A

Μόνος ποταμῶν ὁ Νεῖλος αὔρας οὐκ ἀναδίδωσι, διότι τῶν νεφῶν ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίας παρὰ τῶν ἐτησίων ἀνέμων ἄχρι μεσημβρίαν ἐλαυνομένων, ἡ ἐμπεριεχομένη τούτου ἀτμὶς ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸν τόπον πυρώδους, ἅπασα ἐξικμάζεται, κἀντεῦθεν ὑετοῦ πολλοῦ καταφερομένου ὁ Νεῖλος τῆς οἰκείας ὄχθης ἐξανιστάμενος γεωργεῖ τὰς ἀρούρας, καὶ εἰκότως αὔρας οὐκ ἀναδίδοται, τῆς ἀτμίδος πάσης ἐκτακείσης διὰ θερμότητα. Οὐδὲ ἦν ὁ Νεῖλος αὐξόμενος ἀπὸ χιόνος τηκομένης, ὥς τινες τῶν φυσικῶν φιλοσόφων ᾠήθησαν. Ὅθεν οὐδ' ἔστι αἰτία ἀληθεστέρα τῆς τοῦ ποταμοῦ ἀναβάσεως, καὶ τοῦ μὴ αὔρας ἐξ αὐτοῦ ἀναδίδοσθαι.

ρμβ'. Περὶ τῶν μεγίστων βασιλειῶν. B

Πρώτη τῶν διωνομασμένων βασιλειῶν ἡ τῶν Ἀσσυρίων, μεθ' ἣν ἡ Μηδικὴ, ἐκείνην τε καθελοῦσα καὶ μείζονα δυναστείαν περιβαλλομένη. Πέρσαι δὲ Μήδους καταγωνισάμενοι, τῆς μὲν Ἀσίας ὀλίγου δεῖν πάσης τελευτῶντες ἐκράτησαν· ἐπιχειρήσαντες δὲ καὶ τοῖς Εὐρωπαίοις ἔθνεσιν οὐ πολλὰ ὑπηγάγοντο. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ πλείονι διακοσίων ἐτῶν ἔμειναν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. Ἡ δὲ μακεδονικὴ δυναστεία τὴν Περσῶν ἀρχὴν καθελοῦσα ἄχρι δευτέρας ἢ τρίτης ἴσχυσε προελθεῖν γενεᾶς. Ἡ δὲ Ῥωμαίων πόλις ἁπάσης μὲν ἄρχει γῆς, ὅση μὴ ἀνέμβατός ἐστιν, ἀλλ' ὑπὸ ἀνθρώπων οἰκεῖται. Πάσης δὲ κρατεῖ θαλάττης, καὶ αὐτῆς τῆς ὠκεανίτιδος, καὶ ὅση πλεῖσθαι ἀδύνατος,

ρμγ'. Περὶ χυμῶν.

C Ἐν τῷ γένει ὄντων τῶν χυμῶν ἕνα μόνον τὸν ἁλμυρὸν ἐπ' οὐδενὸς καρποῦ ὁρῶμεν γινόμενον· τὸν μὲν γὰρ πικρὸν χυμὸν ἡ ἐλαία φέρει, καὶ τὸν στρυφνὸν αἱ φοινικοβάλανοι, καὶ τὸν αὐστηρὸν αἱ ῥοαὶ, καὶ τὸν γλυκὺν τὸ μέλι, καὶ τὸν ὀξὺν τῶν μήλων ἔνια, καὶ τὸν δριμὺν πολλὰ τῶν σπερμάτων καὶ τῶν ῥιζῶν· ὁ δὲ ἁλμυρὸς χυμὸς ἀπ' οὐδενός γίνεται. Διότι ἡ θάλασσα διηθουμένη διὰ φυτοῦ τὸ ἁλμυρὸν ἀποβάλλει· γεῶδες γὰρ καὶ παχυμερές ἐστι, καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν φυτῶν τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ καὶ θαλάττιον ἀλλοιούμενον, τὴν μὲν ἁλμυρότητα ἀποτίθεται, ἑτέραν δὲ μεταλαμβάνει ποιότητα. Ἅτε γὰρ παχύτατον ὂν τὸ ἁλμυρὸν οὐ δύναται ἀπὸ τῶν ῥιζῶν εἰς τοὺς κλάδους μετεωρίζεσθαι, εἰ μὴ σὺν τῇ ἁλμυρότητι ἀποβαλῇ καὶ τὴν βαρύτητα.

ρμδ'. Διατί παραβάλλουσιν ἅλας οἱ νομεῖς τοῖς θρέμμασιν. D

Διότι τὴν ὄρεξιν ἡ δριμύτης ἐκκαλεῖται, καὶ τοὺς πόρους ἀναστομοῦσα, ὧδε ποιεῖ τῇ τροφῇ πρὸς ἀνάδοσιν. Ἢ μᾶλλον ὑγιείας ἕνεκα τὸν ἅλα διδόασι τοῖς βοσκήμασι. Νοσεῖ γὰρ τὰ θρέμματα πιαινόμενα, τὴν δὲ πιμελὴν τήκουσιν οἱ ἅλες καὶ διαχέουσιν· ἡ γὰρ κολλῶσα καὶ συνδέουσα τὸ δέρμα πιμελὴ, λεπτὴ καὶ ἀσθενὴς ὑπὸ δριμύτητος γίνεται, καὶ τὸ αἷμα δὲ τῶν τὸ ἅλας διαλειχόντων, λεπτύνεται. Καὶ τὰ

141. *Quare solus e fluviis Nilus auras non emittat.*

Solus e fluviis Nilus auras non emittit, quoniam in nubibus ab Æthiopia usque per etesias meridiem versus propulsis vapores omnes a caloribus illius loci abusumuntur, atque exinde pluviis multis cadentibus Nilus ripas suas egressus agros fecundat, nec mirum est quod auras emittit nullas, vaporibus omnibus a calore jam consumptis. Neque vero, quod philosophis quibusdam persuasum est, a nivibus liquefactis augetur et incrementum capit Nilus, neque verior illa causa est aurarum nullarum a Nilo emitti solitarum, quam incrementi.

142. *De regnis maximis.*

Primum celebrium regnorum fuit Assyrium, inde Medicum quod superius illud evertit,et majus imperium sibi comparavii. Persæ inde Medos debellarunt, et Asia propemodum tota subjugata, conati sunt Europæas etiam nationes oppugnare, paucas tamen subegerunt, principatumque tenuerunt non multo majore quam ducentorum annorum spatio. Macedonum imperium Persas principatu dejecit, et ad secundam vel tertiam vix productum est generationem. Urbs Roma omni terræ, qua non inacessa est, et ab hominibus incolitur, imperat, et toti mari atque oceano, etiam qua navigabilis esse desinit.

143. *De saporibus.*

Ex saporum variis generibus solum salsum in nullo fructu generari observamus, amarum enim oliva fert, astringentem glans unguentaria (12), acerbum malum punicum, dulcem mel, acidum poma quædam, mordicantem multa semina, multæque radices. Salsus vero humor in nullo reperitur. Quare et aqua marina quando plantam subit alitque, salsedinem relinquit quæ terreæ et crassæ naturæ est, et in qualibet planta aquæ salsæ et marinæ naturam mutant, salsedinemque deponunt et aliam indolem induunt. Quatenus enim salsum crassis valde constat particulis, non potest per radices in ramos attolli, nisi salsedinem gravitatemque abjiciat.

144. *Quare pastores pecoribus salem præbeant.*

Quoniam acor appetitum excitat, porosque aperit,quod facit ad meliorem digestionem.Vel potius valetudinis causa dant salem pecoribus, quæ pinguedine quandoque laborant,sal autem absumit et digerit. Pinguedo enim quæ pellem constipaverat et adduxerat, ab acore illo tenuatur, et minuitur, et sanguis pecudum salem lambere jussarum redditur subtilior. Etiam ad generandum aptiores et

NOTÆ.

(12) Phœnicobalanum Græci recentiores ponunt pro myrobalano, cui fructus στυφοὺς sive στρυφοὺς esse testatur Aristoteles lib. I, De plantis. Vide Jo. Bodæum a Stapel ad Theophrastum p. 97.

congressus appetentiores exinde fiunt pecudes, uti canes salsamento vorato libenter impraegnantur. Sed et poeta divinum salem appellat cum ait:

Aspersitque salem divinum...

Divinam enim virtutem sortitus est, quod cadavera mortuorum a putredine, quam passuræ erant, immunia conservat.

145. *Quare polypus mutat colorem, prout saxis adhæserit.*

Constat hoc animal si strepitum aliquem senserit, aut peti se conjecerit, mutari præ timore et colorem alium induere. Assimilat autem se saxorum coloribus, quibus adhæret. Nimirum ab omnibus corporibus ut ære, ferro, lapidibus, effluvia quædam egrediuntur. Cum itaque polypi corpus poros effluviis a rebus illis emanantibus congruentes habeat, colores earum asciscit, suumque iisdem permutat. Quando igitur timet polypus, movet et convertit se, corpusque veluti colligit ac constringit, ut adeo propinquarum rerum effluvia in summitate facile excipiat contineatque. Neque vero polypus neque chamæleon ad alba prope posita mutatur, ineptos enim ad alborem poros habet, aliis vero coloribus congruentes.

146. *Quare planta pedis anterioris in urso suavissima est in cibum.*

Quidquid probe coctum ac digestum, idem suave est; bene coctum autem est quod in primis incaluit; incalescit autem maxime quod maxime agitatur et exercetur, ut pedis anterioris planta, qua ursus et incedit et tanquam manu utitur, qua res oblatas arripit. Unde et volucrium animalium suavissimæ et ad nutriendnm aptissimæ partes sunt quas movent maxime, ut alæ, hisce enim aerem movent ac trajiciunt, cætera autem membra non similiter bene nutriunt. Similiter exercitationes corporis bonum ejus habitum promovent, utpote quibus moventur, coquuntur et tenuantur humores. Neque corporibus tantum, sed animis etiam utilitatem afferunt exercitationes in disciplinis et artibus. Atque secundum Hippocratem motio quandoque interposita corpus confirmat, ignavia corrumpit.

147. *Quare Dorii malum graminis proventum exoptant.*

Graminis mala messis contingit plurima cadente pluvia. Cum enim viride illud pluvia permadens demetitur, facile corrumpitur. At pluviæ frumentum ante æstatem rigantes illud juvant adversus calidas auras et ab austro spirantes, quæ non permittunt fructum in arista condemnari, sed calore suo soliditatem ejus impediunt dissipantque, nisi terra irrigata humor aristam refrigerans atque madefaciens accesserit. Quandoquidem igitur propter pluvias mala fit messis graminis, utpote quod per illas putrescit ac perditur, frumento autem eædem

* *Iliad.* I, 214.

A βοσκήματα δὲ γονιμώτερα καὶ πρόθυμα πρὸς τὰς συνουσίας ἐντεῦθεν καθίστανται, καὶ αἱ κύνες δὲ ταχέως κύουσι, τάριχον ἐπεσθίουσαι. Τὸ δὲ ἅλας θεῖον ὁ ποιητὴς εἴρηκεν ἐν οἷς λέγε·

πάσσε δ' ἁλὸς θείου.

Διότι θείαν κέκτηται δύναμιν, τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων εὔσηπτα, ἄσηπτα ἐργαζόμενον.

ρμε'. Διατί τὴν χρόαν ὁ πολύπους ἐξαλλάττει αἷς ἂν πέτραις προσομιλήσῃ.

Δῆλόν ἐστι τὸ ζῶον καὶ ὅταν ἢ ψόφον τινὰ αἴσθηται, ἢ θηραθῆναι ὑποπτεύσῃ, τρέπεται ὑπὸ δειλείας καὶ μεταβάλλεται. Ὁμοιοῦται δὲ ταῖς χροιαῖς τῶν πετρῶν, αἷς ἐγκάθηται· διότι ἀπὸ πάντων σωμάτων καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ λίθου ἀπόῤῥοιαί τινες B φέρονται. Συμμέτρως οὖν οἱ πόροι τοῦ σώματος τῶν πολυπόδων πρὸς τὰ παρὰ τῶν σωμάτων πεμπόμενα ῥεύματα ἔχοντες, τήν τε χρόαν αὐτῶν ἴσχουσι, καὶ μεταβάλλουσι πρὸς αὐτήν. Ὅταν οὖν δείσῃ περιτρεπόμενος ὁ πολύπους οἷον ἔσφιξε τὸ σῶμα καὶ συνέδησεν, ὥστε προσδέχεσθαι καὶ στέγειν ἐπιπολῆς τὰς τῶν ἐγγὺς ἀποῤῥοίας. Οὔτε δὲ ὁ πολύπους, οὔτε ὁ χαμαιλέων πρὸς τὸ λευκὸν ἀλλοιοῦται, διότι ἀσυμμέτρους ἔχουσι τοὺς πόρους πρὸς τὴν τοιαύτην χροιάν· πρὸς δὲ τὰς ἄλλας ἐπιτηδείως.

ρμϛ'· Διατί τῆς ἄρκτου ἡ παλάμη τῆς χειρὸς φαγεῖν γλυκυτάτη.

Διότι πᾶν τὸ εὔπεπτον, ἥδιστον· εὔπεπτον δὲ τὸ θερμαινόμενον· θερμαίνεται δὲ τὸ μάλιστα γυμναζόμενον, [οἷον ἡ τῆς ἄρκτου τῆς χειρὸς παλάμη]. Καὶ γὰρ ὡς ποδὶ αὐτῇ χρῆται βαδίζουσα, καὶ C ὡς χειρὶ ἀντιλαμβανομένη τοῦ προστυχόντος. Ὅθεν καὶ τῶν πτηνῶν ζώων ἥδιστα καὶ εὔτροφά ἐστι τὰ κινητικώτατα μᾶλλον, ὁποῖά ἐστιν αὐτοῖς τὰ πτερύγια. Τούτοις γὰρ τὸν ἀέρα κινεῖ καὶ διαπερᾷ. Τὰ δ' ἄλλα μέρη οὐχ ὅμοια τούτοις πρὸς εὐτροφίαν ἔχουσι. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ γυμνάσια εὐεξίαν αὐτοῖς σώμασι δίδωσι κινοῦντα καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς χυμοὺς πέπτοντα καὶ ἀπολεπτύνοντα. Οὐ μέχρι δὲ σωμάτων, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὰς τὰς ψυχὰς τὰ ἐν τοῖς μαθήμασι γυμνάσια ὠφέλειαν ἐμποιεῖ. Καὶ κίνησις μὲν μετεζετέρη κατὰ τὸν Ἱπποκράτην, κρατύνει τὸ σῶμα, ἀργία δὲ τήκει.

ρμζ'. Διατί Δωριεῖς εὔχονται κακὴν χόρτου συγκομιδήν.

D Κακὸς συγκομίζεται χόρτος βροχὴν ὅτι πλείστην εχόμενος. Χλωρὸς γὰρ θεριζόμενος σήπεται ταχὺ διάβροχος γεγονώς. Ὑόμενος δὲ πρὸ τοῦ θέρους ὁ σῖτος βοηθεῖται πρὸς τὰ θερμὰ καὶ νότια πνεύματα. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἐᾷ πυκνωθῆναι συνεστάμενον τὸν καρπὸν ἐν τῷ στάχυϊ· ἀλλ' ἐξέστησε καὶ διαχέει τῇ θερμότητι τὴν πῆξιν, ἂν μὴ βεβρεγμένης τῆς γῆς ἡ ὑγρότης παραῤῥεῖ ψύχουσα καὶ νοτίζουσα τὸν στάχυν. Διότι οὖν ἡ κακὴ τοῦ χόρτου συρκομιδὴ διὰ τὴν βροχὴν γίνεται, σήπουσαν τοῦτον καὶ ἀφανίζουσαν· ὁ δὲ ὑετὸς ὠφέλιμός ἐστι τῷ σίτῳ πρὸ τοῦ θέρους

γινόμενος, ἐξυγραίνει γὰρ αὐτῶν καὶ οὐκ ἐᾷ παρὰ τῶν θερμῶν πνευμάτων θερμαίνεσθαί τε καὶ φλέγεσθαι, διὰ ταῦτα εὔχονται τοῖς δωριοῖς κακὴν χόρτου συγκομιδήν.

ρμη'. Διατί ἡ ἄρκτος οὐκ ἐσθίει τὰ δίκτυα ὅταν ἁλίσκηται.

Λύκοι μὲν καὶ ἄρνες καὶ τ' ἄλλα τῶν θηρίων διαμάσσεται τὰ δίκτυα, ὅταν ἐν τούτοις γένηται. Ἡ δὲ ἄρκτος τοὺς ὀδόντας ἔχουσα εἴσω τοῦ στόματος ἥκιστα πρὸς τὰ λίνα ἐξικνεῖται. Παραπέμπει γὰρ τὰ χείλη διὰ πάχος καὶ μέγεθος, ἢ μᾶλλον ἰσχύουσα ταῖς χερσὶ διασπᾷ τὸν βρόχον, καὶ ταῖς μὴν χερσὶ διασπᾷ τὸ λίνον, τῷ δὲ στόματι ἀμύνεται τοὺς διώκοντας· ἢ ὅτι αἱ περικυλινδήσεις μάλιστα βοηθοῦσι αὐτῇ πρὸς τὴν ἀποφυγὴν διασπῶσαι τὸ δίκτυον καὶ ῥηγνύουσαι, ὅθεν πολλάκις περικυλιομένη τοῖς βρόχοις διαιρεῖ τούτους καὶ τέμνει, εἶτα ῥᾳδίως ἐκκυβιστᾷ καὶ σώζεται. Πολλῶν οὖν αὐτῇ ὄντων ἀμυντηρίων καὶ ἀφορμῶν εἰς διαφυγήν, τοῖς μάλιστα ἰσχυροτέροις χρῆται, καὶ διολισθαίνει τοῦ βρόχου ὑφ' οὗ κατέχεται.

ρμθ'. Διατί ἡ τευθὶς φαινομένη, σημεῖον χειμῶνος ἐστί.

Ἡ τευθὶς ἰχθύδιόν ἐστι λεῖον τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σαρκός, ὅθεν καὶ μαλάχιον ὠνόμασται. Ψιλότατον γὰρ ὂν καὶ μήτε ὀστράκῳ συγκαλυπτόμενον, μήτε δέρματι περιεχόμενον, μήτε λεπίδι σκεπόμενον, μετὰ τῶν μαλαχίων τετάχαται. Γυμνὸν οὖν παντὶ καὶ ἀσκεπὲς ὂν προκισθάνεται δι' εὐπάθειαν τοῦ χειμῶνος. ὅθεν ἐξάλλεται φεύγουσα τὸ ψύχος καὶ τὴν ἐν βάθει ταραχὴν τῆς θαλάσσης, καὶ εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ὕδατος ἀνανήχεται. Ὅταν οὖν τὸ ἰχθύδιον τοῦτο θεάσωνται οἱ θαλαττουργοὶ τῇ θαλάσσῃ νηχόμενον, χειμῶνα τεκμαίρονται, ὥσπερ ὅταν ἴδωσι τὸν πολύποδα τῆς πέτρας περιεχόμενον, ἀνέμων σημειοῦνται φοράν. Ἐγκατέσπειρεν γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς ζώοις δυνάμεις προγνωστικάς, δι' ὧν τὰ σωτήρια διώκουσι καὶ τὰ λυπηρὰ διαφεύγουσι.

ρν'. Διατί τὸν μὲν σῖτον ἐν πηλώδει φυτεύομεν γῇ, τὴν δὲ κριθὴν ἐν καταξήρῳ.

Ὁ σῖτος πικρὸς ὅτι καὶ ξυλώδης, χαύνη δὲ καὶ εὐδιάσηπτος ἡ κριθή. Ὅθεν ἐκεῖνος μὲν μαλαττόμενος καὶ χυλούμενος ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ μάλιστα φύεται. Τῇ δὲ κριθῇ διὰ μανότητα σύμφορόν ἐστι τὸ ξηρότερον, ὅθεν πυροφόρος μὲν ἡ πίων καὶ βαθύγεως ἄρουρα, κριθοφόρος δὲ ἡ λεπτόγεως. Διότι τῶν σπερμάτων τὰ ἰσχυρὰ πλείονος τροφῆς δεῖται, τὰ δὲ ἀσθενῆ λεπτοτέρας καὶ ἐλαφρῆς. Ἀσθενέστερον δὲ ἡ κριθὴ καὶ μανότερον, ὅθεν οὐ φέρει τὴν πολλὴν τροφὴν καὶ βαρεῖαν, Ἑκάστῳ γὰρ βλαστήματι καὶ ἑκάστῳ φυομένῳ χόρτῳ ἢ σπέρματι κατάλληλον χρὴ τὴν ὑποκειμένην παρασκευάζεσθαι γῆν, ὅπως ᾧ χαίρει ἕκαστον, τούτῳ τρεφόμενον αὔξηται. Χαίρει δὲ τὰ μὲν τοῖς ξηροῖς, τὰ δὲ τοῖς ὑγροῖς, τὰ δὲ τοῖς θερμοῖς.

ρνα'. Διατί ἡ ἄμπελος οἴνῳ ῥαινομένη μάλιστα τῷ ἐξ αὐτῆς, ἀναξηραίνεται.

Ὅτι ὁ ἄκρατος στυπτικὴν ἔχων φύσιν ἐνδύεται

A ante æstatem cadentes conducunt, siquidem illud humectant, nec permittunt illud a calidioribus ventis æstu affici et uri, hinc Dorii malum graminis proventum exoptant.

148. *Quare ursa non arrodit retia quando capitur.*

Lupi et agni aliæque bestiæ arrodunt retia quando illis constrictas se sentiunt. Ursa vero dentes interius in faucibus habens minus illis valet adversus linum, quod labiis propter illorum crassitiem et magnitudinem patitur excidere : aut vero quoniam magis valet anterioribus pedibus, illis laqueos dirumpit, atque adeo retia quoque, et ore defendit se adversus persequentes : aut quia volutationes ursam maxime juvant ut evadere possit, discindendo atque disrumpendo rete, sæpe enim cum eo se circumvolvens id laxat ac refringit, ac deinde facile prosilit atque se tuetur. Itaque cum multa habeat quibus se possit defendere, multaque ad effugiendum auxilia, robustissimis utitur, laqueumque quo tenetur ligata, perrumpit. B

149. *Quare loligo super aquis visa signum sit tempestatis.*

Loligo pisciculus est superficie corporis lævis, unde et μαλάκιον a mollitie appellatur; nudus enim nec munitus, testa, nec cute indutus, nec squama contectus, mollibus accensetur. Nudus itaque et minime tectus adeo cum sit, facile afficitur præsentitque tempestatem, unde prosilit ut frigus et maris turbationem quæ in fundo est effugiat, et in summa aqua pronatat. Quando igitur hunc pisciculum nautæ vel piscatores mari supernatantem vident, tempestatem præsagiunt, uti ventorum imminentium signum est, si polypodem animadverterint petræ adhærentem. Inseminavit enim Deus animalibus facultatem ejusmodi prænotricem, cujus ope profutura prosequuntur, et quæ nocere possunt fugiunt. C

150. *Quare frumentum in lutoso, hordeum in arido conserimus solo.*

Quoniam frumenti planta amara ac surculosa est, hordei autem laxa et fungosa quæque facile corrumpitur, unde illud ab humido emollitum succoque impletum optime crescit, hordeo autem quia laxiore natura est, magis conducit terra siccior : unde et pinguis ac profundus ager bonum profert frumentum, tenuis hordeum. Semina robusta copiosiore nutrimento indigent, infirmiora tenuiore ac leviore. Est autem hordeum longe infirmius rariusque, unde non fert nutrimentum grave ac multum. Cuivis enim plantæ herbæve nascenti ac semini congruentem terram subjicere atque aptare oportet, ut qua quodlibet gaudet, in hac alatur et adolescat, prout alia sicco, humido alia, alia calido delectautur solo. D

151. *Quare vitis vino irrigata, maxime quod ipsa edidit, exarescat.*

Quoniam merum vi sua styptica sive contra-

hente insinuat se radicibus, porosque constipando ac condensando non sinit aquam ut planta floreat crescatque, penetrare. Facilius vero imbibit vitis vinum quod ex ipsa profectum est, si illi iterum affundatur. Etsi enim sensu destituitur planta, ac nec appetitu nec phantasia movetur, tamen natura fertur ad succum sibi familiarem, et ab eo facilius constipatur. Cæterum nihil verius, quam multa in physicis esse quæ difficulter explicari et quorum rationes conjecturis non facile attingi possunt, cujusmodi profunda cognitione tantisper dilata, satis nobis esse debet si verisimile aliquid afferatur. Idem aperte profitetur Plato in Timæo, atque ideo Nec ego, inquit, qui loquor, nec vos qui me auditis humani aliquid a nobis alienum putare debemus.

152. *Quare rosæ lætius florent fœtentibus plantis juxta nascentibus.*

Non rosæ solum, sed et lilia et quæcunque suavi odore præstant, juxta nascentibus allio et cœpis fragrantiora fiunt. Siquidem quidquid adhuc in illis supererat acre atque ingratum, natura sua fertur ad illa acerrimi odoris semina, sic ut reliquum deinde sit fragrantissimum amœnissimumque. Sed et ruta sub fico plantata fit quam prius erat acrior, nam quod in fico erat graveolentius, in rutam transfertur. Etiam in ficis prope caprificos plantatis suaviores fici nascuntur, siquidem homogenea ac similis generis quæ sunt, per naturam feruntur ac trahuntur ad similia, quidquid itaque in fico erat acre, in caprificum transit, atque adeo sinceram ei servat dulcedinem.

153. *Quare aprorum lacrymæ dulces, cervorum sint salsæ.*

Hoc et calore et frigiditate contingit. Cervus enim frigidæ naturæ est, unde et timidus semperque fugiens, nec qui unquam alios persequitur. At aper calida temperatura, unde calor oculis ejus insidens lacrymas coquit et dulces reddit, sed in cervis frigus cum mutare illarum naturam non possit, relinquit salsas crudasque. Nihil sane est in natura quod causam suam non habet, licet multa captum nostrum effugiant. Itaque oportet veriorem causam semper inquirere, tamen contentum esse etiam verisimilibus, quod et Plato in Phædone facere jubet, non ea modo quæ refelli nullo modo possunt amplectens, sed ea quæ difficulter possunt confutari.

154. *Quare silices et plumbi laminæ aquæ impositæ illam frigidiorem reddant.*

ἀναίδειαν κατὰ φύσιν διδόασιν, ὡς ταῖς παρδάλεσι A καὶ τοῖς λέουσι, καὶ σώμασι δὴ τούτους ἐνδεσμοῦσι λεπτοῖς καὶ ἀερίοις καὶ ἔλαττον ἀντιτύποις, οὐ περιφερέσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιμήκεσιν, ἔλαττον μὲν φωτὸς, πλέον δὲ τοῦ γεώδους σκότους μετέχουσι. Τὴν δὲ γνῶσιν αὐτοῖς καὶ τῶν μελλόντων τὴν πρόγνωσιν ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἐπιμαρτυροῦσι, μάλιστα δὲ ἐκ τῶν περὶ τοὺς ἀστέρας σχημάτων. Ταῦτα δὲ Πορφύριοί φασι καὶ Ἰάμβλιχοι.

non tantum orbicularibus, sed et longioribus, nonnihil luminis habentes, [plus tamen terrestrium tenebrarum. Cognitionem vero et futurorum præscientiam illis inesse attestantur ex multis quidem præsertim vero ex astrorum figuris.

β'. Ἔθυον δὲ τοῖς αἰθερίοις μὲν τὰ λευκὰ ἢ πυῤῥὰ τῶν ζώων, διά τε τὸ αἰθέριον χρῶμα καὶ τὴν καθαρότητα τῆς ἐκείνων φύσεως, ὑψοῦ τὸν κριὸν ἢ τὴν ἔριφον λαιμοτομοῦντες, ὡς καὶ Ὅμηρος, « Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, » φησὶ, « καὶ ἔσφαξαν « καὶ ἔδειραν. » Τοῖς ἀερίοις δὲ ποικίλα προσῆγον καὶ τοῖς χρώμασι σύμμικτα· τοῖς δέ γε ὑποχθονίοις ἐζωοθύτουν ἀντίχροα, καὶ κάτω τὴν κεφαλὴν τοῦ θύματος ἕλκοντες, οὕτω τοὺς αὐχενίους ἀπέτεμνον τένοντας· τοῖς δέ γε μέσοις πλαγιάζοντες τὰ θυόμενα, ἐδειροτόμουν τὰς κεφαλάς· εἶτα δὲ, τὰς B γαστέρας αὐτῶν ἀνασχίζοντες, τὴν καρδίαν πρῶτον κατέτεμνον, καὶ τὸν μὲν ὑμένα ταύτης θεοῖς πατρῴοις ἀπέθυον· τῶν δέ γε κοιλιῶν τὴν μὲν δεξιὰν ἀνατέλλοντι τῷ ἡλίῳ κατέθυον, τὴν δὲ εὐώνυμον δύνοντι, τὸν δὲ βόθυνον ἄρτι μεσουρανήσαντι. Οὕτω δὲ καὶ τοῦ ἥπατος ἀποδιελόντες τὸν ὑμένα ἠρέμα, ὃς ὑπὸ τοῦ περιτοναίου τῷ σπλάγχνῳ ἐπίκειται, τῆς μὲν κεφαλῆς τοῖς ὑπερκοσμίοις κατήρχοντο, τοὺς δὲ λοβοὺς τοῖς πέντε πλάνησιν ἀπεδίδοσαν· τὸ δέ γε νέκρωμα Ἅδῃ καὶ Περσεφόνῃ κατέθυον. Εἶτα δὴ τῶν θυομένων περιειργάζοντο τὰ πτώματα, εἰ ἐπὶ τὰ δεξιὰ πίπτοιεν, ἢ ἐπὶ τὰ λαιά· κἀκεῖθεν μὲν δεξιὰ ἑαυτοῖς ἐμαντεύοντο, οὕτω δὲ ἐπαριστερά. Ἐμέτρουν δὲ καὶ τὸν τοῦ σπαραγμοῦ μετὰ τὴν C θυσίαν καιρόν· καὶ, εἰ μὲν αὐτίκα τὰ θύματα ἀποπνεύσειε, ταχείας ἑαυτοῖς τὰς τελευτὰς περὶ ὧν προσήεσαν ἐμαντεύοντο· εἰ δ' οὔ, ἀποτεταμένας καὶ πράγματα ἐχούσας. Οὐ πᾶσι δὲ πάντα ἐτέλουν, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις τῆς ληφθείσης θυσίας. Καὶ νηφαλέοις μὲν ἐδρυτόμουν καὶ ἐκεῖθεν ἀνῆπτον πυράς· Βάκχαις δὲ καὶ Διονύσῳ κληματίσιν ἀνέκαιον τὴν πυρκαϊάν· καὶ πάντα τούτοις οἰνόσπονδα· ὁ δὲ λιβανωτὸς καὶ ἡ σμύρνα, ὁ κρόνος τε καὶ ἡ ῥητίνη διεμερίζοντο τοῖς ἐφ' ἑκάστης θυσίας θεοῖς.

2. Immolabant æthereis alba et fulva animalia propter æthereum colorem naturæque eorum puritatem, alte arietem et hœdum jugulantes, ut Homerus dicit : « Porro immolabant prius, et jugulabant et discerpebant. » Aeriis autem varia offerebant et coloribus commiscua; infernis vera opposito colore animalia offerentes, et ad terram victimæ caput trahentes ei cervicem abscindebant, deinde eorum ventrem discerpebant; ac primo cor dissecabant cujus tegumentum diis patriis offerebant. Ventriculorum vero dextrum orienti soli immolabant, sinistrum autem occidenti, fossamque eidem soli medium jam cœlum attingenti. Postquam vero a jecore tegumentum lente separaverant, quod sub perotinæo visceribus subjacet, ejus quidem caput iis qui supra mundum sunt offerebant, lobos autem quinque planetis reddebant; cadaverque Plutoni et Proserpinæ sacrificabant. Observabant deinde utrum victimarum cadavera ad dextram vel ad sinistram caderent. Atque in de sibi conjiciebant fausta vel infausta. Metiebantur etiam convulsionis post immolationem tempus; et si quidem statim victima exspiraret, celerem sibi eorum quæ inierant finem conjiciebant; si minus, tardiorem et difficiliorem. Non omnibus omnia hæc perficiebant, sed tantum iis ad quos de assumpta victima pertinebat; et sobriis quidem quercus scindebant et inde pyras accendebant; bacchantibus et Dionyso rogum sarmentis incendebant; et omnia illis vino spargebantur. Thus vero et myrrha crocus et resina diis distribuebantur ad quos de singulis sacrificiis pertinebat.

γ'. Τὰ δέ γε μυστήρια τούτων, οἷα αὐτίκα τὰ Ἐλευσίνια, τὸν μυθικὸν ὑποκρίνεται Δία μιγνύμενον τῇ Δηοῖ, ἤγουν τῇ Δήμητρι, καὶ τῇ θυγατρὶ ταύτης Περσεφάττῃ, τῇ καὶ Κόρῃ. Ἐπειδὴ δὲ ἔμελλον καὶ ἀφροδίσιοι ἐπὶ τῇ μυήσει γίνεσθαι συμπλοκαὶ, ἀναδύεταί πως ἡ Ἀφροδίτη ἀπό τινων πεπλασμένων μηδέων πελάγιος. Εἶτα δὲ γαμήλιος λέγεται D ἐπὶ τῇ Κόρῃ ὑμέναιος, καὶ ἐπᾴδουσιν οἱ τελούμενοι· « Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλων ἔπιον, ἐκιρνο- « φόρησα, ὑπὸ τὸν παστὸν εἰσέδυν. » Ὑποκρίνεται δὲ καὶ τὰς τῆς Δηοῦς ὠδῖνας. Ἱκετηρίαι γοῦν αὐτίκα Δηοῦς καὶ χολῆς πόσις καὶ καρδιαλγίαι. Ἐφ' οἷς καί τι τραγοσκελὲς μίμημα παθαινόμενον περὶ τοῖς διδύμοις, ὅτιπερ ὁ Ζεὺς, δίκας ἀποτιννὺς τῆς βίας τῇ Δήμητρι, τράγου ὄρχεις ἀποτεμὼν, τῷ κόλπῳ ταύτης κατέθετο ὥσπερ δὴ καὶ ἑαυτοῦ. Ἐπὶ πᾶσιν αἱ τοῦ Διονύσου τιμαὶ καὶ ἡ κίστις καὶ τὰ πολυόμφαλα πόπανα, καὶ οἱ τῷ Σαβαζίῳ τελούμενοι

3. Eorum autem mysteria, ut Eleusinia, mythicum simulant Jovem cum Cerere sive Demetre et ejus filia Proserpina, quæ et Virgo nuncupatur, consuescentem. Quoniam autem ad initiationem fieri debebant venerei complexus, effugit in altum mare Venus ex quodam conficto apparatu. Deinde nuptialis dicitur cantus in Proserpinæ honorem et canunt initiati : « Ex tympano comedi, ex cymbalis bibi, ἐκιρνοφόρησα, in atrium ingressus sum. » Simulant etiam Cereris partum : statim Cereris supplicationes et fellis potus et cordis dolores. Post fiebat capripedis imitamentum vehementer de testiculis affecti, eo quod Jupiter Cereri illatæ violentiæ jus solvens capri testiculos abscissos ejus sinui imposuit ut et suo. In honorem Dionysi impendebantur præsertim cista et multos umbones habentia popana, et Sabazio initiati et stipem matri deorum quærentes,

Bacchæ et Mimallones, et quidam resonans A lebes Thesprotius et Dodonæum ahenum; et Corybas alius et Cures alter, dæmonum imitamenta. Post Baubo crura detegens et femineum inguen; sic enim pudorem nominant dedecore affecti; et sic in turpitudine mysterium dissolvunt.

4. Incantamentum autem ars est vanis circa materiales et terrestres dæmones imaginationibus indulgens, et eorum inspectoribus umbras tum ex inferis adducens tum ex alto deducens easque noxias. Et quædam corporea phantasmata eas contemplantibus supponit. Et aliis quidem fluxus aliquos inde fluctuantes mittit, aliis vero vinculorum solutionem et delicias et gratias annuntiat. Has autem potentias evocat carminibus B repetitis.

5. Magna autem Græcis videbatur multam vim habere. Eam ultimam medicinalis scientiæ partem esse dicunt. Investigans enim omnium sublunarium substantiarum et naturam et qualitatem, elementorum nempe eorumque partium, animalium quorumlibet, plantarum earumque fructuum, lapidum, herbarum, et uno verbo omnium rerum substantiam et potentiam, inde sua operatur. Oblectamenta proponit sanitatem efficientia, speciesque diversissimas producit, et alia medicamenta morbum efficientia. Aquilæ et dracones efficax illis erant ad sanitatem sumptio; feles autem et canes et corvi vigiliæ symbola. Cera vero et lutum in C membrorum confictionem adhibebantur. Apparere etiam facit ignis cœlestis editionem. Et sponte subrident statuæ et subito igne lampades accenduntur. Complectitur quoque totam astronomiam et multa per eam et potest et perficit.

6. Omen, ut istud nomen indicat, est malorum dæmonum invocatio. Fit autem cum sol ad meridiem recenter versus est, diem minuens, noctem vero adaugens. Opinantur enim Græci nullum materialium dæmonum solis radios bono animo habere. Inde nobis noctu insidias struunt, die insidiari non valentes. Quando igitur lumen magis septentrionale est, sua operari nequeunt, et quando ad meridiem vertitur et fit quasi demissior apud nos aer, tunc suos impetus et, ut ita D dicam circuitus suæ malitiæ manifestant et invocati invocantibus obediunt. Et nunc quidem mysteria auspicantes nesciunt invocationis carmen; utinam nunquam scierint! Ignes vero quodam circulo describentes ex flamma exsiliunt. Erat illud antiquæ bacchationis, ne dicam furoris pars. Dicebant enim Græci tunc manifeste cum invocantibus descendentes potentias conversari, cum supra caput aer nebulosus esset et crassam haberet substantiam. Circulus vero vim habet retinendi. Invocatus autem dæmon, tanquam circumscriptus videtur et continetur, quantum

καὶ οἱ μητριάζοντες, Κλώδωνές τε καὶ Μιμαλλόνες, καί τις ἠχῶν λέβης Θεσπρώτειος, καὶ Δωδωναῖον χαλκεῖον· καὶ Κορύβας ἄλλος, καὶ Κούρης ἕτερος, δαιμόνων μιμήματα. Ἐφ' οἷς ἡ Βαυβὼ τοὺς μηροὺς ἀνασυραμένη, καὶ ὁ γυναικεῖος κτείς· οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὴν αἰδῶ αἰσχυνόμενοι. Καὶ οὕτως ἐν αἰσχρῷ τὴν τελετὴν καταλύουσιν.

δ'. Ἡ γοητεία δέ ἐστι τέχνη τις περὶ τοὺς ἐνύλους καὶ χθονίους δαίμονας φαντασιοσκοποῦσα τοῖς ἐπόπταις τὰ τούτων εἴδωλα καὶ τοὺς μὲν ὥσπερ ἐξ ᾅδου ἀνάγουσα, τοὺς δὲ ὑψόθεν κατάγουσα, καὶ τούτους κατωτικούς. Καὶ εἰδωλικὰ ἄττα ὑφίστησι φαντάσματα τοῖς θεωροῖς τῶν τοιούτων. Καὶ τοῖς μὲν ῥεύματά τινα ἐκεῖθεν κυμαίνοντα ἐπαφίησι· τοῖς δὲ δεσμῶν ἀνέσεις καὶ τρυφὰς καὶ χάριτας ἐπαγγέλλεται. Ἐπάγεται δὲ τὰς τοιαύτας δυνάμεις καὶ ᾄσμασι καὶ ἐπᾴσμασιν.

ε'. Ἡ δέ γε μαγεία πολυδύναμόν τι χρῆμα τοῖς Ἕλλησιν ἔδοξε. Μερίδα γοῦν εἶναι ταύτην φασὶν ἐσχάτην τῆς ἱερατικῆς ἐπιστήμης. Ἀνιχνεύουσα γὰρ τῶν ὑπὸ τὴν σελήνην πάντων τήν τε οὐσίαν καὶ φύσιν καὶ δύναμιν καὶ ποιότητα, λέγω δὲ στοιχείων καὶ τῶν τούτων μερῶν, ζώων τε παντοδαπῶν, φυτῶν καὶ τῶν ἐντεῦθεν καρπῶν, λίθων, βοτανῶν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, παντὸς πράγματος ὑπόστασίν τε καὶ δύναμιν, ἐντεῦθεν ἄρα τὰ ἑαυτῆς ἐργάζεται. Ἀγάλματά τε ὑφίστησιν ὑγείας περιποιητικὰ, καὶ σχήματα ποιεῖται παντοδαπὰ, καὶ νοσοποιὰ δημιουργήματα ἕτερα. Καὶ ἀετοὶ μὲν καὶ δράκοντες βιώσιμος αὐτοῖς πρὸς ὑγείαν ὑπόθεσις· αἴλουροι δὲ καὶ κύνες καὶ κόρακες ἀγρυπνητικὰ σύμβολα. Κηρὸς δὲ καὶ πηλὸς εἰς τὰς τῶν μορίων συμπλάσεις παραλαμβάνονται. Φαντάζει δὲ πολλάκις καὶ πυρὸς οὐρανίου ἐκδόσεις. Καὶ διαμειδιᾷ μὲν ἐφ' ἑαυτῶν ἀγάλματα, πυρὶ δὲ αὐτομάτῳ λαμπάδες ἀνάπτονται. Περιέζωσται δὲ καὶ τὴν ἀστρονομίαν σύμπασαν, καὶ πολλὰ διὰ ταύτης καὶ δύναται καὶ ἀποτελεῖ.

ς'. Κληδὼν δέ ἐστι δαιμόνων πονηρῶν, ὡς καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα πρόσκλησις. Τελεῖται δὲ ἄρτι τρεπομένου πρὸς νότον ἡλίου, καὶ μειοῦντος μὲν ἡμέραν, τὴν νύκτα δὲ αὐξάνοντος. Ἑλληνικῆς γάρ ἐστι δόξης τὸ μηδένα τῶν ἐνύλων δαιμόνων θαῤῥεῖν τὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς. Ἔνθεν τοι καὶ νυκτιλοχοῦσιν ἡμῖν, λοχᾷν ἡμέρας μὴ ἐξισχύοντες. Τοῦ τοίνυν φωστῆρος βορειοτέρου τυγχάνοντος, μὴ πάνυ τι δυνάμενοι τὰ ἑαυτῶν ἐνεργεῖν, ὁπηνίκα πρὸς νότον τραπῇ καὶ οἱονεὶ κατηφέστατος ὁ περὶ ἡμᾶς γίνεται ἀὴρ, τηνικαῦτα προεξάλματά τινα καὶ, οὕτως εἰπεῖν, προκυλινδήματα τῆς σφῶν κακίας ἐμφαίνουσι, καὶ καλούμενοι τοῖς κλήτορσιν ὑπακούουσιν. Ἀλλ' οἵ γε νῦν τῆς τελετῆς προεξάρχοντες τὴν μὲν τῆς κλήσεως οὐκ ἴσασιν ἐπῳδὴν, μηδὲ εἰδοῖέν ποτε· πυρὰ δὲ πολλὰ κύκλῳ τινὶ περιγράφοντες ἐξάλλονται τῆς φλογός. Ἦν δὲ καὶ τοῦτο τῆς παλαιᾶς βραχχείας, ἵνα μὴ λέγω μανίας μερίς. Ἔφασαν γὰρ Ἕλληνες, ὁμιχλώδους τοῦ ὑπὲρ κεφαλὴν ἀέρος τυγχάνοντος καὶ παχεῖαν τὴν σύστασιν ἔχοντος, τὰς κατιούσας δυνάμεις εἰλικρινῶς τοῖς καλοῦσιν ὁμιλεῖν· ὁ δέ γε κύκλος κατοχῆς ἔχει δύναμιν. Ὁ γὰρ προσκε-

A κλημένος δαίμων, οἱονεί πως περιγραφόμενος, περιγραπτός τε δοκεῖ καὶ κατέχεται ἐς ὅσον ἡ γνώμη τοῦ κλήτορος βούλεται. Τῆς δὲ τοιαύτης τροπῆς τοῦ ἡλίου, μᾶλλον δὲ τῆς ἐν τοιαύτῃ τῶν δαιμόνων κακώσεως ὑποσημαίνειν τι καὶ τὴν θάλασσαν οἴονται· ὑφαρπάζειν γὰρ ἀεὶ τῶν ἐπινηχομένων τινὰς, οὐχ ὡς τοῦ ὕδατος ἐπάγοντος τὴν φθορὰν, ἀλλ' ὡς τῶν ἐν τούτῳ δαιμόνων ἐνεργούντων τὴν κάκωσιν. Ὥσπερ δὲ ἀερομαντεία τίς ἐστι καὶ φυλλομαντεία, οὕτω δὴ καὶ λεκανομαντεία τοῖς περιττοῖς τὴν σοφίαν Ἀσσυρίοις κατῳκονόμηται ὑπὸ λεκάνης ὑποκειμένης καὶ μαντικοῦ πεπληρωμένης ὕδατος, τὸ πρὸς τὰ κοῖλα τῶν δαιμόνων ἐπιῤῥεπὲς τῷ οἰκείῳ χαρακτηριζούσης σχήματι. Τὸ δέ γε ἐπιχυθὲν αὐτῇ ὕδωρ ἀδιάφορον μέν ἐστι κατὰ τὴν οὐσίαν πρὸς τὰ ὁμογενῆ ὕδατα· ἀλλ' ἥ γε ἐπ' αὐτῷ τελετὴ B καὶ τὰ ἐπᾴσματα ἐπιτήδειον πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ χρῶντος ἐργάζονται πνεύματος. Τοῦτο δὲ δαιμόνιόν ἐστι γεῶδες καὶ μερικόν· καὶ, ἐπειδὰν ἐμπέσῃ τῷ ὕδατι, πρῶτον μὲν ἦχόν τινα ἄσημον τοῖς περιεστηκόσι κατὰ τὴν ὑποδοχὴν ἐμποιεῖ, ἔπειτα δὲ ἐπικείμενον τῷ ὕδατι ἀμυδρούς τινας φθόγγους τῆς τοῦ μέλλοντος ὑποψοφεῖ προγνώσεως. Ἔστι δὲ πάντῃ πλάνον τὸ τοιοῦτον πνεῦμα, ὅτι τῆς ὑλικῆς ἐστι τάξεως, καὶ ἐξεπίτηδες τὸ γένος τοῦτο τὸν ἀμυδρὸν ἦχον ἐπιτηδεύονται, ἵνα διὰ τὴν ἀσάφειαν τῆς φωνῆς τὸν τοῦ ψεύδους ἀποδιδράσκωσιν ἔλεγχον.

vult invocantis mens. Hoc quoque solis solstitio, putant mare dæmonum qui in eo sunt malitiam magis subindicare; tunc enim abripit nonnullos natantium, non quod aqua prædam abducat, sed quod dæmones aquam incolentes suam impendant malitiam. Quemadmodum est divinatio ex aere et foliis, ita et ex pelvi divinatio adhibetur ab Assyriis maxime sapientia egregiis; pelvi utuntur subjacente et prophetica aqua plena quæ propria forma dæmonum ad cava propensionem insignit. Quæ in eam infunditur aqua nihil quoad substantiam ab aqua simplici differt; sed quod super eam efficitur mysterium incantationesque quod necessarium est operantur ut divinans spiritus adducatur. Illud autem dæmonium est terrestre et particulare. Et postquam in aquam incidit, primo quidem quamdam confusam vocem astantibus suo adventu emittit; deinde vero aquæ insidens quosdam tenues sonos futurorum prædictionis leniter strepit. Est autem omnino errans hic spiritus, quia ordinis materialis est, et consulto illud genus vocem tenuem curat emittendam ut per vocis obscuritatem mendacii crimen effugiat.

ζʹ. Περὶ δὲ τοῦ πρακτικοῦ τῆς ἀποῤῥήτου παρὰ Χαλδαίοις συνθήκης ἥντινα δύναμιν εἶχε τοῦτό σοι ἐπὶ κεφαλαίων ἐπιτεμοῦμεν. Πρῶτον μὲν θυσία τούτοις ἁγνεύουσα παρεσκεύαστο, ἀρώματά τε καὶ βοτάναι, καὶ λίθοι, κρόκος τε καὶ μυρσίνη καὶ δάφνη, μυστικῶς περικαθαιρόμενα. Χῶρός τε τού- C τοις περιεγράφετο φυτευομένοις καὶ βοθρευομένοις. Ἐφ' οἷς ὁ τὴν συνθήκην ποιούμενος, δεινός τις ὢν ἀνὴρ τὰ γοητικὰ, καὶ ὀνομάσας τὸ πρᾶγμα ἐφ' ᾧ τὴν θυσίαν πεποίηται, ὑστεραίας αὖθις εἰς τὸν τῆς τελετῆς παρεγίνετο τόπον. Καὶ ἀναχωννύων τάς τε τῶν φυτῶν βάσεις καὶ τὰς ἀφαγνισθείσας ὕλας, καὶ τῇ λαιᾷ ταῦτα ἀναλαμβάνων χειρὶ, ἀθρόα πάντα καὶ ἐξαπιναίως, δυνάμεις τινὰς ἀνεκαλεῖτο κρυφίους. Αἱ δὲ ἦσαν ὁ τῆς ληφθείσης θυσίας καθηγεμὼν, οἱ τῶν ὅλων κύριοι, ὁ τῆς ἡμέρας προστάτης, ὁ χρονοάρχης, ὁ τετράρχης δαίμων.

7. Quam vim autem habuerit secretum apud Chaldæos pactum, nunc tibi summatim redigam. Primo quidem hostiam puram adhibebant, aromata et plantas et lapides, crocum et myrrham et laurum, mystice purificata. Spatium quoddam circa ea plantata et obruta describebatur. Deinde qui pactum faciebat, peritus quidam incantamenti homo, postquam nominaverat rem propter quam hostiam offerebat, postridie in mysterii loco aderat. Et exaggerans plantarum bases et consecratam materiam, sinistraque manu eas accipiens, omnes confestim et subito, potentias quasdam occultas invocabat. Illæ autem potentiæ erant victimæ duæ, materiæ domini, temporis princeps, tetrarcha dæmon.

Ἀρκεῖ ταῦτα καὶ γλώττῃ κεκαθαρμένῃ καὶ ἀκοῇ σώφρονι.

Hæc linguæ mundatæ et auri sapienti sufficiunt.

PSELLUS

DE

LAPIDUM VIRTUTIBUS

CUM NOTIS PHIL. JAC. MAUSSACI ET JOAN. STEPHANI BERNARDI.

(Lugduni Batavorum, apud Philippum Bonk. MDCCXLV, in-8.)

Viro nobilissimo ac eruditissimo Arthuro Freeman S. D. P. J. Steph. Bernardus.

Ut te eligere non dubitaverim, vir nobilissime, cujus nomini librum hunc inscriberem, facit, tum singularis tuus erga me amor, quo me semper es prosecutus, et stabilis ac firma, quæ inter nos intercessit familiaritas; tum etiam mirus tuus ac rarus omnino in litteras politiores impetus, ut hocce meæ in te observantiæ testimonium tibi haud ingratum fore, non vane colligam. Inhumanus prorsus viderer si ullam unquam occasionem præterlabi sinerem, qua tibi gratum animum declarare possem, imprimis cum opusculo huic tenui ac levidensi non parum splendoris ex dotibus tuis egregiis concilietur. Hilari idcirco, quæso, fronte Psellum hunc excipe, quod mihi quodam modo dolorem istum leniet, quem persentisco, ubi brevi me ista voluptate privatum iri recordor, quam ex doctissimis tuis ac mira suavitate conditis sermocinationibus percipio. Summopere vero te rogo, ut eumdem amorem, quem mihi præsenti testatus es, etiam absenti servare velis; ego vero non patiar, ut quidquam de amicitia nostra imminutum esse videatur. Vale.

Scribebam Lugduni Batav. pridie Kalend. Junii MDCCXLV.

Viro clarissimo Gilberto Gaulmino quæstori Molinensi Phil. Jac. Maussacus S. D.

En tibi, Gaulmine vir præstantissime, Psellum tuum, quem nuper nomini tuo, dum una Lutetiæ versaremur dicandum destinaveram. Tum illum dico non tam quod tibi ex pollicitatione debeatur, quam quia nemo melius te dignitatem ejus et excellentiam novit, quod, etsi laudum virtutumque tuarum perpetuus præco non essem, probarent tamen satis breves illæ eruditæque notæ, quas paucis diebus et omnes amici tui sciunt effutiisti potius quam meditatus es in obscurissimum ejusdem auctoris de dæmonum operatione libellum. Poterat hunc quidem amicitia nostra non πρόσκαιρος jure sibi vindicare : sed eruditio tua non vulgaris, et ingenium extra omnium ingeniorum aleam positum extorquere valuit ab invito. Est hic auctor, ut non te latet; Platonicus insignis, et qui ex professo non tantum Platonem imitatur eloquendo, sed philosophando. Latuit autem hactenus iste liber de lapidum virtutibus, qui, ne quid assentationis gratia videar dixisse, excellentissimus est, et inter præcipuos ejus labores ac fetus meretur præcipuum nancisci locum. Eum mei gratia Jacobus Sirmundus e societate Jesu, vir mihi amicissimus, et his litteris, quæ nos humanos faciunt, non leviter tinctus, e veteri quodam codice descripsit, et descriptum liberaliter communicavit, sed adeo scatebat mendis ille codex, ut ipsa soricina nænia esset confessior : tantis enim repletum hoc exemplar confusionibus inveni, ut quamvis de lapidibus longe inter se diversis agat auctor, tamen quia aliquando quæ sibi contraria erant in unum coaluerant, nullæ plane contrarietatis notæ apparerent. Magnum est fateor, ab erroribus qui veterum libros obsident, eos purgare et liberare, sed confusiones quibus mens auctoris obscuratur, ordo et series operis turbatur, similiaque monstra domare, majus illud opus est. Quod tu probe nosti, mi Gaulmine, qui in istis adeo es τριβωνευόμενος, ut e paucissimis qui in hoc senio litterarum idem dolium versant, non verear te principem constituere, licet eam ætatem adhuc non attigeris, qua majores dicimur. Tanto enim ingenii acumine polles, ut quæ alii assecuturos se vix audent sibi polliceri multorum annorum curriculo, te brevissimo spatio, ipso temporis puncto et momento ea non solum attingas, sed et longe majora et difficiliora. Omnes hodie qui litteris operam, ut decet, navant, et humanitatem quam pauci noverunt colunt, vel ad plurium linguarum cognitionem pervenire gestiunt, ut omne genus auctorum bonæ notæ familiare sibi reddere queant, et historiam ab ovo, ut dicitur, usque ad mala, qui ultimus studiosi et sapientis hominis scopus esse debet, perfectissime tenere, vel scientias consectantur, philosophiam dico, theologiam, medicinam, vel mathematicas disciplinas, aut juris artem. Eorum qui in scientiarum cognitione immorantur bona pars,

linguas, sine quibus frustra cupimus scire, ignorat et bonis ac humanioribus litteris est destituta, ita ut id hominum genus imitari et eorum vestigia premere, hoc sit semper velle cæcutire et cum barbarie luctari. Reliquorum, quorum pusillus est numerus, bona enim mente pauci prædití sunt in litteris, quæ hodierna est nostri sæculi supinitas, unam te novi, Gaulmine, qui plures linguas calleas, et earum cognitioni sedulo quotidie incumbas. Mirata est olim Athenæi ætas aurea et cultissima homines διγλώττους· vide amabo te quid nostra ferrea factura sit, quæ virum non δίγλωττον duntaxat, sed πεντάγλωττον habet, quem priori illi sæculo opponat. De te loquor, Gaulmine, quem omnes qui te de facie noverunt, sciunt Arabismi scientissimum, Hebraismi, Turcismi, de linguis enim Græca et Latina quid attinet loqui? cum in eis tantos profectus jam feceris, ut pauci qui tecum possint comparari in earum cognitione supersint, qui te superet nemo. Novit hoc probe pridem senatus Parisiensis a quo cum præfecturam tuam ambiebas, tantis oneratus es laudibus, ut in magistratuum numerum contra quam vetant hujus imperii leges, te sine probatione cooptaverit. Nulla autem earum linguarum Orientalium est, καὶ τοῦτο θαυμαστότατον, quam intra paucos menses perdiscere non possis, dummodo fido liceat uti tibi præceptore, tam tenaci memoria gaudes, tanta discendi et litteras tractandi cupidine. Faxit Deus qui nos et nostra omnia temperat, ut Nestoreos ad rei litterariæ incrementum superes annos, et tarda sit illa dies, quæ te nobis eripiet. Vale, mi Gaulmine, vive in æternum, et pignus istud amicitiæ in te nostræ certissimum accipe. Tutare nos ab invidorum linguis, et tumultuarium huncce laborem nostrum limatissimo ingenio tuo excole, perfice atque adorna curis tuis : quæ enim nos dum procedebant operæ scripsimus, emendationem potius auctoris et interpretationem spectant, quam illustrationem. Iterum vale.

Ex musæo nostro. Tolosæ Kalend. Septembris. Anno MDCXV.

Lectori benevolo S. D. J. Steph. Bernardus.

De Pselli nostri vita ejusque scriptis, non est quod quidquam memorem, benevole lector, cum illa quæ huc spectant abunde cognosci queant ex Leonis Allatii viri doctissimi Diatribe de Psellis, a celeberrimo Joanne Alb. Fabricio iterum edita tom. V *Bibliothecæ Græcæ*. Breviter tantum recensebo illa quæ de hoc de lapidum virtutibus libello monenda habeo; tum etiam quid ipse ad novam hanc editionem contulerim, exponam. Primus hunc libellum in lucem emisit Claudius Ancantherus, ut testatur Lindenius *De scriptis Med.*, p. m. 546. *Nomenclator Gemmarum, quæ magis in usu sunt, cum earumdem medicinis, nunquam antehac, quod sciri adhuc potuerit editus, Claudio Ancanthero medico et Cæsareo historico ex Græco. Accesserunt ejusdem Ancantheri in hunc libellum notæ breves non infructuosæ. Typis Othomarianis*, 1594, in-8. Prodiit deinceps una cum Plutarcho *De fluminibus* cura Philippi Jacobi Mausseaci, qui primus eum Græce edidit, addita versione et notis, Tolosæ, 1615. in-8. Transtulit quoque hunc Pselli libellum in Latinum et Italicum sermonem anatomicus dexterrimus Adrianus Spigelius quod refert Leo Allatius in Diatribe cap. 47, p. 31. *Ejusdem Libellum*, de Lapidum virtutibus *Philippus Jacobus Maussacus primus vulgavit, Latine vertit et emendavit editus est Tolosæ Græce et Latine anno* 1615, 8. *Verum libellum hunc ante Maussacum Latine et Italice redditum ab Adriano Spigelio philosopho et medico, et gymnasii Patavini anatomico, apud liberalem Cremam philosophum ac medicum Tarvisinum præstantissimum conservari ad hunc diem, epistola sua mihi, utriusque amicissimus, Jacobus Philippus Thomasinus significavit. Libelli item meminit Casaubonus in Ælii Spartiani Antoninum Caracallam notis. Et Justus Rycquius in Epist. Centuria nova Epist.* 29, *in Saregica bibliotheca inter alia opuscula manuscripta illum se vidisse refert*. Hæc Leo Allatius loc. cit. Nunquam vero, quod sciam, Spigelii versio lucem aspexit. Ex apographo Jacobi Sirmondi se hunc librum vulgasse fatetur Maussacus in epistola dedicatoria ad Gilbertum Gaulminum. Cæterum an Psellus et quisnam iste fuerit, an vero alius hujus libelli auctor statuendus sit, disquirit Leo Allatius loc. cit., cap. 10, p. 8.

Meditanti vero mihi denuo hunc libellum vulgare, sola sese mihi obtulit editio Maussaci, quæ Græcum textum sisteret, quam sola proinde sequi debui; neque etiam cl. Ancantheri versionem oculis lustrare licuit, quamvis id valde optassem, imprimis cum Maussacus usus sit codice lacero admodum ac mutilo, quæ res viro eruditissimo imposuit, ut mire quædam loca explicuerit. Quamvis autem nihil præter Maussaci editionem ad manus esset, quod mihi fuisset adjumento; sperabam tamen fore ut maculas si non omnes, saltim plurimas eluerem, si scriptores, qui eodem argumento occupati fuerunt, consulerem atque conferrem, quod quantum mihi profuerit tu, Lector, judicabis. In notis studui potissimum nævos abstergere, qui sensui verborum ac auctoris menti officerent, ac ubi id non prorsus ἀπροσδιόνυσον videbatur, aliis quoque auctoribus aliquam lucem affundere sategi. Tu vero B. L. conatus hosce boni consule; sic ad plura tentanda animus mihi adjicietur. Vale.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΚΑΙ ΥΠΕΡΤΙΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ.

—

SAPIENTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

PSELLI

DE LAPIDUM VIRTUTIBUS LIBELLUS.

(Interprete Philippo Jacobo Maussaco.)

—

Virtutum quæ lapidibus insunt causas tibi redditurum me vix ausim mihi polliceri : nec hac in parte imitabor insolentiam et temeritatem Dogmaticorum, licet possim multa et facunde et copiose de quolibet dicere. Lapidum autem qui nobis cogniti sunt, et quas maxime in illis amamus virtutes aperiam tibi, ut in tempore ipsis utaris, et aliquid utilitatis ex eis accipias, utque lapides nobis incognitos deseras, onocardium scilicet, olcadem, spongitem, leimoniatem, lincurium, triglitem, triophthalmum, socondium, scringitem, schistum, et quotquot hujusmodi sunt, quorum nomina sola tenemus, in eos vero nunquam incidimus. Incipiam igitur ab his qui nobis magis noti sunt.

Adamas statim occurrit, qui vitreum et splendidum habet colorem, solidusque et fractu difficilis. Febres semitertianas suspensus aut alligatus restinguit.

Æmatites in vocatur, quod aqua irriguus san-

A Αἰτιολογήσασθαι μέν σοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις οὐκ ἂν τολμήσαιμι, οὐδὲ μιμήσομαι, κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τῶν Δογματικῶν (1) τὴν προπέτειαν δυνάμενος ἀφ' ἑκάστου πολλὰ εὑρεσιλογεῖν. Ἑκάστης δὲ τῶν διεγνωσμένων ἡμῖν λίθων, καὶ ἃς μάλιστα ἀγαπῶμεν οἱ ἄνθρωποι τὰς ἐνούσας δυνάμεις ἀνακαλύψω σοι, ἵνα ἐν καιροῖς αὐτοῖς χρῷο, καὶ τινα ὠφέλειαν καρπίζοιο παρ' αὐτῶν, καὶ ἵνα τὰς ἀγνώστους ἡμῖν λίθους ἐάσω τὸν ὀνοκάρδιον, καὶ τὴν ὀλκάδα, καὶ τὸν σπογγίτην (2), τόν τε λειμωνιάτην (3), καὶ τὸν λιγγούριον (4), τόν τε τριγλίτην, καὶ τὸν τριόφθαλμον (5), καὶ τὸν σοκόνδιον (6) καὶ σκριγγίτην (7), καὶ τὸν σχιστὸν (8), καὶ ὅσοι τοιοῦτοι, ὧν τὰ ὀνόματα μόνον ἴσμεν, οὐ μέντοι γε αὐτοῖς ἐντυγχάνομεν· ἀπὸ τῶν γνωριμοτέρων ἡμῖν ἀπάρξομαι.

B Αὐτίκα ὁ ἀδάμας (9)· χροιὰν μὲν οὗτος ἔχει ὑελίζουσαν καὶ στιλπνὴν, κραταιός τέ ἐστιν καὶ δύσθραυστος· ἡμιτριταίους (10) πυρετοὺς σβέννυσιν ἐξαρτώμενος.

Ὁ αἱματίτης (11)· ὀνομάζεται δὲ οὗτος (12), ὅτι

NOTÆ.

(1) Δογματικῶν. Dogmaticos hic traducit, qui eorum quæ quæruntur veras causas se invenisse profitebantur. Sextus philosophus lib. I. *Pyrrh. Hypotypos.*, cap. 1, accerrimus eorum hostis consulendus. Dogmatici fuere Aristoteles, Epicurus, Stoici et alii quidam. MAUSSACUS.

(2) Σπογγίτην. Dioscorides lib. V, cap. 163. Plinius lib. XXXVII, cap. X : *Spongites spongiæ nomen repræsentat.*

(3) Λειμωνιάτην. Plinius loc. cit. : *Limoniates eadem videtur quæ smaragdus.*

(4) Λίγκουρον. Legendum potius λιγγούριον vel λυγκούριον. Male est apud Hesychium λυγιουργὸν, τὸ ἤλεκτρον. Indubie reponi debet λυγκούριον. Lyncurium adeo notum est, ut mirari subeat, quomodo Psellus ipsum inter ignotos lapides recensere voluerit. MAUSSACUS. — Plinius lib. XXXVII, cap. 2 et 3; Solinus *Polyh.* cap. 8, Marbodeus cap. 51.

(5) Τριόφθαλμον. Plinius lib. cit. cap. 11. *Triophthalmos cum onyche nascitur, tres hominum oculos simul exprimens.*

(6) Σοκόνδιον. Videtur legendum καὶ τὸν Σακόδιον. Est species jaspidis de qua Plinius lib. XXXVII, cap. 9 : *Alterum earum genus descendit ad hyacinthos. Hunc colorem Indi sacon vocant, talem gemmam sacodion.*

(7) Σκριγγίτην. Corrigo καὶ τὸν Συριγγίτην. Plinius lib. cit. cap. 10 : *Syrinhites stipulæ internodio similis, perpetua fistula cavatur.*

(8) Σχιστόν. Dioscorides lib. V, 145; Plinius lib. XXXVI, cap. 20.

(9) Ἀδάμας. Plinius *H. N.* lib. XXXVI, cap 4; C Solinus *Polyhist.* cap. 65; Theophylactus Simoc. *Quæst. Physic.* quæst. 4; Marbodeus *De gemmis* cap. 1.

(10) Ἡμιτριταίους. Alias vires ipsi ascribunt Plinius loc. cit. et ex eo Marbodeus.

(11) Αἱματίτης. Dioscorides lib. V, cap. 144. Plinius lib. XXXVI, cap. 20, et lib. XXXVII, cap. 10; Galenus lib. VIII. *Simpl. Medic.*, p. m. 121; Solinus cap. 42. Marbodeus cap. 36, χρυσετήσιος λίθος dicitur chemicis. Glossæ chemicæ p. 144; χρυσετήσιος λίθος, αἱματίτης.

(12) Οὗτος. Forte melius οὕτως, sed parum refert utro modo legas. MAUSSACUS. — Legend. οὕτως.

βρεχόμενος ὕδατι αἱματώδη χροιὰν ἀφίησι· ὀφθαλμίας A
ἰᾶται μεθ' ὕδατος ἐγχριόμενος.

Ἀμέθυσος (13) ὑακινθώδης (14) μέν ἐστι τὴν χροιὰν, ἰᾶται δὲ καὶ κεφαλαλγίας, καὶ τοὺς πίνοντας οἶνον (15) φυλάττει νήφοντας, ὅθεν αὐτῷ καὶ τοὔνομα.

Ὁ ἄνθραξ (16) ἐν Ἰνδοῖς μὲν ἔχει τὴν γένεσιν· ἔστι δὲ ἄνθραξιν ἐμφερὴς, καὶ ὁ μέντοι ἐστὶ τηλεφεγγὴς (17), ὁ δὲ βραχύτητι (18) μελάντερος. Εὑρίσκεται δὲ ἐν ὄρεσιν ἀντιλάμπων ταῖς ἀκτῖσι ἡλιακαῖς, καὶ ποικιλλόμενος (19) μέν· τοῦτον (20) οἱ λιθογνώμονες ἴασιν, οὐ μήν γε καὶ τὰς δυνάμεις αὐτοῦ μεμαθήκασιν, εἰ μὴ μόνον τὸν ἀνθρακίτην τὸν παρὰ Θεσπρωτοῖς γενόμενον, ἔλαττον τὸ πυραυγὲς ἔχοντα. Κεφαλαλγίας (21) ἰᾶσθαί φασι παρὰ τῷ κάμνοντι θυμιώμενον.

B

Ὁ αἰσχάτης (22)· ἔστι δὲ ποικίλυς τὴν χροιὰν καὶ διηγλαϊσμένος· καὶ ὁ μὲν παρωχρος (23), ὁ δὲ φοινικόχρους ἢ σαρκοειδής (24). Ὀφθαλμῶν ῥεύματα καὶ κεφαλαλγίας ἰᾶται, ἐπέχει δὲ καὶ ῥοῦν γυναικῶν καὶ τῷ ὑγρῷ ὕδρωπι (25) ἀντίθετός ἐστι, καὶ τοσοῦτὸν αὐτῷ τὸ παριὸν (26) τῆς ξηραντικῆς δυνάμεως, ὡς καὶ ὕδωρ ἀναπίνειν δύνασθαι καὶ κενὸν ἄγγος ποιεῖν.

Ὁ δὲ βήρυλλος (27). Τρεῖς δὲ τούτου τοῦ λίθου μορφαὶ, καὶ ὁ μὲν αὐτῶν ἐλαιοβαρύς (28) ἐστι τὴν

guineum colorem induat : sanat hic morbos oculorum, aqua illitus.

Amethystus hyacinthini coloris est, sedat dolores capitis, et vinipotores aut bibaculos abstemios reddit et sobrios, unde illi nomen.

Carbunculus in India generatur : est autem carbonibus similis, splendet unus procul, alter vero ob exiguitatem nigrior est. Porro invenitur in montibus adversus solis radios respondens et variegatus. Hunc quidem gemmarii optimo norunt, sed ejus virtutes nequaquam, si anthracitem excipias, qui apud Thesprotos nascitur, et igneum splendorem habet remissiorem. Hunc morbis capitis mederi referunt, si ægroto offeratur suffitus.

Æschates diversicolor est et splendidus : unus autem pallidus est, alter rubicundus aut carneus : oculorum fluxionibus et capitis doloribus medetur, et sistit mulierum menstrua, adversaturque omnino humidæ hydropisi, tantumque virtutis siccificæ ei inest, ut et aquam ebibere possit, et vas vacuum relinquere.

Beryllus. Tres hujus sunt lapilli formæ : alius colorem habet olei obscurum, alius marinum, alius

NOTÆ

(13) Ἀμέθυσος. Plinius lib. XXXVII, cap. 9, Marbodeus cap. 4 :

India mittit eum, gemmarum maxima nutrix.
Hic facilis sculpi, contrarius ebrietati

(14) Ὑακινθώδης. Theophrastus ὑακινθῶδες diceret, quia ἐμέθυσον vult esse neutrius generis, sed ut puto ἀμέθυσος et ἀμέθυσον dici potest, hoc in neutro illud in masculino, quare nihil hic mutandum. MAUSSACUS. — Dicitur quoque ἡ ἀμέθυσος, in feminimo genere, sic Heliodorus *Æthiop. c.* lib. V, cap. 13, ubi eleganter hanc gemmam describit. C

(15) Οἶνον. Membrana male habebat οἴνου. — MAUSSACUS.

(16) Ἄνθραξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 7 ; Marbodeus cap. 10.

(17) Τηλεφεγγής. Inquinatissima hæc erant in manu exarato. Nos conjectura restituimus καὶ ὁ μέντοι ἐστὶ τηλεφεγγής· nam quid sit θυληφεγγὴς, ut scriptum erat in codice, nemo scit. MAUSSACUS. — Bene Maussacus hæc restituit. Aelianus *Hist. Animal.* lib. VIII, cap. 22, de hac gemma : Τὴν δ' οὖν λίθον ἔνδον ποι κατέθετο· εἶτα νύκτωρ διυπνισθεῖσα, ὁρᾷ αὐγήν τινα καὶ αἴγλην ἀφιεῖσαν, καὶ κατελάμπετο ὁ οἶκος ὡς εἰσκομισθείσης δᾳδός· τοσοῦτον ἄρα ἐκ τοῦ βώλου τὸ σέλας ἀνίει τε καὶ ἐτίκτετο. D

(1) Βραχύτητι. Legendum Βραχύ τι,

(19) Ποικιλλόμενος. Forte ποικιλείμων. Membrana habet ποικιλιάμενος omnino male. MAUSSACUS. — Locus haud dubie corruptus, cujus sanatio a codice ms. est exspectanda.

(20) Τοῦτον. De ejus viribus sic disserit Habdarrahamanus tract. III, *de gemmis* cap. 1 : *Inter præcipuas ac præstantissimas carbunculi virtutes istæ recenseniur : Si quis carbunculo sese obsignat, vel appensum gestat, tutus securusque erit a contagio et peste. Cor mirum in modum lætificat, ejusque abigit mœrores. Venenis præsentaneum est remedium, quod inter notissimas ejus virtutes recensendum est.*

(21) Κεφαλαλγίας. Videtur ante hanc vocem excidisse τοῦτον.

(22) Αἰσχάτης. Idem qui achates dicitur. Consulantur de eo Plinius lib. XXXVII, cap. 10 : Solinus cap. 11. Marbodeus cap. 2. Orpheus p. 230, qui corruptus p. 236, vs. 66. quem locum hac occasione emaculemus.

Σπερχόμενοι ποτὶ βωμὸν, ἀολλέες ἐκπρομολόντες
Χηραμόθεν ὀρόωνται ἐφερπύζοντες αὐτμήν

Vertit interpres :

Festinantes ad aram, confertim erumpentes
Ex suis latibulis, adreptantes aspectant.

Pro ὀρόωνται legendum ἀρύονται.

(23) Πάρωχρος. Illum videtur innuere qui leucachates, vel eum qui cerachates dicitur, de quo Marbodeus loc. cit. :

Cerea cui facies, quia creber, vilis habetur.

Frustra nititur Marbodeus, etymologiam hujus vocis ex Latino sermone petere, cum sic dicatur hic lapis quod cornu colore referat.

(24) Σαρδοειδής. Putamus restituendum σαρκοειδής, ut paulo post legitur in ὄνυξ. MAUSSACUS. — Σαρκοειδής correxit Maussacus, sed præstabtt servare lectionem codicis ms., cum Plinius loc. cit. et alii *sardachatem* memorent.

(25) Ὑγρῷ ὕδρ. Viderint medicorum filii, quid sit humida hydropisis. MAUSSACUS. — Anasarcam opponi siccæ tympanitidi recte ad oram exemplaris, quo utor, notavit vir doctus.

(26) Περιόν. Melius παριόν. MAUSSACUS. — Monui in notis ad Demetrium Pepag., p. 10, περιὸν esse legendum, meque antea temere nimis fidem adhibentem Maussaco suspicatum esse legend. περιττόν. Vidi postea virum summum Th. Reinesium lib. II *Var. lect.* cap. 18, pag. 301, quoque emendasse περισσόν. Sed pace tanti viri dixerim, placet adhuc lectio codicis ms.

(27) Βήρυλλος. Plinius lib. XXXVII, cap. V. Solinus Polyh. cap. 64 ; Marbodeus cap. 9.

(28) Ἐλαιοβαρύς. Forte leg. ἐλαιοβαφής.

denique splendidus est, et ejusdem naturæ, et procul resplendens. Lapis igitur hic intentiones curat, convulsiones, oculorum dolores, auriginem.

Galactites occulto scatet lacte, unde et ipsi nomen inditum est, mulieribus vero lac attrahit, et oblivionem inducit malorum, quorum memoriam etiam revocat; contrarius enim est omnino belluarum vulneribus, si circumnectatur.

Electrum. Unum quidem Indicum est, alterum Libyticum: reperiuntur autem juxta fluvium Eridanum. Quidam vero ipsum aiunt lacrymam esse cujusdam arboris. Leve est, idque adolent, ut thus et resinam lentisci: urinæ difficultatem circumnexum sedat, et febrem sanat, et stomachi fluxiones cohibet, et inunctum aut illitum oculis visus acuitatem præbet.

Jaspis lapis natura crystallum pene refert, paulo vehementius colorem intendens. Optimus purpureus est, melior ille qui magis est vocalis, parumper albus. Est et aereus quidam qui capitis fluxiones tollit, et expellit malum illud, quo cum labo-

A χροιάν· ὁ δὲ θαλάττῃ προσεοικώς· ὁ δὲ λαμπρὸς τὰς αὐγὰς καὶ ὁμοφυής, καὶ λάμπων πόῤῥωθεν· οὗτος οὖν ὁ λίθος ἐντάσεις ἴᾶται, καὶ σπασμούς, καὶ ὀφθαλμῶν ὀδύνας, καὶ ἴκτερον (29).

Ὁ γαλακτίτης (30) ἀποῤῥήτῳ βρύει γάλακτι, ἔνθεν γὰρ αὐτῷ καὶ τοὔνομα· κατασπᾷ δὲ γάλα ταῖς γυναιξί· λήθην δὲ ἐργάζεται τῶν κακῶν καὶ μνήμην τῶν κακῶν (31)· ἀντίθετος γάρ (32) ἐστι καὶ θηρίων (33) πληγαῖς περίαπτος γεγονώς.

Τὸ ἤλεκτρον· ἔστι δὲ τὸ μὲν Ἰνδικόν, τὸ δὲ Λιβυτικόν (34)· οἰκειοῦνται (35) δὲ παρὰ τὸν Ἠριδανὸν (36) ποταμόν· ἔνιοι δὲ καὶ δάκρυον αὐτό φασι δένδρου (37) τινός· κοῦφον γὰρ ἐστι καὶ θυμιᾶται ὡς ὁ λιβανωτὸς καὶ ἡ μαστιχή· ἴᾶται δὲ δυσουρίαν περιαπτόμενος, καὶ πυρετὸν ἀπαλλάττει, καὶ στομάχου B ῥεῦμα ἵστησι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς δὲ ἐγχριόμενος ὀξυδορκίαν χαρίζεται.

Ἡ ἴασπις φύσει κρυσταλλοειδής, ὀλίγου (38) ἐπιτεινομένη τὴν χροιάν, καὶ ἀρίστη μὲν ἡ πορφύρουσα (39), δευτέρα (40) ἡ φθεγματικωτέρα (41) παράλευκος· ἔστι δέ τις καὶ ἀεροειδής (42)· ἀναστέλλει δὲ ῥεύματα κεφαλῆς, καὶ τοὺς ἐφιάλτας (43)

NOTÆ.

Ἴκτερον. Cæl. Aurelianus lib. III. *Morb. chronic.*, cap. V: *Passio vocabulum sumpsit secundum Græcos ab animalis nomine, quod sit coloris fellei*. Nemde a galbula. Χρυσιασμὸς etiam dicitur. Synesius ms. libr. *De febribus*: Πλειστάκις δὲ συμβαίνει ἐν τούτῳ τῷ πυρετῷ περὶ οὗ λέγομεν, φρενῖτις καὶ βῆχος ξηρὸς καὶ λειποθυμία ἢ χρυσιασμὸς ὅ ἐστι ἴκτερος.

(30) Γαλακτίτης. Dioscorides lib. V, cap. 150; Plinius *H. N.* lib. XXXVII cap. 10; Solinus cap. 42; Orpheus p. 200; Marbodeus cap. 31. Corruptus leviter Orpheus pag. 202:

Δαὶ δέ σε καὶ βασιλῆες ἀμύμονεν αἰδέσσονται.

Legend· Ναὶ δέ σε κ. τ. λ.

(31) Τῶν κακῶν. Haud dubie legendum τῶν καλῶν. Orpheus *De lapidibus*, pag. 200, vs. 7:

Ἠδ' ἄρα μιν λήθαιον ἐφήμισαν, οὕνεκεν αἰεὶ
Μεμνῆσθαι κακότητος ὀϊζυρῆς ἀπερύκει
Θνητοὺς ἀθανάτους τε· νόον δ' ἐριούνιον εἶναι
Θέλγει, ἐποτρύνων ἀγανὰ φρεσὶ βουλεύεσθαι.

(32) Γάρ. Malim δέ.

(33) Θηρίων. Τὰ θηρία sunt animalia venenata, vide quæ notat cl. L. Bos. ad Act. Apost. cap. XXVIII, p. 62.

(34) Λιβυτικόν. Ad oram sui exemplaris, quod nunc in bibliotheca Lugd. Batav. servatur, correrexit Vossius Αἰγυπτικόν.

(35) Οἰκειοῦνται. Forte leg. εὑρίσκονται.

(36) Ἠριδανόν. Non video quomodo electrum Indicum et Libyticum juxta fluvium Eridanum reperiri possint. MAUSSACUS.

(37) Δένδρου. Consule Philostratum. *Icon.* lib. II, in Phaetonte (lib. I, cap. 11, p. 780.) ID.

(38) Ὀλίγου. Malim ὀλίγον. Ὀλίγου forte legendum apud Themistium Orat. 4, p. ed. H. Steph. Ἤγαγε δ' οὖν αὐτοῖς τὰ ἀγώγιμα ὅσα τέ μοι πρῶτα ὑπῆρχε, καὶ ὅσα παρ' ὑμῖν ἐνθένδε ἐποριζάμην ἐν εἴκοσιν ὀλίγοις ἐνιαυτοῖς. Pro ὀλίγοις Petavius corrigit ὅλοις· malim ὀλίγου, *per viginti ferme annos*.

(39) Πορφύρουσα. Malim πορφυρίζουσα.

(40) Δευτέρα. Leg· δευτέρα δὲ ἡ.

(41) Φθεγματικωτέρα. Vertit Maussacus, *qui magis est vocalis*. Sed corrupta hæc vox legend. φλεγματικωτέρα. Dioscorides lib. V, cap. 168: λίθος ἴασπις ὁ μέν τίς ἐστι σμαραγδίζων· ὁ δὲ κρυσταλλώδης, ἐοικὼς φλέγματι. Sic solent librarii voces C similes confundere. Hippocrates lib. *De insomniis*. sect. 4, p. 375, ed. Foesii: Αὐτὴ δ' ἑωϋτῆς ἡ διάνοια οὐ γίνεται· leg. αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἡ διακονία οὐ γίνεται. Oribasius *Anatom.* p. 120: καὶ ἔστιν αἰσθητὸν τὸ στόμα τοῦ πόρου τούτου, κἂν μὴ πάνυ τι μέγα τὸ ζῶον ᾖ. Quæ verba haud dubie prave se habent. Lego καὶ ἔστιν αἰσθητικὸν τὸ στ. τ. π. τ. κ. μ. π. τ. μέγα τὸ ξῦον ᾖ. Cassius in *Quæst. medic.*, quæst. 22: ὥς τε καὶ τούτου κακωθέντος, καὶ τῆς φωνήσεως ὑποκειμένης, εἰκότως οὐκ ἀντιλαμβάνονται τῶν φωνῶν. Verba καὶ τῆς φωνήσεως ὑποκειμένης omisit in versione Conr. Gesnerus, haud dubie quod illa corrupta judicaret; corrige itaque καὶ τῆς σφηνώσεως ὑποκειμένης. Orpheus *Argonaut.* vs. 424:

Καὶ Κρόνον αἰνολέτην, ὥς τ' ἐς Δία τερπικέραυνον
Ἤλυθεν ἀθανάτων μακάρων βασιλήϊος ἀρχή.

Suspisor legendum καὶ Κρόνον εὐνολέτην κ. τ. λ. Tryphiodorus *De excid. Ilii*, vs. 412:

μάτην δὲ χρῇς ἅπερ ἴσχεις.

Varie tentarunt hunc locum viri docti, sed erud. Merrick ex codice ms. cl. Reimari aliam affert lectionem:

μάτην δ' ὀλάουσ' ἀπερύκεις.

Pro ἀπερύκεις corrigit ἀγορεύεις, malim legere ἀπερύγεις. Hesychius ἐρύγειν, φωνεῖν. Aristides D Orat. in Minervam, p. 10, ἀναπνεῖ τε εἰς αὐτόν. Corrigit vir doctus ἀναπαύει, quam emendationem rejicit tueturque vulgatam lectionem cel. Jac. Elsnerus in schediasmate critico pag. 40. Suspicor legendum ἀναπνεῖ τε ἴσα αὐτῷ, levi, ni fallor, mutatione.

(42) Ἀεροειδής. Orpheus *De lapid.*, p. 206:

Καὶ γλαφυρὸν κομίσας ἀερόχροον αἶχεν ἴασπιν.

Sic legendum, non ut vulgo editum ἐαρόχροον.

(43) Ἐφιάλτας. Actuarius lib. I. *De dignot. morb*, cap. 35: Ὁ δ' ἐφιάλτης οὕτω καλούμενος, πάθος ὢν κατὰ τοὺς ὕπνους συμβαῖνον, οὐ πάνυ μὴν καθ' αὐτὸ κακόν, μεγάλα δέ τινα προσημαίνει κακά. Ἐπιληψιῶν γὰρ καὶ μελαγχολιῶν εἴδη ἔτι τε ἀποπληξίαι, καὶ ὅ τι σύνεγγυς αὐτοῦ, θαμίζοντος τοῦ ἐφιάλτου προσημαίνεται. Λέγεται δὲ ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ἐφάλλεσθαί τινα τοῖς πάσχουσιν· ὡς τινος γὰρ αὐτοῖς ἐπικειμένου καὶ οἷον πνί-

ἀπωθεῖται, καὶ λοιμικοῖς ἀντιτάττεται πάθεσι καὶ ἐπιληπτικοῖς (44). Ἔστι δέ τις ἴασπις σμαραγδίζουσα (45)· ἡ δὲ ἐμφερὴς χιόνι, καὶ ἄλλη ἐμφερὴς ἄρνου ἐγκεφάλῳ, ἧς οὔπω οὐδεὶς ἐγνώκει τὴν δύναμιν.

rat quis, se grandi mole opprimi noctu et ab alio invadi putat : et pestiferis morbis ac epilepticis omnino adversatur. Est et jaspis quidam in smaragdi modum resplendens, alius vero nivi similis, alius denique hirci cerebrum referens, cujus nemo hactenus vires novit.

Ὁ ἰδαῖος (46) δάκτυλος ἐν Ἴδῃ τῆς Κρήτης γίνεται, καὶ ἔστι τὸ σχῆμα δακτύλῳ ἀνδρὸς ἐμφερὴς τῷ ἀντίχειρι· τὴν χροιὰν σιδηρόχρους· οὗτος ὁ λίθος δικαιότατος πάντων τῶν λίθων ἐστί· τὰς μὲν γὰρ ἐκ τῶν δικαίων μίξεων γενομένας σπορὰς τελειοῖ, φθείρει δὲ τὰς ἀθεμίστους καὶ παρανόμους.

Idæus dactylus in Ida Cretæ gignitur, estque ejusdem formæ cum pollice hominis, ferreo colore. Hic autem lapis justissimus omnium lapidum est, fetus enim ex justis nuptiis procreatos perficit, corrumpit vero eos qui contra et leges et jus generantur.

Ὁ κρύσταλλος (47) ἔοικε μὲν ὕδατι καθαρῷ, ἐγκαεὶς (48) δὲ ὑπὸ ἡλίου χροιάν ἀμεθύσου μευαλαμβάνει, ἐπὶ δὲ τὸ βαθύτερον τραπεὶς ἰάσπιδι γίνεται ὅμοιος· οὗτος τρόμους (49) ἀπερύκει καὶ ἐκλύσεις νεύρων ἀνατριβόμενος.

Crystallus similis est aquæ puræ, accensus vero a sole amethysti colorem induit, et in obscuriorem mutatus, jaspidi fit similis. Is timores prohibet et dissolutiones nervorum collisus.

Ὁ λυχνίτης (50)· ἔστι δὲ νυκτάλωπος (51), ἀρτηθεὶς ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ῥεύματά τε ἐπέχει ὀφθαλμῶν ἐν λινῷ ῥάκει περιτιθεὶς τῷ μετώπῳ.

Lychnites luscitiosus est, et collo suspensus oculorum fluxiones sistit, si apponatur fronti linea locinia involutus.

Ὁ μαγνίτης (52) λίθος ἐστὶ μέγας καὶ βαρὺς καὶ

Magnes lapis est magnus, et gravis et enormis :

NOTÆ.

γοντος αἰσθάνονται οἱ τῷ τοιούτῳ κάτοχοι πάθει, μηδ' ὁτιοῦν μέλος αὐτῶν κινῆσαι δυνάμενοι · φεύγειν δέ φασιν αὐτοὺς τῶν δακτύλων σωρευθέντων. *Incubonem* Latini vocant. Cælius Aurelianus lib. I *Morb. chronic.*, cap. III, p. 289 : *Quidam veteres* ἐφιάλτην *vocaverunt, alii* ἐπιβολὴν, *quod utilis patientibus perhibeatur.* Loco huic male sano varie medicinam facere conati sunt viri docti, at omnium optime eum emendat celeb. Trillerus in epistola ad me data, quam elegantem ac eruditam emendationem cum lectore communicabo. En ipsius verba : *Nihil plane in Cælio emendandum, præter vocem* ἐπιβολήν, *quæ potius scribenda* ἐπωφελῆ, *aut Lat.* epophelen, *h. e. utilem. Dabo Cælii defensorem et commentatorem Hesychium :* Ἐπωφελὴς ὁ καλούμενος ἐφιάλτης. *Sed et dabo nunc reconditæ hujus et insolitæ opinionis originem ex Artemidoro lib.* II, Oneirocrit. *cap.* 42, p. 132 : Ἐὰν ὁ ἐφιάλτης τι καὶ διδῷ καὶ συνουσιάζῃ, μεγάλας ὠφελείας προαγορεύει · μάλιστα δὲ ὅταν μὴ βαρῇ. Hæc vir doctus, qua emendatione nihil verius et elegantius fingi atque excogitari potest.

(44) Ἐπιληπτικοῖς. Editio Maussaci ἐπιλειπτικοῖς, quod a librariis profectum videtur, sed male omnino se habet, ut satis docet vocis originatio. Nonus cap. 36, p. 45 : ὠνόμασται δὲ τὸ πάθος ἐπιληψία διὰ τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ κρατεῖσθαι αὐτῶν τὰς αἰσθήσεις. Quæ verba hausit ex Alexandri Trall. lib. I, cap. 15, p. 62, apud quem male hodie ἐπιλανθάνεσθαι legitur, quod recte ad oram sui exemplaris in ἐπιλαμβάνεσθαι, mutaverat Renatus Moreau. H. Stephanus in *Diction. medic.* p. 322, edidit ἐπιλαμβάνειν. Frequenter η et ει inter se permutantur. Rhazes *de pestilentia* in proœm. p. 243 : Οὗτος τοίνυν ὁ θαυμαστὸς ἀνὴρ εἰς δύο ἤδη τεμὼν τὴν νόσον. Pro ἤδη legend. εἴδη. Cæterum jaspidem etiam adversus epilepsiam commendant Alexander Trallianus lib. I, cap. 15, p. 83, et Nonus cap. 36, p. 47.

(45) Σμαραγδίζουσα. Plinius *H. N.* lib. XXXVII, cap. 9 : *Totus vero Oriens pro amuletis traditur gestare eam quæ ex iis smaragdo similis est.*

(46) Ἰδαῖος. Totidem ferme verbis hæc legas apud Plinium lib. XXXVII, cap. 10 : *Idæi dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt.*

(47) Κρύσταλλος. Plinius *N. H.* lib. XXXVII, cap. 2, Solinus cap. 24, Orpheus *De lapid.* pag. 198, Marbodeus cap. 23.

(48) Ἐγκαείς. Chrystallos varii reperiri coloris notum est, sed an a solis radiis colores mutentur, nescio. Vereor valde ne lacuna his subsit : tradunt enim auctores hanc gemmam a sole irradiatam, ignem concipere, et hanc ejus virtutem apud Psellum excidisse puto. Orpheus loc. cit. vs. 7 :

Εἰ γὰρ ἄτερ κρατεροῖο θέλεις πυρὸς ἐς φλόγας ὄρσαι,
Κέκλομαι αὐαλέων μιν ὑπὲρ δαΐδων καταθεῖναι ·
Αὐτὰρ ὅγ' ἠελίοιο καταντία αὐγάζοντος
Αὐτίχ' ὑπὲρ δαΐδων ὀλίγην ἀκτῖνα τανύσσει.
Ἡδ' ὅτε καρφαλέης τε θίγῃ καὶ πίονος ὕλης,
Καπνὸν, ἔπειτα δὲ πῦρ ὀλίγον, μετὰ δὲ φλόγα πολλὴν
Ὄρσει · τὴν δ' ἄρα φασὶ παλαιγονίης ἱερὸν πῦρ.

In quinto versu pro Ἡδ' ὅτε legendum Ἢ δ' ὅτε. Marbodeus loc. cit. :

Sed certum cunctis, neque stat violabile tanquam
Quod lapis hic soli subjectus concipit ignem,
Admotosque sibi solet hic accendere fungos.

Forte itaque apud Psellum legendum : Ἐγκαεὶς δὲ ὑπὸ ἡλίου ἀνάπτεται · ἐνίοτε μὲν χροιὰν, κ. τ. λ.

(49) Τρόμους. Vertit Maussacus *timores*, nisi forte typographorum error : corrige *tremores*.

(50) Λυχνίτην. Ordo alphabeticus postulat, ut statim post Κρύσταλλος, vel ante reponatur Κάπρειρος. Descivit tamen hic lapis in posteriorem locum. Nos secuti sumus cod. manu exaratum. Cæterum de lychnite in notis ad hydaspen Plutarchi disputavimus. MASSACUS. — Plinius lib. XXXVII, cap. 7. Quæ sequuntur verba ἔστι δὲ νυκτάλωπος, omnino sunt corrupta. Maussacus legit νυκτάλωψ et vertit *luscitiosus est*. Sed bene quod locum mutilum esse suspicetur. Excidit hic procul dubio descriptio coloris et habitus externi hujus gemmæ. Plinius loc. cit. unam speciem purpura radiare tradit, alteram cocco. Sic itaque hanc lacunam supplerem : Ἔστι δὲ πορφυρόχροος · ἰᾶναι νυκτάλωπας, κ. τ. λ.

(51) Νυκτάλωπος. Si ita legas, vertendum est, *spectat ad luscitiosum*. Sed si legas νυκτάλωψ, ut est indubie corrigendum, interpretari debes *luscitiosus est*, deest hic forsan aliquid. MASSACUS. — Glossæ Jatricæ mss. : Νυκτάλωπας, τοὺς τῇ νυκτὶ μὴ βλέποντας.

(52) Μαγνίτης. Dioscorides lib. V, cap. 148. Plinius *H. N.* lib. XXXVI, cap. 14, Galenus lib. VIII,

unus est qui ferrum attrahit, alter qui rejicit, lacte vero dissolutus visus acuitatem præbet, et melancholiam sanat.

Onyx maximus est, adeo ut Indi lectorum pedes ex eo tornent. Sublatus in terram omnem recipit colorem, aut carbunculi rutilum, aut nigrum aut carneum. Dissolutus vero phantasmata nocturna abigit et dentibus fluxione laborantibus attritus prodest.

Caprirus fronti appositus oculorum fluxiones sistit, ulceribus medetur si cum lacte bibatur, exsiccat autem et stypticus est sive astrictorius, et febribus acutis contrarius.

Sardonyx. Mediam habet hic lapis lineam albam, unicolor autem est, et oculorum sedat fluxiones, et in modum zonæ cinctus infantium in utero casus cohibet, qui vero variegatus est melancholicis prodest, si appendatur.

ἀνόμαλος, καὶ ὁ μὲν τις ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ὁ δὲ ἀναπτύει· ἀναλυόμενος δὲ γάλακτι ὀξυδορκίαν (53) ποιεῖ, καὶ μελαγχολίαν ἰᾶται (54).

Ὁ ὄνυξ (55) εὐμεγέθης ἐστὶ, ὥστε τοὺς Ἰνδοὺς πόδας κλίνης ἐντεῦθεν τορεύειν· διαρθεὶς δὲ πρὸς γῆν (56) παντοίαν ἀναφέρει χροιὰν, ἢ γὰρ ἀνθρακώδη, ἢ μέλαιναν, ἢ σαρκοειδῆ· ἀναλυθεὶς (57) δὲ ἐπέχει φαντασίας νυκτερινὰς, ὀδοῦσί τε ῥευματιζομένοις πατριβόμενος ὠφελεῖ.

Ὁ κάπρειρος (58) ἵστησι ῥεύματα ὀφθαλμῶν μετώπῳ περιαφθείς· ἑλκώσεις (59) ἰᾶται ποθεὶς μετὰ γάλακτος (60), ξηραντικὸς δέ (61) ἔστιν καὶ στυπτικὸς καὶ πυρετοῖς (62) ὀξέσιν ἀντίθετος.

Σάρδόνυξ (63). Ἡ λίθος αὐτὴ (64) μέσην ἔχει γραμμὴν λευκήν· ἔστι δὲ μονόχρωος (65)· ὀφθαλμῶν ἵστησι ῥεύματα, καὶ διεζωσμένη (66) τοὺς τῶν ἐμβρύων (67) ἐπέχει ὀλίσθους· ἡ δὲ ποικίλη ὠφελεῖ μελαγχολικοῖς (68) ἐξαρτωμένη.

NOTÆ.

De simp. med. p. m. 123, Orpheus *De lapid.* p. 208, Marbodeus cap. 43. Unde dictus hic lapis docet Lucretius lib. VI, vs. 907 :

Quem magneta vocant patrio de nomine Graii,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.

Attamen a Magnete inventore eum sic vocatum vult Plinius loc. cit. Etiam Ἡράκλεια λίθος dicitur. Teophylactus Simoc. *Quæst.* IV, p. 7 : Ἡ μαγνῆτις, ἣν καὶ Ἡράκλειαν λίθον φασὶ, τοῦ σιδήρου διέστηκε, καὶ ὅμως διὰ μέσου τοῦ ἀέρος ὁρῶμεν τὴν ἐνέργειαν προβαλλομένην τὴν λίθον. Quæ sequuntur apud Theophylactum corrupta sunt, quæ hic simul emendabimus : Ἐπεὶ δ' ἂν οὐκ ἐξικνοῦνται, ἔστιν ὅτε οἱ ταύτης πρὸς τὸν ἄῤῥενα κλάδοι, σοφόν τι παλαμῶνται ταύτῃ οἱ φυτουργοὶ πρὸς τὸν ἔρωτα. Verba ἔστιν ὅτε male ibi esse collocata vidit jam Kimedoncius qui proinde corrigit ἐξικνοῦντες ἔστιν οἱ. Sed nihil mutandum, verba leviter transposita, restitue ἐξικνοῦνται οἱ ταύτης — κλάδοι, ἔστιν ὅτε σοφόν, κ. τ. λ.

(53) Ὀξυδορκίαν. Quis non videt legendum ὀξυδερκίαν? MUSSACUS.

(54) Ἰᾶται. Arthriticis præterea hunc lapidem prodesse testatur Alexander Trallianus lib. XI, p. 656 : καὶ ἡ μαγνῆτις δὲ λίθος φορουμένη τῶν ἀρθριτικῶν θεραπεύει τὰς ἀδύνας.

(55) Ὄνυξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 6, Marbodeus cap. 9. Pro ἐντεῦθεν in Maussaci editione typographorum incuria legitur εὐτεῦθεν.

(56) Πρὸς γῆν. Suspicor legendum πρὸς αὐγήν. Sic truncant librarii modo initia modo fines vocum. Redit mihi in mentem locus Aristæneti, ubi pariter vocabuli finis neglectus illum obscurum reddit, lib. I. Epist. 15, pag. 102 : Ἥρωτος δὲ φανέντος, γέγονε, ῥίψασπις εὐθὺς, ὁ τέως θρασὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀκοντὶ, προσανατείνας, ὡμολόγει τὴν ἧτταν. Corrigunt viri docti ἑκοντὶ aut ἀκοντὶ, sed vereor ne locus in graviori mendo cubet ; forte legendum καὶ τῇ δεξιᾷ ἀκόντιον προανατείνας. Interdum nimis liberaliter litteram addidere librarii. Plutarchus *De fluminibus* pag. 59 ed. Maussaci, de lapide clitoride : Ἔστι δὲ λίαν μελάγχρους, ὃν κόσμου χάριν οἱ ἐγχώριοι φοροῦσιν ἐν τοῖς Σωτηρίοις. Sic edidit Maussacus, corrigo, ἐν τοῖς ὠταρίοις. Favet codex ms. in quo legebatur Σωτάροις.

(57) Ἀναλυθείς. Suspectum mihi hoc verbum. Quomodo enim lemures dissolutus valet abigere? Neque additur in quonam liquido solvendus sit. Vereor ne quid desit, aut ne hoc verbum sit corruptum. Forte leg. ἀναρτηθείς, *suspensus*. Cæterum contrarium hanc gemmam facere tradit Marbodeus loc. cit. :

A collo suspensus onyx, digitove ligatus,
In somno lemures et tristia cuncta figurat,
Muliplicat lites, et commovet undique rixas.
Dicitur et pueris nimias augere salivas.

Sic leguntur hi versus in editione Jani Cornarii. Pictorius in secundo vs. pro *figurat* edidit *repellit.* Quartus autem sic apud eum legitur ;

Dicitur in pueris multas augere salivas.

Vers. 88. Non secutus est Papinianum l. II definit, ubi jus civile a prætorio distinguit, illiusque partes enumerat. Jus autem civile quod ex legibus, plebiscitis, senatus consultis, decretis principum, auctoritate prudentium, venit, Jus prætorium est, quod prætores induxerunt, etc. I, *Jus autem civile* VII *De just. et jur.*; quæ tamen confundit Justinianus *De jur. nat. gent. et civ.*, et sex partes juris scripti statuit; de quo et *Basilic.* lib. II, tit. cap. 14; Εἰσήχθη δὲ ἢ ἀπὸ Δωδεκαδέλτου, ἢ τῶν τῆς θεσπισμάτων, ἢ τῶν βασιλικῶν δογμάτων, ἢ Τῆς νόνθεντίας τῶν σοφῶν. Καὶ τὸ πραιτώριον νόμιμον, ζῶσα φωνὴ τοῦ πολιτικοῦ ἐστι.

Vers. 91. Hic est institutionum juris, et edicti perpetui ordo, quem tamen versu sequenti invertit; quemadmodum et Attaliata, qui ipse in initio suæ Synopseos, tit. 4, Περὶ ἐνοχῶν καὶ ἀγωγῶν tractavit. Quare venit in mentem ut existimem, Psellum, et eum e quo hos versus decerpsit ille, illa juris prolegomena de justitia et jure, de lege, etc. præmisisse, tum demum ab actionibus tanquam a præcipua juris, parte cœpisse. Porro ad hos versus vid. l. I et II, D. *De stat. hom.* et ul. I *De jur. nat. gent.* tit. 13, Μητέρες γὰρ τῶν ἀγωγῶν αἱ ἐνοχαὶ vocat Psellus, δεσμοὺς, δικαίους. Justinianus, obligatio est juris vinculum, ἐνοχὴ, δεσμὸς δικαίου. Theoph.

Vers. 95. Vid. Instit. *De obligat.* § 2 *Caius litteris omisit* l. I, D. *Oblig. et act* Græci; Αἱ ἀπὸ συναλλάγματος ἄγωγαὶ, ἢ ἐν πράγματί εἰσιν, ἢ ἐν ἐπερωτήσει, ἢ συναινέσει, lib. LII *Basil.* tit. 1, cap. 1.

Vers. 96. Nescio ex quo juris capite hauserit Psellus obligationem quæ re contrahitur parere solum actiones reales. Id enim juri nostro manifestissime adversatur. Nam ple ræque personales actiones ab obligatione reali nascuntur, condictiones quidem mutui, et indebiti § 1 *quib. mo. contrah. oblig.* I num. Itaque legemus οὐδὲ μόνας.

Vers. 100. Exemplum est obligationis quæ litteris contrahitur, in exceptione non numeratæ pecuniæ, quam intra quinquennium opponere olim licebat, sed Justinianus biennio conclusit. I. *In contractib.* XIV. C. *De non num peç.* § ult., I. *De litter. obligat.* Quod autem versu 104 scribitur, referri debet ad id exemplum, nam, tacente debitore per biennium, ex illo silentio junctis litteris, quæ debitum continebant, litterarum obligatio nascitur: vel certe exceptionis ope tollenda silentio vires sumit, quæ jam oratione litterarum contracta erat. L. *Non figura litterarum* XXXVIII, D. *De oblig. et act.*

Vers. 107. Falsum est exacte loquendo quod hic Psellus profitetur; neque enim una actio aliam parit cum sola obligatio unica sit actionis mater. Multæ quidem ex una eademque obligatione actiones nascuntur (licet non semper omnibus agi possit) quæ tanquam germanæ sorores obligationis filiæ concurrunt; at nusquam earum alia alteram parit. Forte Psellus de obligationibus hic accipiendus: ita ut præcipuas ex obligatione natas actiones ἐν πλάτει pro ipsis obligationibus ponat: ut, cum ex ipso actu furtivo, actiones dupli et quadrupli, et condictiones, ex lege Aquilia multæ item actiones nascantur: ex ipsa furti et Aquiliæ actione, alias prodire dicat. Quod sane recto sermone efferri non potest, cum actu sive contractu, delicto vel quasi, pro diversis causarum figuris actiones diversæ ex ipsa obligatione, non invicem ex se ipsis emanent. Ex actu enim et contractu obligamur, ex obligatione multæ contra nos et nobis ob reciprocationem contractus actiones competunt.

Vers. 117. Contractum dixi secutus Ulpianum *l. Labeo* XIX D. *De verb. sign.* l. VII, § 2; D. *De pact.* hæc vero contractus definitio, et omni pactioni communis est, quæ duorum pluriumve in idem placitum consensus definitur l. I, § 2, D. *De pact.*

Vers. 132. Cum notissima sit actionis divisio, ut alia sit in rem quæ dicitur vindicatio, alia in personam quæ condictio. L. XXV, D. *De verb. oblig.*; et Psellus hic dicat ἐν ῥὲμ δὲ ἡ καθόλου certum est legendum Οὐινδίκτιτιος. *Basilic.* LII, tit. 1, cap. 3: Τῶν ἀγωγῶν β', γένη εἰσὶν, ἢ γὰρ ἐν ῥὲμ εἰσὶ, καὶ καλοῦνται Οὐινδικτίονες. Gloss. Basilic. in rem: Καθόλου ἤγουν ἡ διὰ πράγματος ἀγωγή. Scholion. Græc. citatum a Carolo Labbæo D. loc. Basilic. Οὐινδικτίων λέγεται ἡ ἐκδίκησις· Κονδικτίκιος δὲ ἡ ἀπαίτησις.

Vers. 143. Verum est quod generaliter dixit Psellus, duas ex stipulatu actiones, ex verborum obligatione nasci. Cum tamen super diversis rebus

stipulationes interponantur, e quibus actiones aliquando certo nomine insignitæ, aliquando nullo, sed sub generali nomine veniunt : hic recenset quasdam ex illis, ut hoc versu æstimatoriam quæ præscriptis verbis est actio. L. I, § I, D. *De æstimat. act.* Recte Gloss· Basilic. : Πραεσκρίπτις βέρβις ἡνίκα τι διαμιμησάμενος πρᾶγμα παρασχῶ σοι ἐπὶ ᾧ πωλῆσαι εἰπών, ἢ φέρε μοι εἰς τοῦτο τόσα νομίσματα, ἢ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα.

Vers. 146. Alia actio nata ex verbis, damni infecti· de qua elegans est Glossa Basilica, quam ita verto. Damni infecti, videlicet de imminenti et futuro damno, est prætoria stipulatio, ex obligatione verborum nata, quæ personalis est, et transit contra hæredes, et ad hæredes. Monetur autem, quando vicini domus propter subeuntem putredinem casum minatur, si noluerit vicinus ejus curam habere, neque stipulari. Quod si contingat ex illa ruina me damno affici, ad illud damnum resarciendum mittor in possessionem ruinosæ domus. Illud igitur timens vicinus universarum ædium dominus, stipulationem illam interponit. Ergo si nolit vicinus stipulari, mittor in possessionem ad reparandam domum : et si intra quatuor menses sumptus recipio a vicino, decedo de possessione, si vero non recipio, dominus fio possessionis ex altero decreto. Legendum enim hic existimo, εἰ δὲ οὐχ, δεσπότης γίνομαι τῆς ἐξ ἑτέρου νόμης.

Vers. 149. Accipe de stipulationibus olim hæredem inter et eum cui restitui debebat hæreditas, positis, de quibus. Vide Justinian, I· *De fid. hæred.* et in *Basilie.* tit. Περὶ φιδεκομισαρίων ἀνωγῶν ἀποκαταστάσεως Ἀποκαταστατικὴ dicitur lib. XXVII. *Basilic.* tit. 7. cap. 41, et in Schol. Synops lib. XVIII, p. 186 : Ἡ κινουμένη κατὰ τοῦ προαγέντος ἀποκαταστῆσαί τινι κληρονομίαν.

Vers. 151. Legatorum absolute vocat satisdationem quæ legatariis ab hærede præstatur. Gloss. *Basil.* Λεγατόρουμ ἱκανοδοσίαν· Λεγατόρουμ, ὀνόματι λεγάτου De qua tit. ut leg. vel fideic. nom. can. vulgaris vocatur l. *filiusf.* CXIV. D, *De l.* I.

Vers. 154· Νουάτιον legendum, quæ est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem, transfusio atque translatio. Hoc est, cum ex precedenti causa ita nova constituatur, ut prior perimatur. Novatio enim a novo nomen accepit. Gloss. Basilic. : Νοβάτιον· καινισμὸς καὶ μετάθεσις τοῦ παλαιοῦ χρέους εἰς ἑτέραν ἐνοχὴν, ἀφ' οὗ τὴν πρώτην ἀναιρεθῆναι, Νοβάτζιο δὲ λέγεται ἀπὸ τῆς καινῆς ἤτοι τῆς νέας ἐνοχῆς. Easdem Glossas emenda Νοβανδιάνδιμ. Lege Νοβάνδι ἄνιμο, ἀνανεοῦντος ψυχή.

Vers. 197. Si quem ordinem hac in Synopsi observare licet, putarim huic versui subnectendos esse versus 780 ad 794, quibus deinde conjungerem versus 812 usque ad 843, insertis versibus · 05 ad 812, donec rediret oratio ad versum 458, a quo κατὰ στοιχεῖον agere incipit de actionibus. Atque eo tractatu finito, in ordinem cogerem tractatum de temporibus versu 672, eoque acto ad hunc versum 198, retrogressus varias has regulas ex universo jure decerptas, una cum Novellarum regulis in unum colligerem usque ad versum 1078, a quo una linea ultima pars ad finem perducitur. At quia Græcorum interpretum penuria has in ambages nos detrudit, indigestos hos versus ita nt scripti sunt mendis solum manifestissimis liberabimus.

Vers. 205. Explicatio legis 202. D. *De reg. jur.* Πᾶς νομικὸς κανὼν σαθρός ἐστιν· εὐχερῶς γὰρ ανατρέπονται corrige ἀνατρέπεται, lib. II. *Basilic.*, tit. 3, c. 194. Ita apud Harmenop. lib. VI, tit. 2, § 35.

Vers. 202. Est regulæ definitio, ex l. I, D. *De div. reg. jur.*

Vers. 206. Hi versus excerpti sunt ex Institutionibus quarum tituli perversum carminum ordinem demonstrabunt. Vide lib. I, tit. 1 et 2.

Vers. 210 § 1, § 2. I *De jur. person.*, quo titulo § ult. cum dixisset Justinian. in servorum conditione nulla est differentia ; in liberis autem multæ. Ἔστιν οὖν ἄτομον ἡ δουλεία, ἐπὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων πολλὰς εὑρίσκομεν διαφοράς, ait Theoph. Inde sumpsit Psell. versum 212.

Vers. 214. Ex tit. *De ingenuis* I., § et e contrario, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in ventre est. Ὁ γὰρ κυοφορούμενος οὐ βλαβήσεται ἐκ τῆς συμφορᾶς τῆς περιστάσης τὴν μητέρα. Theophil. ; alio tamen induxerat ille e quo Psellus dicens στεροῦσα τῶν πατρῴων.

Vers. 215. Ex tit. *Qui et quib. ex caus. manum. non poss.*, et § ult. vers. 216 et 217. Hodie tamen et anno 14, in testamento manumittere minor potest : Ἄδειαν εἶναι τοῖς νέοις ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ᾧπερ ἔξεστιν αὐτοῖς διατίθεσθαι περὶ τῆς ἄλλης αὐτῶν περιουσίας καὶ τοὺς ἰδίους οἰκέτας τελευταίαις βουλήσεσιν ἐλευθεροῦν. Novella 119 cap. 2.

Vers. 218. § *Si adversus* 12, *De nupl.* I. Versu 220, § *Edicto* 14, I. *De usu cap.* Vers. 223. § *Hæ mortis causa*, I. *De donat.* Vers, 226. § *Nam dotale*, I. *quib. alien. non lic.* Vers. 228, § *Nunc admonendi* 2, eod. tit. Versu 223 et seqq. tot. tit. *Per quas person. nob. acquir.* Reliquos versus percurre, et Institutionum locis, adapta, nullo servato titulorum ordine, nisi hos etiam versus velis invertere. Quædam tamen, raro licet, permista sunt ex diversis juris locis excerpta.

Vers. 235. Sunt ἰδικαὶ κτήσεις et καθ' ὁμάδα. § ult. I. *Per quas pers. nob acq.* Vers. 238 § ult. I. *De testam. ord.* Vers. 239, § 6 et seqq., I. eod. tit,, id est, eorum qui in eadem potestate sunt, nec in testamento testes esse possunt, nec alio in quovis negotio, in quo parentis vel suo aliqua utilitas versatur, l. *Qui testamento*, XX § *Quæ autem*, D. *Qui test. fac. poss.* Recte Harmenop. : Αἱ οἰκειακαὶ μαρτυρίαι ἀποδοκιμάζονται, ὅταν δηλονότι μέλλῃ τικτᾶσθαι ὁ τὴν μαρτυρίαν προφέρων. Ex quo supplendum puto cap. 24, tit, 1, lib. XXI Synops. *Basilic.*

Vers. 249, § *si filiusf.*, I. eod. t., § 3 et seq., *De milit. test.* I : § 2, *Quib. non est perm. fac. testam.* Versu 243, § 1, I. *Quib, non est perm. fac. test.* Vers. 245, § *Præterea versic. filius.* eod. tit. Vers, 246 § *Emancipatus* 3, I. *De exhæreditat. liber*. Vers. 247, I. *De hæred. instit.* imp. Vers. 248, § *Hæreditas* 5, eod.t, Vers. 249 : videtur erroneus hic versus. vers. 250, eod. § 5. *Versio.; neque enim ex parte*, I. *De hæred. institut.* Vers. 252, ex tit. de vulg. substit. ; videtur autem subnectendus versui 254 vers. 285.

Vers. 255. Redit ad lib. I. *Institut.*, tit. *De nupt.* § 1 *Inter eas*, et § *Si adversis* 12. Vers. 257, § *Aliquando*, 13 I., eod. tit. Vers. 239, § 4. Vers. item, non aliter, I. *de adoption.* A versu 221 ad 273 *ex tractat. de tutel. de suspecto* vers. 273 *accipe*, § 4, I. *De suspect. tut.*, et explica vers. 261 ex Novell. 22, cap. 40.

Vers. 274, § *Fere igitur.* 12 I. *De rer. divis.* Vers. 275 § *Est autem litus*, 3 I., *eod. tit.* Vers. 276. Theophil. § *Ripatum* 4, et § *Ex diverso*, 30 versic. Ἐκεῖνο, qui et canonem vocat. Vers. 277, ex tit. I *de servit.* Gloss. Basilic. : Ἄκτος ἡ πλατυτέρα ὁδος. Vers. 278, § *Quod autem*, 3 versic. : unde I. *de usucap.* Vers. 280, § *Posteriore* 2. I. *Quib. mob. test. infirm.* Vers. 281, *in princ.* tit. *De inoff. test.* I. *Ab hinc adversum* 365 Institutionum, et juris locis quæque adaptata : sufficiat ordinem demonstrasse in superioribus.

Vers. 365. Ad versum usque 477 ex Justiniani Novellis promiscue et ἀτάκτως diversas regulas colligit : ut vers. 366, Novell. in præfat., vers. 368, Novell. 18, cap. 4 ; vers. 369, *sine dubio* ex cap. 1. Novell. 1, quod et Glossa vulgaris notavit,

vers. 372. Novell. 22, cap. 22; vers. 373, Novell. 54 in præfat. et cap. 1; vers. 374 *passim* (*Vide* Novell. 22, cap. 41 in fin. et cap. 46, § 1): vers. 575, Novell. 22, cap. 3 et Novell. 117, cap. 3; versu 337, Novell. 88, cap. 2. nisi de magistratib. defensoribus accipere malis; vers. 374. Novell. 94 et alibi; vers. 380, Novell. 113, Ὥστε ἐν μέσῳ δίκης μὴ γίνεσθαι θείους τύπους, etc.; versu, 377 Novell. 136, cap. 4. Τὸ μὴ προσήκειν ἀνεπερώτητον τρέχειν τόκον· vers. 379, Novell. 12. Περὶ ἀθεμιτογαμῶν. versu 385, forte legendum οὐ loco οἱ ex Novell. 124; vers. 386. Novell. 17, cap. 12; versu 388, ead. Novell. 17, cap. 9; vers. 389 et seqq., Novell. 134, cap. 10. Ad versum 407, vers. 402 ad 406, Novell. 118, cap. 21; vers. 413 et quod seqq., *vid.* Novell. de testibus 90; vers. 418 et seqq., ex Novell. *De exhib. et introduc. reis.* 53.

Vers. 436. Et illud apparet ex editione Latino-Græca Novellarum Justinian. in cujus margine sæpe scriptum ad Novellarum capita legitur, Οὐχ εὑρέθη ἐν τῷ Βασιλικῷ· ut vers. 443 intelligit Novellas 24, 25 et seqq. *De præsidibus seu prætoribus diversarum provinciarum;* et versu 446. certum est legendum esse Περὶ ἐκκλήτων, ex Novell. 75. Περὶ τῶν ἐκκλήτων Σικελίας. Porro huic Novellarum tractatui, vellem subnectere Novellas Leonis, e quibus versus 843 ad 875 paucis exceptis, qui ex ipsis Novellis Justiniani excerpti sunt; quodque continuationem horum versuum demonstrat.

Vers. 458. Hic actionum propria tractatio incipit, κατὰ στοιχεῖον ordinata: observato nimirum primo Latinæ vocis elemento; interrupta tamen alienis versibus, quos, ut aliquem ordinem observemus, proprius in sedibus collocabimus.

Vers. 462. Notanda est Glossa *Basil.:* Ἀδούλτερις, lege Ἀδουλτερίι ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου φυλαττόμενος (forte legendum) ἀπὸ Αὐγουστ. et ὑπὸ δὲ τοῦ Ἰουλ., κινεῖ δὲ περὶ μοιχείας καὶ (στόπτου στούπρου), καὶ μὲν μοιχεία ἐστὶν, ἐπὶ τῶν γαμουμένων. Τὸ δὲ στοῦπρον ἐπὶ παρθένων καὶ χηρῶν καὶ παίδων ὀῤῥένων κινεῖται. Ἀδούλτερ δὲ ὠνόμασται εἰς τὸ παραχαράττειν· ἀδούλτερ γὰρ ἡ παραχάραξις (lege Adulterium, vel ὁ παραχαράττης), καὶ ὁ μοιχὸς δὲ παραχαράττει τὴν ἀλλοτρίαν κοίτην, καὶ συγχεῖ τὸ τῆς φύσεως δίκαιον διὰ τῆς τῶν παίδων νοθείας.

Vers. 470. Recte θέσεως, est enim adoptio nomen rei quæ natura non est, jure tamen effingitur. Gloss. Basilic. Ἀδόπτιον, τεκνοποίημα, ita enim ibi legendum, et ἡ υἱοθεσία· quæ cum Ἀδοπτίονα, εἶδος υἱοθεσίας dixerunt, non tam ad hanc naturæ imaginem respexere; quam ad adoptionem in specie sumptam, ut alia est ab adrogatione. Eo vero nomine adoptio apud Græcos passim fertur, ut in eo Schol. lib. xxxv, tit. 43, *Synops. Basil.*: Ἡ θέσις μιμεῖται τὴν φύσιν· adoptio imitatur naturam.

Vers. 481. Græci Icti legitimæ, falcidiæ, et tertiæ et quartæ partis nomen, post Justiniani Novellam confuderunt: adeo ut sæpe legitimam falcidiam dicant, et eam partem tertiam bonorum. Ut hic quartam quæ ex constitutione D. Pii adrogato, ex suis bonis relinquere debet, sive emancipet eum sive exhæredet, l. viii, § *Si quis impubes* D. *De inoffic.*; l. i, § *Si impubere*, D. *De collat.* Theophilus tamen ad § 3, I. *De adopt.* et Harmenop. tit. 8, § 88, lib, v, τὸ τέταρτον μέρος dixerunt. Eodem modo supra versu 290 Psellus falcidiam tertiam partem dixit, ut Harmenop. lib. v, tit. 9, § , et *Basilic.* lib. xli, tit. 1, cap. 71: Τὸ τρίτον τοῦ φαλκιδίου ἐκ πάντων τῶν λεγαταρίων πρὸς ἀναλογίαν παρακατέχεται, ita legendum observat C. Labbæus.

Vers. 477. Eo respiciunt Glossæ Basilicæ. Ἀκουίλιος ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τοῦ ὑπερθεμένου δοῦναι τὸ καταλειφθέν.

Vers. 486. Ἀμβίτους est legendum de qua lege Gloss. Basilic. Ambitus dicitur libido effrenata dignitatis, munerum datio, circuitus, corruptio judicii. Movetur autem contra eos qui magistratum, vel honorem pecunia emerunt. Infligit vero ambitus reo pœnam centum numismatum et infamiam, ut I. *Bas.* lx, tit. 46. Digest. 48, tit. 14. Ambitus est, et movetur contra corrumpentes judicia (lege κατὰ τῶν φθειρόντων τὰς κρίσεις, non ut corrupte habetur τὰς κόρας) et pœnam non capitalem exigit: est lex Julia Publica, quæ ab omnibus jure publico moveri potest. Hacten. Gloss.

Vers. 489. Optime magis quam publicum, non quia publicum non sit, nam judicia inter publica numeratur, l. i, D *De public. jud.*, sed quia non est permissum mulieri publico judicio quemquam reum facere, l. i. D. *De accus. et inscript.*, nec militi. l. *Qui accusare* viii, eod. tit. neque servo: mulier tamen, miles et servus ad hanc, ex lege *Julia*, de *annona* accusationem admittuntur, l. *Mulierem* xiii; D. *De accusat.* l. i, D. *De leg. Jul. de annon.*

Vers. 491. Τυραννεῖν vexare reddidi, id enim proprium est cujus criminis verbum, ut et attentare, l. *Annonam* vi: D. *De extraord. crim.* Verbum autem καταπραγματεύεται mutuatus est sine dubio Psellus a Gregorio Nazianzeno, qui eadem in re de Dardariis annonam flagellantibus loquens, ait: Τηροῦσι τοὺς καιροὺς καὶ καταπραγματεύονται τῆς ἐνδείας· in orat, funeb. Basil. Magn.

Vers. 493. Nectendi sunt hi versus superioribus de lege Aquilia: ea vero plebiscitum est, cum eam tribunus plebis rogaverit, ait Ulp. l. i, § 1. D. ad l. Aquil., Ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐποίησε τὴν τοῦ δήμου πάλαι νομοθεσίαν ἀποδέξεσθαι ἣν διά τινος τῶν οἰκείων ἔγραψε δημάρχων τὴν τοῦ Ἀκουιλίου προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου δεξαμένην. Justin. Novell. 18, cap. 8, ubi interpres Latinus πάλιν legit, non πάλαι. Porro quæ Psellus hic habet usque ad vers. 510 fuse habes l. de leg. Aquil.; adverte solum vers. 500 τετράποδον legendum esse.

Vers. 510. Vi bonorum raptorum actio, quæ datur adversus improbe furantem, ait Justinian. in p. I. h. i. ἀναιδέστατον κλέπτην, Theophil. improbiorem furem, Julian. l. ii. § 9. D. h. i in eo differt ab actione furti, quod illa alias duplum, alias quadruplum exigatur: in hac vero semper pœna sit tripli. § *Quæ actio*, I. eod., quadruplum quidem exigit, sed in eo res comprehenditur, eod. § cum ea tamen concurrit, ita ut si furti videl. nec manifesti, qua duplum tantum exigitur, actum sit, pro duplo reliquo, quod action. *vi bonorum raptor.* repetitur, agi poterit l. i, D. h. t. Porro res tantum mobiles hac actione repetuntur: quare emend. Gloss. Basil. quæ habet: Βῖ βονόρουμ ῥαπτόρουμ. ἡ κατὰ τῶν ἁρπαζόντων πράγματα κινητὰ ἢ ἀκίνητα· lege οὐκ ἀκίνητα; l. i et ii, C. *vi bon. raptor.* Ita *Synops. Basilic.* lib. x, tit. 2; Ἡ βιαίας ἁρπαγῆς πραγμάτων ἀγωγὴ ἐπὶ τοῖς κινητοῖς, οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀκινήτοις ἁρμόζει.

Vers. 520. Legendum est Depositi, quæ est actio bonæ fidei, et ideo et fructus et omnem causam, et partum in hanc actionem venire dicendum erit, l. i, § 23. *Hanc actionem* D. *Deposit.*; imo et usuras ex mora, et ex usu, l. ii, iii, iv C. eod. Custodiam autem, et parem ac in rebus suis diligentiam et curam præstabit depositarius; ideo de solo dolo tenebitur, et de ea latiore culpa quæ dolo proxima est l, *Quod Neru* 32, D. eod. Gloss. Basil. Κοῦλπα ἡ μεγάλη ἀμέλεια, ἡ δὲ μεγάλη κοῦλπα, δόλος ἐστίν. Eædem Glossæ editæ a C. Labbæo. Depositi est actio περὶ παρακαταθήκης obligationis quæ re contrahitur (τῆς ῥέ) præstat dolum, et latam culpam, et usuras semisses centesimæ propter moram, et usum, casibus fortuitis non subjacet, nisi illud convenerit: Infamat, et est perpetua, datur hæredibus, et contra hæredes. Movetur etiam con-

Quando venditor non cavet de his quæ edicto ædilium continentur, quanti emptoris intersit, intra sex menses agitur. l. *Si debitor*. XXVIII, D. *De ædilit. ed.* quod si res vitiosa sit, annu utilis est, l. *Sciendum* XIX § *ult.*; l. *Ædiles* XXXVIII, *in p.*, D. *eod.*; l. II, C. *De ædilit. action.* Vers. 690, l. *Sancimus* XLVI, C. *de episc. et cleric.*, quam non esse in *Basilicis* Eustathius testatur. Vers. 692, l. ult., C. *De non nu. pec.*; l. III C. *De dot. caut. non nu.* Vers. 695, l. I et l. ult., D. *de requir. reis*, Vers. 698, l. I, D. *De incend. ruin.* Vers. 703, l. XI, D. *De his qui not. iufam.* Olim decem menses, hodie duodecim, sunt luctus tempora legitima. Vers. 704, l. ultim. C *De dol.* vers. 705, l. *In contractibus* XIV, C. *De non num. pec.* Forte legendum vers. seq. δύο ἔτη σύναπτα. Vers. 707. Novell. 126 de alienat. emphyteus et locat. cap. 8; expellitur enim si ἐπὶ διετίαν μὴ καταβάλῃ τὸν παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντα ἐμφυτευτικὸν ἢ μισθωτικὸν κανόνα. Vers. 710, Novell. 100 de temp. non sol. pec. sup. dot. Vers. 716, l. *Properandum* XIII. § 1, C. *De judic.*, ex qua supple: exceptis iis quæ ad jus fiscale pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones, et ad legata et fideicommissa de quib. *Vide* Cujac. ad Novell. 1. Vers. 718, successit anno utili, quadriennium continuum, l. *Supervacuam ultim.*, C. *De tempor. in integ. restit.* Vers. 720, l. *Contra majores* XVI, C. *De inoffic. testam.* Vers. 721, l. *milites* XI, § *Adulterii* 4; l. *Quinquennium* XXXI, D. *Ad l. Jul. de adulter.* Vers. 722, l. *peculatus* VII, D. *Ad l. Jul. peculat.* Vers. 724, ita lege in Gloss. Basil.: "Ινφανς ὁ ἑπταετής, καὶ ἴνφανς ὁ ἥττων τῶν ἑπτὰ χρόνων. Vers. 725, Nov. 123 de sanct. episc. cap. 13, quæ tamen οὔτε δὲ ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν ὀκτὼ καὶ δέκα ἐνιαυτῶν. At Eustath., e quo Psellus, octo annis minorem habet. Certe constat. ex synod. Nicæn. II, cap. 14, minores annis 18 lectores fuisse ordinatos. De his nos alibi. Vers. 726, Novell. 119 ut sponsal. larg., cap. 7, et C. *De præf. long. temp.* 10 vel 20 ann. Vers. 730, l. *Quæsitum* IX, D. *De sponsalib.* Vers. 736, l. I, D. *De postuland.* Vers. 737, § *Minorem*, l. *De adopt.* Vers. 739, l. *Omnes* II, C. *De his qui ven. æt. impet.* Vers. 742, male interpres Eustathii vertit litigare: judicare debuit dicere, l. *Cum lege* XLI, D. *De recept.* Vers. 744, Vide Eustathium Περὶ χρόνων κ' nu. 7, ubi exceptionem affert adulterii: e quo noster, ut et reliqua, quæ consule. Hæc indicasse sufficiat.

Vers. 775. Alia est actionum divisio, superiori actionum tractationi jungenda: huic est inferendus versus 805 et 806 nam compensatio bonæ fidei censetur, ex constitutione Justiniani l. ult. C. *De compens.* Psellus autem secutus est ordinem Justin. III § *In bon. fidei*, l. *De actionib*

Vers. 783. Hic abundat negatio, nisi legas οὐεστιματόρια, ea bonæ fidei est, l. *unic.*, D. *De æstimat. act. Vid.* tit. l. *De action.* ut has divisiones percipias.

Vers. 786. Accipe hunc versum de actione ex stipulatu, quæ rei uxoriæ actioni successit, et bonæ fidei facta est a Justiniano § *fuerat antea* 29, l. *De action.* l. *unic.*, *De rei uxo. act.*.

· Vers. 787. Horum ordinem versuum supra notavimus: Per Falcidiam autem intellige legitimam liberis debitam ex Justiniani Novella, ut supra monui.

Vers. 801. Alia est actionum divisio, quod scil. aliæ simplum, aliæ duplum, triplum exigant, de quibus in seqq., et ab evictione, et duplæ stipulatione incipit, in qua Græci verbum, defendere, retinuerunt, ad rem defendendum debitorem conveniri dixit, Hermogon. l. *Si plus* LXXIV, D. *de evict.* Ita Harmenop. lib. I tit. 9 § 21: 'Αγωγὴν ἀναγκάζουσαν τὸν πράτην δεφενδεύειν.

Vers. 815. Ni me fallit conjectura, senatusconsulto facto Neratio Prisco et Annio Vero Coss. l. *Is qui servum* VI. D. *Ad leg. Cornel. de sicar.*, cautum est eos qui ex miserrima naufragiorum fortuna rapuissent, lucrative fuissent dolo malo, in quantum edicto prætoris actio daretur, tantum et fisco dare debere, l. *Quo naufragium* III, § *ult.* D. *De Incend. ru. nauf.* At prætor judicium in quadruplum dat, l. I, *in p.* D. *eod.* Eo modo Scholiastes *Basilicon.* interpretatur hæc verba, πρὸς τῇ ἤδη ὡρισμένῃ ποινῇ, quæ habentur lib. LX *Synops*, tit. 17, et apud Harmenop. lib. VI, tit. 7, § 6. Τουτέστιν, ait Scholiast., ἵνα καὶ τῷ δημοσίῳ τόσον παρέχῃ, ὅσον τῷ ἐνάγοντι. *Vide* Novell. 64, Leonis

Vers. 819. Forte hi versus sumpti ex tit. l. *De satisdat.* et tit. *De perp. et temp.*, qui titulum *De actionib.* sequuntur.

Vers. 836. l. *unic.* C. *Ex del. def.*, l. 1 D. *De priv. del.*, § *Pœnales*, l. *De perpet. et temp.*

Vers. 838. Hi versus ad 877 sequi debent tractatum Novellarum Justiniani, sunt enim excerpti ex Novellis Leonis. Ad hunc, *vid.* Novell. Justin. 127, C. 13, et Leonis Nov. 22, vers. 845; Novell. 34 et 35 Leonis. Porro hi versus scholii vice tit. 83 *Synops.* Attal. scripti sunt; ubique tamen vers. 846 legitur βαρβαρικῶς· malui de ensibus barbaricis accipere. Vers. 847, est solum ἄνευ, ut Novell. 35; quod vers. 849 recte notavit Leunclav. ex Novell. 34 Leonis excerptum, qua de tutore pupillæ suæ raptore agitur. Legendum autem adverte ποστημόριον vers. 844, in quo nomine emenda Glossas Basilicas quæ habent ποστιμονίου, νομίμου, πούστιον μέρος, τὸ νόμιμον μέρος.

Vers. 852. Quemadmodum locus qui ante atrium nostrarum ædium est, vestibuli loco cedit, eo modo in prædiis maritimis, id maris in quod illa prospiciunt, eis vice vestibuli servit; quare Græci πρόθυρον vocant. Eo in spatio et intervallo, quod non in directum solum, sed in transversum, οὐ μόνον κατ' εὐθεῖαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ πλαγίας protenditur, olim retia ad palos tendebant, in quibus pisces morarentur, et includerent, ἐποχὰς et θράνας sive τράνας dicebant, pro quibus ἐτησίους φόρους prædii dominus pendebat; cum ergo sæpe modica prædii latitudo, ad cujus mensuram jus domini in mare porrigebatur, amplis et ad piscandum commodis ἐποχαῖς non sufficeret, statutum est, ut a vicini prædii domino ejus προθύρου partem, ad legitimam θράναν vicinus acciperet, et lucrum ex piscatione ei communicaret, et ne in immensum hæ remoræ et epochæ extenderentur, consuetudine jam erat introductum ut 365 ulnas non excederent. quod Leo imp. confirmavit. Consule ejus Novellas 50, 57, 102, 103, 104; Harmenop. lib. II, tit. 1, n. 63. Attaliat. in *Synops.* fine, tit. Περὶ ἐποχῶν, et Cujac. lib. XIV, observ. 1.

Vers. 859. Leonis Novell. 92. Vers. 866, Novell. Leonis. 106. Vers. 869, Novell. Leon. 109.

Vers. 872. Alia est actionum divisio superioribus adnectenda; *vid.* l. I et seqq. D. *De his qui not. infam.*, et l. *De pæn. temp. litig.* Vers. 879 ad possessionem adipiscendam duo concurrere debent, animus et corpus, eorum alterum non sufficit: quemadmodum nec ad possessionem amittendam, satis est ex corpore excessisse, animo quippe eam retinemus. *Vid.* l. *Qui universas* XXXIX; l. *Possidere*, § *Saltu, et all.*; D. *De acq. poss.* Vers. 882, l. *Si quis in tantam* VII et seqq., C. *Unde vi.* Hæc ad interdicta de quibus supra refer.

Vers. 889. Nisi in tractatum actionum hi versus ad finem hujus partis redigantur, sub propriis titulis mutui, testium, testamenti, ordinem nullum video. Certe in προχείρῳ Harmenopuli, illi tituli leguntur, quos, aut illis similes percurrisse videtur Psellus: forte ex Μικρῷ, e quo Harmen. lib. III, tit. 5 Περὶ δανείου. Hic autem versus 69, l. *Creditores* X *et seqq.* D *De verb. et sig.*

Vers. 915. Ex l. III. *De primipilo*; lib. XII C. Scholiast. *Basilic.*; lib. VIII *Synops.*, tit. 5: Πριμιπιλόν

ἐστιν ἡ στρατιωτικὴ ἀννόνα· ὡς ὅταν τις πριμίπιλον χρεωστῇ καὶ προῖκα, τὸ πριμίπιλον προτιμᾶται. Primipilum est militaris annona, quare si quis primipilum debeat, et dotem, primipilum præfertur. Et recte Theodorus Hermopolites, lib. IX, tit. 9: Πριμίπιλόν ἐστι τὸ τοῖς πρώτοις ἀκοντισταῖς στρατιώταις διδόμενον σιτηρέσιον ἵνα διανείμῃ τοῦτο αὐτοῖς. Primipilum est annona, Primipilaribus data, ut militibus distribuant. Primipilares enim ad pascendos milites solemniter ad limites destinabantur, l. VI, C. *Th. De cohortal. princip. Vide* l. *Latis*, C. *In quib. caus. pig. tac. cont.*: l. *Non verum.* C. *De donat; int. vir.*, etc.

Vers. 917. In *Micro*, vel eo libro, e quo hoc florilegium fecit Psellus, tractata reperit Primipili privilegia ea inter quod refertur, l. I. C. *De condict.*, ex leg. cujus occasione et forte ibi condictio ex lege definita est: unde hunc versum Psellus excerpsit, alias certe hoc loco erronem.

Vers. 920. Sequentes versus excerpti ex Μικρῷ, vel alio libro cui inscriptio ut in *Basilic.*, Περὶ μαρτύρων εὐυπολήπτων καὶ ἀτίμων μαρτύρων· ex quo et Harmenop. collegit tit. 6, lib. I: quem consule, et jura ibi a Gothof. adnotata.

Vers. 925. Harmen. dict. tit. 6 14, n.: Αἱ γυναῖκες μαρτυροῦσιν, ἔνθα ἡ τῶν ἀνδρῶν βία ἀπείργεται· quod vertit Mercerus: Mulieres ibi testimonium ferre possunt ubi virorum prohibetur violentia. Ubi certe a scriptore Harmenopuli delusus est; in eo namque legendum est θέα non βία. Gothofred. emendavit βίος. Debes autem accipere et Harmenop. et hic Psellum, testem esse posse mulierem in illis rebus probandis, ad quas viri non admittuntur. De his sensere *Basilica* lib. XXI *Synops.* tit. Περὶ μαρτύρων κεφαλ. ιϛ'· Γυνὴ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖ· ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἐν οἷς ἄνδρες οὐ προσκαλοῦνται· quod ipsis verbis refert Harmenop. dict. tit. 6, n. 52, quo loco optime ejus Scholiastes: Ἐπὶ μέντοιγε τοκετοῦ, αἱ τὸν εἰρημένον σεμνότητος τρόπον φυλάττουσαι, δύνανται μαρτυρεῖν. Super partu vero illæ quæ dictam morum integritatem servaverint, possunt dicere testimonium. Exempla adhibe l. I, § 10, et al. D. *De inspic.* vent. et in sacris a quibus viri arcentur, et in balneis, ut eleganter observavit Attaliata in *Synopsi.* tit. *De testibus*: Πλὴν βαλανείου, καὶ λογείας ἔνθα ἄνδρες εἰσελθεῖν οὐ δύνανται.

Vers. 927. L. VII, D. *de testib.*; nec enim quæstiones servorum contra dominos, vel judicia, vel interrogationes, vel testimonia valent, contra alios testium penuria robur obtinent. Ead. l. VII, D. *De probat.* l. LVIII, § *ult.* D. *De ædilit. edict.*, l. I, § 16 et 9; l. IX, § *fin.*; D. *De quæst.*, l. *Servus* VIII; C. *De testib.* Indistincte tamen Justinianus servis testimonii facultatem videtur ademisse. Novell. *de testib.* 90, cap. 6, quam confirmavit Leo, Novell. 49.

Vers. 929. Hi versus usque ad 939 relati sunt in Synopsi Attaliatæ, partim sub nomine scholii Pselli, partim Attaliatæ. *Vid.* Harmenop. dict. tit. 6, n. 15, 16. l. *presbyteri* VIII; l. *Nec honore* VII; C. *De episc. et cler.*; Novell. *De sanctiss. episc.* 123, cap. 7. Porro vers. 936. forte ὁποσχολάζουσι, legendum, et vers. 938, ἀληθῆ, ut apud Attaliat., vel ἀληθές. Vers. 939. Harmenop. ibid. II. 31: Ἐπὶ τριάκοντα χρυσίου λίτρας, καὶ δύο ἀρκοῦσι πρὸς μαρτυρίαν, καὶ μέχρι δὲ πεντήκοντα τρεῖς ἀρκοῦσι. *Vid.* l. ubi numerus D. *De testib.*; l. *testium* XVI, C. eod.

Vers. 954. Nota in hac ἀναργυρίας exceptione, aliud longe esse asseverare debitum solutum esse, quæ sane exceptio ad 30 annos durat, imo vix definiri potest, cum incertum sit, quo tempore creditor acturus sit, ac nisi ad ejus petitionem opponatur: aliud debitorem dicere, sibi pecuniam quam scriptura confessus est, numeratam non esse: hæc enim querela (ita Græcis μέμψις) olim quinquennio, hodie biennio terminatur: l. *In contractib.*, C. *De non num. pec.*; aliud creditorem dicere, pecuniam quam acceptam et solutam scripsit, sibi a debitore non esse numeratam; hanc enim exceptionem intra triginta solum dies a conscripta securitate creditor potest opponere, d. l. *In contractib.*, § *Super cæteris.* Atque ita recte Græci notant, lib. XXIII *Basilic.*, hoc tit.: Ἡ μὲν γὰρ διετία τότε δίδοται, ὅτε ἔχει χειρόγραφόν τις ὡς μέλλων δανείσασθαι, καὶ λέγει ὕστερον μηδὲν εἰληφέναι· Tunc dari biennium, cum quis chirographum a debitore accepit tanquam ei crediturus, qui deinde dicit, se nihil accepisse. Ἡ δὲ τριακονθημερία, ὅτε ὁ χρεωστούμενος ποιήσει ἀπόδειξιν, ὡς εἰληφὼς ἢ ὅλον, ἢ μέρος. Tunc vero triginta dies, cum creditor securitatem fecerit, quasi totum debitum, vel ejus partem receperit. Diversa item ratio est in dote: si quidem in dotalibus instrumentis, ut fieri mos est, numerata et soluta dos dicatur, marito vel successoribus decennium aut aliud tempus statutum competit ad excipiendum. Novell. 100; si vero dotalib. instrumentis confectis, securitas extra ea instrumenta de dote soluta scripta sit, nulla exceptio opponi potest, d. l. *In contractib.* Græci adhuc, cum κατὰ εἶδος προῖκος ῥητῶς ἐμφέρεται τῇ ἀποδείξει, species dotis nominatim securitate enarratur, præclusa est omnis exceptio; at cum καθ' ὁμάδα δηλοῦται ἐν ταύτῃ in genere in ea dos soluta declaratur, competit jam supra definitum tempus. Ita Harmenop. lib. II, tit. 2, § 7, quod vice scholii habetur lib. XXXIII. *Synops. Basilic.*

Vers. 975. Modo inter eos aliquod negotium non agatur, ut si alter testamento sit hæres scriptus, l. *Qui testamento.* XX § *Quæcunque*; D. *De testam.* § *In testib.*, *Sed et si filiusf.* l. eod. Vers. 977, ex Novell. Leonis 41, cum jur. civili et Justinianeo septem testes adhibeantur. Vers. 979, intellige de eo qui cautionem a testibus subsignatam a debitore suo accepit, qui sane intra 30 annos agere potest. Vers. 984, necesse autem habet vel jurare, vel referre: nescio an hoc vers. 983, ἥλατο, debeam reponere. *Vid.* l. *Jusjurandum* XXXIV, § *Ait prætor.*, *De jurejur.*; l. *Delata* IX, *C. eodem.*

Vers. 986. Sine dubio loquitur Psellus de eo qui, ubi jusjurandum detulit, eo tamen nondum præstito, pœnitudine ductus, quippe qui novas probationes reperit, adversarium jurare non vult. Illi enim antequam lis sententia definita sit, relicto juramento, ad alias probationes transire permittit., l. *Jusjurandum* II, C. *De reb. cred. et jurejur.* Μεταπηδᾷν πρὸς ἑτέρας ἀποδείξεις, aiunt *Basilica.* Ita ut velit jurejurando non exacto, extra juramentum licere ab una defensione ad aliam desilire: quod lite jurejurando terminata non licet.

Vers. 987. Hic est ordo Harmenop., ut post tractatum de testibus, de jurejurando, et instrumentis, lib. I, a tit. 6 ad 8, de pactis verba faciat tit. 9, quem sequitur Psellus, qui hanc divisionem conventionum recte exposuit ex mente Ictorum l. V, VI, VII, D. *De pact.* Vers. 996, manifestum est hic οὐκ abundare. Vers. 1005, reponendum est ὁμώνυμον ἀγωγήν, vel ἐναγωγήν, ex l. *Jurisgentium* VII, § 1, D. *De pact.*

1019. Recte Psellus rem enarrare demonstratione actionem præscriptis verbis dixit: nam ubi contractus nomen non occurrit, ex quo agi possit, et inter partes aliquid actum et conventum est nominatim, contra quod aliquid fit ab altera partium, datur actio præscriptis verbis, si nimirum pacta et verba ad rem faciendam, vel dandam intercesserunt: quare optime Græci: Πραεσκρίπτις βέρβις ἡ τῶν συμπεφωνημένων ῥημάτων ἀγωγή· quod sine rei narratione et demonstratione non sit; maxime si nihil conventum sed aliquid actum quod mea intersit dicam, tunc enim facta rei narratione (cum ex verbis quæ nulla præ-

scripta sunt a partibus, actio præscr. verb. dari non possit actio in factum dabitur : utraque incerta est, ut docte Psellus, propter incertam actoris intentionem, quæ condemnatione ejus quod interest definitur, id autem quod interest incertum est, *vid.* l. *Juris gentium* VII, D *De pact.* l. I, II, III, et tot. tit. D. *De præscr. verb.* Utraque quoque certo nomine caret : præsc. tamen verbis proprius ad contractum accedit, licet utraque detur quasi contractum sit.

Vers. 1022. De pactis ex continenti, et ex intervallo, quæ informent actionem, quæ contractibus insint, quæ exceptionem pariant, quare et quomodo nuda sint, consule l. VII, D. *De pact.*; Cujac. eo tit., et doctissimum responsum de nudis pactis, quod tom. II *Juris Græco-Rom.*

Vers. 1032. *Vide* tit. I. et D. *De rer. divis.* Videntur autem hi versus extra ordinem esse, at 1038 subnectendus tractatui de mutuo et creditorib., quem intellige cum distractum est pignus jure, puta a priore creditore, vel cum usucaptum a tertio bonæ fidei possessore : tunc enim cessat in rem hypothecariam, at personali contra debitorem agi potest. *Vid.* l. I, C. *Si advers. cred. præscr. oppon.*; l. *Cum notissimi* VII, *C. De prescr.* 30 vel 40 ann. Forte et vers. 1042, 43, 1053, in ordinem cogendi sub tractatu de actionib. in littera Σ et Γ.

Vers. 1043. Ex l. I, D. *De suis et leg.* Vers. 1047, et ante, et post testamentum, et sine testamento codicilli scribi possunt. l. *Ante tabulas*, D. *De jur. codicill.*, quibus nec dari nec adimi directo hæreditas potest nec conditio hæreditati apponi ; fideicommissaria tamen potest, l. II, l. VI, l. X, *De jur. codic.*; l. XXVII. D. *De cond. instit.*; l. LXXV, ad senatusconsultum Trebell. Quare versu 1050 lege, εἰ μὴ κληρονομία, vel quid simile. Vers. 1053, l. *Stipulationum* V, D. *De verb. oblig.*

Vers. 1057. Putarim hic deesse copulam ; vult enim Psellus testamentum authenticum paternum et pupillare, unum et idem esse testamentum, licet duæ et diversæ sint hæreditates patris et filii, l. *Minorib.* II, § *Prius* 4, D. *De vulg. et pup.* Vers. 1059, irriti testamenti exemplum affert, et quo casu qui duo testamenta fecit intestatus decedat : primum enim secundo perfecto rumpitur, hoc vero repudiante hæreditatem hærede fit irritum : isque est secundus modus ἀκυρουμένης διαθήκης ex quatuor ab Harmenop. relatis : quare vers. 1063 lege ταύτην μὴ ὑπερχόμενος. Vers. 1065, *vide* diversos irriti testamenti modos apud Harmenop. lib. V, tit. 5, Περὶ ἀνατροπῆς διαθήκης, ubi τρία πάθη ταῖς διαθήκαις παρενοχλεῖν ait ῥῆξιν, ἀκυρωσίαν, ἀτέλειαν, omisit μέμψιν de qua tit. seq. 6, de his, D. *De injust. rupt. irr.* Vers. 1072, puto potius ad querelam inofficiosi, quæ obtenta legitima (τρίσμερος, τρίτον, μερίδιον Græci vocant) excluditur, hos versus pertinere, quam ad versuum numerum (ut interpretatus sum), licet verum sit ultimam hujus operis partem solum superesse, ita ut jam duæ partes exactæ sunt : dubium facit vox λόγου· at Gloss. *Basil.* vocant φαλκίδιον, τὸν τέμνοντα λόγον.

Vers. 1073. Hæc ultima hujus *Synopseos* pars excerpta est a Psello e libris 60 *Basilicon*, quorum *Synopsis* eam nobis curiose investigantibus opem attulit, ut in horum versuum ordine nihil quidquam desiderari existimem. Itaque orditur a tit. 2, lib. II hic versus ex l. *Hominis* CLII, D. *De verb. sign.* Græci ibi : Τῇ τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίᾳ καὶ ἀνὴρ, καὶ γυνὴ δηλοῦνται. Vers. 1075. l. *Verbum* VIII, § 1 D. *De verb. sign.*; *Basilic.* : Τῆς ἀγωγῆς τὸ ὄνομα οὐ δηλοῖ τὴν παραγραφήν, attamen qui excipit, licet reus, et in jus vocetur, actor videtur, l. I, D. *De except.*, idque vult versus 1067. Vers. 1082, l. *Partum* XXVI. D. *De v. sig.*; *Basilica* : Ὁ τοκετὸς τῆς κλοπιμαίας, οὐκ ἔστι μέρος αὐτῆς. Vers. 1084, l. *Usura* CXXI, D. *De verb. sig.*; *Basilica* : Ὁ τόκος τῶν ἀργυρίων οὐκ ἔστι καρπός. Vers. 1085, junge his versibus l. *Alienationis* XXVIII, § *ult.*; l. XXIX ; l. *Sæpe* LIII ; l. *Triplici* CXLII, D. *De verb. sig.*, et lege, Ὁ μὴ συμπλοκὴν ἔχων, μὴ τομὴν λόγος. Vers. 1094, explica ex l. *Palam* XXXIII, D. *De verb. sig.* Vers. 1111, l. *Litis nomen* XXXVI, D. *De verb. sig.* Vers. 1113, l. *Armorum* XLI, D. *De verb. sig.* Vers. 1114, l. *Liberationis* XLVII, D. *De verb. signific.* Vers. 1108, l. *Cedere* CCXIII, § *Lata.*; l. *Lata* CCXXIII, l. *Magna* CCXXVI, D. *De v. sig.* Vers. 1109, l. *Qui venenum* CCXXXVI, § *Claudis.* D. *De verb. sig.* Vers. 1111, l. *Filii* LXXXIII, l. Ἡ τῶν τέκνων CIV, *Liberorum* CCXX, l. *Appellatione* LI, l. *Justa* CCI, D. *eod.* t.; hic autem lege πάππος. Vers. 1113, l. *Absentem* CXCIX, § *Abesse*, D. *eod.* Vers. 1117, l. *Pecuniæ verbum* CLXXVIII, l. *Pecuniæ nomine* CCXXII, D. *eod.* Vers. 1121, l. *Latæ* CCXXIII, § *Amicos*, D. *eod.* Vers. 1124, l. *Vinculorum* CCXXXIV, D. *eod.*; lege hoc versu ἔστι καὶ τῶν ἰδίων. Vers. 1126, l. *Plus est* XXII, l. *Restituere* XXXV, l. *Hæc verba* LXXIII, l. *Restituere* LXXV, D. *De verb. sig.*

Vers. 1129. Lib. II *Basil.* titul. 3, est de regulis juris, quo supra decurso a Psello, sequitur tit. 4, Περὶ ἀγνοίας νόμου ἢ φάκτου, ex quo certum est κανονικῶς τὴν μὲν τοῦ φάκτου ἄγνοιαν οὐδένα βλάπτειν, τὴν δὲ τοῦ νόμου πάντας βλάπτειν, cap. 8, eo. tit.

Vers. 1131. Tit. quintus lib. II *Basil.* Περὶ βασιλικῶν ἀντιγραφῶν, l. pen. *C. De precib. imp. off.*

Vers. 1133. Omissis tractatibus rerum ecclesiasticarum, et officiorum qui ad librum septimum concluduntur ex eod. lib., tit. de judic. et jurisd., colligit hunc versum l. *Placuit*, *C. De judic.* Vers. 1134, l. *Properandum* XIII, *C. eod.* Vers. 135, ex tit. eod. lib. Περὶ τῶν προσφευγόντων εἰς προστασίαν τινῶν δυνατῶν. *Vide C. Ne lic. potent. patroc. litig. præst.* Vers. 1137, eod. lib. VII, tit. Περὶ προθεσμίων, etc., l. II et II, *C. De usur. rei jud.*

Vers. 1139. L. VIII *Basil.*, tit. Περὶ ψήφων δικαστικῶν. *Vid.* l. *Falsam* III, l. ult., *C. Si ex fals. instrum. vel testim.*

Vers. 1141. Ex lib. X *Basil.*, qui de restitutionib., tit. Περὶ φόβου. Vers. 1143, Περὶ δόλου, l. I. D. *De dol.* Vers. 1145, tit. Περὶ ἀφηλίκων, cap. 8.

Vers. 1146. lib. XI *Basil.*, ex tit. *De transactionib.*, cap. 1 et cap. 45, unde l. I, D. *De transact.* l. *Præses* XII, C. eod. Vers. 1148, eod. tit. them. 17, restitue. Vers. 1149, eod. tit. cap. 26, l. *Transfigere* XVIII, C. *De transact.* Vers. 1153, eod. tit., cap. 45, l. *Transact.* XXXVIII, C. eod.

Vers. 1155. Lib. XII *Basilic.* tit. Περὶ κοινωνίας, cap. 1, ubi lege ἢ ἀπὸ καιροῦ, ἢ ὑπὸ αἵρεσιν. l. I. D. *Pro soc.* Vers. 1156, eod. lib., tit. Περὶ κοινῶν πραγμάτων· ideoque majores etiam adversus eam restituuntur lib. III, C. *Commun. utriusque jud.*

Vers. 1161. Lib. XV *Basilic.* tit. Περὶ ἐκδικουμένων, etc., l. *Idem Pompon.* V, § *Idem scribit*, D. *De rei vindic.* Vers. 1163, eod. tit., l. *Julianus* XXXVII, D. eod. tit. Vers. 1167, eod. tit. ex l. *Si fundi possessor* LIII, D. eod.

Vers. 1169. Lib. XVI *Basilic.*, tit. Περὶ χρήσεως καρπῶν, cap. 7 et 27 ; l. *Si pendentes* XXVII, § 3 : l. VII, § 2, D. *De usufr. et quemad.* Vers. 1170, eod. lib. XV, tit. 8, Περὶ χρήσεως καὶ οἰκήσεως, cap. 15 ; l. *Eum ad quem* VII, C *De usufr. et habitat.*

Vers. 1175. Lib. 18 *Basil.* tit. 3, Περὶ ὑπεξουσίων, ex l. I, § *In filiof.* D. *Ad senatus consultum Macedon.* : Οἱοσδήποτε ἀξιωματικὸς ὑπεξούσιος κεκώλυται δανείζεσθαι· πλὴν τοῦ ἔχοντος ἰδιόκτητον πεκούλιον, δανείζεται γὰρ μέχρι τοῦ πόσου τοῦ ἰδιοκτήτου πεκουλίου. Vocant Græci eum ἀξιωματικὸν qui potestatem aliquam vel magistratum ex-

ercet : et quid dignitatis nomine filio qui in dignitate est, qui forte decurionatum, l. II, D. *Ad municip.;* vel ἀγωνοθεσίαν suscepit, l. *Si filia* xx § *Neratius*, D *Fam. ercisc.*, a patre datum est, non conferri dicit ex l, I, § *Se an. id.* 16, D. *De collation.* Harmen. lib. v, tit. 8, n. 29, his verbis : Οὐ συνεισφέρουσι τοῖς ἀδελφοῖς οἱ ἀξιωματικοί. Ita Matthæus Monachus, στοιχ. A. tit. Περὶ αἱρετ.. hæreticos dicit, μήτε ἀξιωματικοὺς γίνεσθαι, μήτε διδάσκειν, etc.

Vers. 1178. Lib. XIX *Basilic.*, tit. Περὶ ἀγοράσεως καὶ πράσεως, l. *Cum ipse tutor* v, *C. De contrah. empt.;* l. *Si in emptione* XXXIV, D. eod. vers. 1179, cod. tit., l. III, C. *Quæ res væn. non poss.* Vers. 1182, tit. 8, cap. 1, l. I. D. *De act. empt. et vend.* Vers. 1184, eod. tit. cap. 11, quod accipe de stipulatione duplæ, de qua intelligenda l. *Ex empto* XI, § *Idem Neratius* et seq., D. *De action. empt.* Vers. 1189, eod. tit., cap. 65, l. *Expulsos* ult. C. *De act. empt.* Vers. 1191, eod. tit., cap. 66, l. I, C. *De reb. al. non al.* Vers. 1197, Forte hic versus erat sub tit. *De re permutat. præsc. verb. vel. de leg. commissor.*, qui hoc eodem libro *Basil.* exstant.

Vers. 1201. Eod. lib. XIX. tit. Περὶ ἀναλύσεως πράσεως 10, cap, 41 et 54 ; l. *Quæro* LVIII, § *ult.*, D. *De ædil. ed.* et lib. XXII *Basil.*, tit., cap. 4, quod ita lege, Ὁ ἀγοραστὴς δεικνύει τὸν δοῦλον πρὸ τῆς πράσεως πεφυκέναι, l. *Emptorem* IV. D. *De probat.* ex punctis illis, ἐὰν μὴ δείκνυται, quæ ex cap. sequenti irrepserant. Vers. 1203, eod. tit. 1, Περὶ ἀποδείξεων, l. *Census* x, D. eod., quæ Attaliata in *Synopsi.* tit. 16, *De testib.* Vers. 1204, eod lib. XXII, tit. Περὶ βεβαιώσεως · *Vid.* Novell. 73, *De fid. instrum.* Vers. 1208, eod. lib., tit. Περὶ ὅρκου, cap. 1, l. I, D. *De jurejur.* Vers. 1209, ibid., cap. 1, l. III, in p , D. eod. Vers. 1210, ex l. *Sed si possessori* XI, § *Proinde*, D. eod. Vers. 1212, eod. lib. et tit., c. 26 ; l. *Eum qui* XXX, D. *De jurejur.* Vers. 1217, eod. tit., cap. 34, l. *Jusjurandum* XXXIV, § *Ait prætor*, D. *De jurej.* Vers. 1219, eod. tit. cap. 50. l. *Si quis jujusrandum* XI, *C. De reb. cred. et jurejur.* Vers. 1219, lege, ἐνδίκου ὅρκου, juramenti quod in litem præstatur ; ita scholium a C. Labbæo relatum, quod est Attaliatæ in *Synopsi*, tit. 18 *De jurejur.*, et in *Basilic.*, licet alio in scholio scriptum sit, Καὶ ὁ ἐν Λίτεμ, ita lego, ἤτοι ὁ ἐν δίκῃ · et in *Basilic.* hoc tit., cap. 4, τὸν ἐν δίκῃ ὅρκον, ut et cap. 10. De eo autem qui in hoc litis æstimandæ causa juramento pegeravit, non facile quæri solet, ait Paul. l. ult., D. *De in lit. jur.*, quemadmodum de perjurio ejus qui decidendæ litis causa juravit, quæritur ; l. *Si duo* XIII, §*ult.*, D. *De jurejur.* ; l. *ult.* ; D. *De crim. stellion.*; idque voluit Psellus, hoc loco, ex cap. XI dict. tit. *Basilic.*

Vers. 1225. Lib. XXIII *Basilic* , tit. Περὶ τόκων, cap. 27, l. *Placuit* XXIX, D. *De usur.*, ex qua lege hic εἴτε τόκον. Vers. 1227, eod. tit., cap. 61, l. *Si non sortem* XXVI, D. *De cond. indeb.* ; l. *Indebitas* XVIII, *C. De usur.;* hic lege, πρὸ τοῦ. Vers. 1231., usuræ κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον, per tempora et minutim solutæ, non poterant jure antiquo in duplum computari, licet eodem jure usuræ duplum non excederent. L. *Usuræ* x, *C. De usur.;* at ex Constitutione Justiniani, κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον, ἤ κατὰ μέρος solutæ usuræ, τὸ διπλῷ συμψηφίζονται, vel, quod idem, τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσιν, lib. XXIII *Basil.* eod. tit., cap. 72 et 73 ; quam Justiniani constitutionem in penul. et ult. C. *De usur.* divisit Leunclavius : cum sit Novell. Justin. 121, et Novell. 138, quam alibi Græce non habemus.

Vers. 1233. Lib, XXIV *Basil.*, tit. 1, cap. 12, l. *Cum quis* 12. D. *De condict. caus. dat.* quam auctor *Synops. Basil.* transtulit ad tractatum de donationib. lib. XLVII, tit. 3. Vers. 1236, eod. lib. tit. 1, cap. 21., relato in *Synops.* lib. LII, tit. 3, l. *Si a patre* v, l. *Fideicommissum* VII, C. *De condict. ind.* Vers. 1238, hoc lib. XXIV, tit. 4, cap. 2 ; habetur *Synops.*, lib. VII, p. 77 ; de eo agi hoc libro patet ex tit. 24 *Synops.* Attaliat. *Vide* l. II. C. *Ne uxor. pro mar.* l. IX ; C. *De bon. prosc.;* Novell. 134, cap. ult. Vers. 1239, eod. lib. XXIV, tit. 6 ; cap. 4; retulit auctor *Synopseos* lib. XXXVII, tit. 8. *Vide* l. *Si procurator* 6, § ult., D. *De cond. indeb.*

Vers. 1241. Lib. XXV *Basil.*, tit. 3, l. *Cum debitor* VIII, D. *In quib. caus. pign. tac contrah.*, ubi Hotomanum negative legentem arguit Pselli ἄτοχον χρέος. Vers. 1244, eod. lib., lege δημοσίου, l. *Si hypotecas* VIII, C. *De remiss. pign.* Vers. 1246, ibid., l. *Creditor* IV, C. *De distract. pign.*

Vers. 1248. Lib. XXVIII, *Basil.*, tit. 4, cap. 8 et 12, l. *Cum te sponsæ* IX : l. *Si mater vestra* XII, C. *Donat. ant. nupt.* Vers. 1250, eod. lib. XXVIII, cap. 54 ; ex Novell. Justin. 117, cap. 2, qui τοὺς μεγάλους ἀξι κεκ, μέχρις Ἰλλουστρίον dixit, loco Protospathariorum, ut Harmenop. lib. IV, tit. 6, n. 16. Recte utrumque, nam ex Gloss. *Basil.* Ἰλλούστριοι, πρωτοσπαθάριοι, Ἰλλουστρίων, ἀξιωματικῶν, ἤ συγκλητικῶν. Vers. 1253, eod. lib. XXVIII, tit. 6, cap. 1 ; ex Novell. Περὶ ἀθεμιτογαμιῶν 12, cap. 1 ; Γάμον ἀθέμιτον καὶ ἐναντίον τῇ φύσει ὃν ὁ νόμος ἔνκεστόν τε, καὶ νεφάριον, καὶ δαμνάτον ; *Basil.*, ubi, Ἀθέμιτόν τε, καὶ παράνομον καὶ κατάκριτον.

Vers. 1256. Lib. XXIX *Basil.*, tit. 1, forte cap. 118, quod in *Synopsi* desideratur, ex l. *unic.*, § *Videamus*, C. *De rei uxor act.* ; Harmen. lib. IV, tit. 8, num. 52 : hic forte lege αὐτεξουσίᾳ γαμετῇ, et vers. 1258, εἰ δ' ἔστιν ὑπεξουσία. Vers. 1260, eod. lib., tit. 1, cap. 63, l. *Mutu* 73, § *Manente*, D. *De jur. dot.*, et lib. XXVIII. *Basil.*, tit. 8, cap. 20, l. *Quamvis* XX, D. *Solut. mat. Vid.* Harmenop. dict. lib. tit. 9 in princip. Vers. 1263, eod. lib. XXIV, tit. 10 ; *Vid.* l. 1, 2, 3, 4, 5, 6 et seqq., D. *De impens. in res dot. fact.* Mendosus, quidem videtur versus 1272, nisi ad superiorem retuleris. Vers. 1275, habetur tit. Περὶ ἀγωγῆς ἀφαιρέσεως πραγμάτων, lib. XXVIII, tit. 11 *Synops.*, sine dubio extra suam sedem, cum lib. XXIX verset Psellus. Vers. 1275, eodem lib. XLIX, tit. 1, cap. 91 ; *Vid.* l. *Quoties* v. l. *Cum dotem* x, C. *De jur. dot.*, l. *Plerumque* XVIII, C. eod. *Vid.* Harmen. eo cap. 61 lib. IV, tit. 8, num. 5, Vers. 1276, neque mater pro filia dotem dare cogitur, nisi ex magna causa, et probabili, vel lege specialiter expressa ; neque pater de bonis uxoris suæ invitæ, ullam dandi habet facultatem, l. *Mater*, XIV, C. *De jur. dot.*, Οὐ μόνον οὐκ ἀναγκάζεται ἡ μήτηρ προικίσαι τὴν θυγατέρα αὐτὴν, ἀλλ' οὐδὲ ἀνὴρ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῆς μὴ θελούσης · quod secus in patre qui lege Julia filiam dotare cogitur. L. capite 9, D. *De tit. nupt.* Vers. 1279, eod. lib. *Basil.* XIX, tit. 1, cap. 113 : Γυνὴ καὶ συνισταμένων ἔτι τῶν γάμων ἐὰν ἄπορον ὁρᾷ τὸν ἄνδρα, δύναται ὑπὲρ προικὸς, καὶ προγαμιαίας δωρεᾶς, καὶ ἔξω προίκων διακρατῆσαι τὴν αὐτοῦ οὐσίαν, ὡς ὑπὸ ὑποθήκης · ita legit. Harmenop. dict. tit. 8, n. 38, l. *Ubi adhuc* XXIX, C. *De jur. dot.* Parapherna dixi ἐξώπροικα secutus Gloss. *Basil.*, Παράφερνα ἐξώπροικα, οὕτω φασὶ καθ' Ἕλληνας. Sic enim ibi legendum et dict. loco *Basilic.*

Vers. 1286. Non liberorum numerus, non militia, non dignitas, non solus ipse patris consensus, filiam sui juris facit : certis modis patria potestas constituitur, natura, et adoptione : certis item modis solvitur, natura, iterum vel casu et emancipatione. Non nudo consensu, patria liberi potestate, sed actu solemni, vel casu liberantur: nec causæ quibus motus pater emancipavit filium, sed actus solemnitas quæritur. Aiunt Impp. l. *Non nudo* III, C. *De emancip.*, actu solemni, scilicet emancipatione, quæ νόμιμος οὖσα ἡ πρᾶξις · Theoph, § 4, l.

De exhæred. lib. πρᾶξις ἁπλῶς, § 6 *Quib. mo. jus patr. potst sol. actus, et legis actio Iclis.* Cæterum hic versus collectus est ex lib. XXXI *Basil.* tit. Περὶ γονέων καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ὑποταγῆς. Vers. 1283, eod. lib. XXXI, tit. 2, cap. 4, ex Novell. 89, cap. 12, § Ἵνα μή. 2.

Vers. 1300. Lib. XXXIII *Basil.* tit. 1 Περὶ υἱοθετούντων, cap. 52; quod habet apud Theophilum § 9 Τῶν γὰρ εὐνουχῶν. l. *De adopt.*, et Rarmenop. lib. II, tit. 9 Περὶ υἱοθεσίας. *Vide* l. *Spadonum* CXXVIII, D. *De verb. sig.*, ad quorum nominum differentiam observa locum Pauli Medici. lib. sexto, quo εὐνουχισμὸν faciendi varios modos affert. Quidam, inquit, fiebant excisione testium, quidam veretri etiam cum testibus, qui mingebant fistula ænea ut nunc quoque quibus ob morbum ea pars est secta. Quidam fiebant testiculorum attritione, ea vero erat : puello in balneo demisso paulatim testtculos atterere, usque dum velut dissipati evanescerent, atque contorquere, ut vena quæ illis alimentum defert, velut modo interciperetur, atque ita illi tabescerent. Itaque erant eunuchi testibus excisis, solis, aut etiam cum veretro : et contritis, qui propterea vocabantur thlibiæ, etc.

Vers. 1303. L. *Tunc autem* II, D. *De injust. rupt.* lib. XXXV *Basilic.*, ubi de testamentis agitur, et tit. 2 Περὶ ἀτελοῦς διαθήκης, ut patet ex tit. 32 *Synops.* Attal.; auctor tamen *Synops. Basil.* Lib. XXXIX, hunc titulum scripsit, nisi forte divisus est in ipsis *Basilicis*, ibi cap. 2 : Ἡ ἀτελὴς δευτέρα τὴν πρώτην οὐ ῥήσσει · et tit. 20 lib. XXXV, cap. 2 : Εἰ μὴ τελείαν τις ποιήσει βούλησιν, οὐκ ἄκυροι τὴν πρώτην, eleganti ratione petita ex Novell. 107, cap. 2 : Ὥγε ἐξῆν διαῤῥῆξαι τὸ γινόμενον, καὶ ἑτέραν ποιήσασθαι βούλησιν, δηλοῦσαν τὴν τελευταίαν αὐτοῦ γνώμην, ᾗ προσήκει κρατεῖν · illi enim licuit quod factum rumpere, et aliam condere voluntatem, quæ ipsius supremam (interpres Latin. habet perfectam) sententiam demonstraret, quam valere convenit.

Vers. 1306, eod. lib. XXXV, tit. I, cap. 7. l. *A qua ætate* V, D. *Qui test. fac poss*

Vers. 1307. Non fallor si hos versus refero ad tit. *Si quis aliquem testari prob.*, cujus l. II Paulus ait : Si quis dolo malo fecerit, ut testes non veniant, et per hoc deficiatur facultas testamenti faciendi, denegandæ sunt actiones ei qui dolo fecerit. Græci referunt lib. XXXV *Basilic.* tit. 3, cap. 2 : Ὁ κατὰ δόλον κωλύσας τοὺς μάρτυρας εἰσελθεῖν, ἐκπίπτει τοῦ κλήρου, ejus prohibitiones hoc elegans exemplum affert Psellus, si peregere evacatis testibus sumptus et viatica quis deneget, is enim accedere prohibet, cum propriis sumptibus accedere testes non debeant, et, ut ait Caius l. *Sed si quis* VII. D. *Quemad. test. ap.*, sit iniquum, damnosum esse cuique officium suum : quare testibus ab eo qui producit et evocat dari debere impendia rescripsit Adrian, l. *Testium* § *Gabinio*, D. *De testib. et impp.* sumptus competentes dari l. *Quoniam* II, C, eod., et sumptus iisdem ad faciendi itineris expeditionem præbere debebit, cum id ipsa justitia persuadeat, ab eo hoc recognosci, qui evocandi personas sua interesse crediderit ; l. *Eos*, 6, § 2, C. *De appellat.* Vers, 1310, eod. l. XXXV, tit. 7, cap. 1. *Vid.* tit. D. *De his quæ intestam. del.* et lege versu 1311 : Εἰ δ' οὐκ, ἐῤῥώσθω εἰ δ' ἄλλως, ἔῤῥωται. Vers. 1312 *et seqq.*, ibid. tit. 12 Περὶ αἱρετικῶν ἐνστάσεων.

Vers, 1319. Lib. XXXVI *Basil.*, tit. 1 Περὶ κωδικίλλου.

Vers. 1324 Lib. XXXVII, *Basilic.* tit. 7, cap. 8, ubi τοὺς λόγους ἀποδῶσι · l. *Tutor* VII, § *ult.*; D. *De adm. tut. : Lucius* XLVI, § 3, eod. t., ; l. I, § *ult* ; D. *De usur.* Vers. 1326, ex eod. lib. vel ex XXXVIII, quo etiam de tutorib. agitur. Si enim tutor per interpositam personam rem pupilli emerit, in ea causa est, ut emptio nullius momenti sit, l. *Pupillus* V, § 3. D. *De auct. et cons. tut. ut si uxor*, l. *Cum ipse tutor.* V, C. *De contrah. empt.*

Vers. 1328, lib. *Basil.* XXXIX, tit. 1 Περὶ τῆς κατὰ διαθ. μέμψ. Lege hoc versu εἰ μὲν μετὰ προς τῆς κατὰ διαθ., nam quamvis instituta in officiosi accusatione, res transactione decisa sit, tamen testamentum in suo jure manet, l. *Si suspecta* XXV, § 2, D. *De inoff.*, quia privatis pactionibus, non dubium est non lædi jus cæterorum, quare nec transactione testamentum rescissum videri potest. Vers. 1331, intellige μέμψιν κατὰ διαθ., de eo accipe qui se adoptatum credidit a femina, et eam suam matrem adoptivam falso esse existimarit, l. XXIX, § *Quoniam*, D. *De inoff.*, et ita explica cap. 20, them. 4, tit. 1, h. lib. XXXIX, cum alioquin adoptatus ex imp. rescripto ad exemplum adrogati quartam habere debeat.

Vers. 1334. Ex lib. XL *Basil.*, in quo agitur περὶ διακατοχῆς. *Vid.* l. *Servus* VII, § *Impubes* ; l. *Si pupillo* XI, D. *De bon. poss.* Tutor autem bonorum possessionem pupillo competentem repudiare non potest, tutori petere permissum est, non etiam repudiare, l. *Tutor* VIII, D, eod.

Vers. 1341. Hæc ascendentium, descendentium, et collateralium successio excerpta est ex Novell. 118, cap. 1 et 1; et descripta est a Leone lib. XLV *Basilic.*, tit. 3 Περὶ βαθμῶν, ubi tamen male contra parentes, vel cum ipsis, admittuntur una cum fratribus, fratrum filii, cum Novella 127 id demum introductum sit. Psellum autem vers. 1342 ita accipe, ut velit, liberis solis nullo admisso neque etiam ascendentibus, vel thiis, omnes hæreditatis partes sine divisione abundare et superesse.

Vers. 1343. Ex rescripto Adriani, atque ideo servatur donec partum ediderit, l. *Imperator* XVIII, D. *De stat. hom.*, quæ lex sine dubio scripta fuit l. XLVI. *Basil.* tit. Περὶ ἀνθρώπων ἐλευθέρων. Vers. 1345, ex eod lib. XLVI, *Basil.*, tit. 3, cap. 1. *Vid.* tit. *De rer. divis I et* D.

Vers. 1358. Affectionis gratia, neque honestæ, neque inhonestæ donationes sunt prohibitæ : honestæ erga bene merentes amicos, vel necessarios ; inhonestæ circa meretrices, l. *Affectionis* V, D. *De donat quæ habetur ;* lib. XLVII *Basil.*, tit. 1 : *Militi tamen focariæ donare non licet* l. *Si ancillam* II, C. *De donat. inter vir. et uxor. ;* at hæredem institui posse arguit vetus inscriptio sepulcri Aurelii Vitalis militis (Valeria Faustina focaria et hæres ejus), pag. 1107, inscript. Grut. Focarias ad exemplum militum dixerunt sacræ militiæ cingulo cinctorum συνεισαχθείσας, de huib. Concil. prim. general.

Vers. 1352. Ultra librum XLVII non versat Psellus *Basilica*, quæ ad LX librum a Leone perducta sunt, forte quia quæ reliquis libris scripta sunt, jam hoc opere enarraverat. Illis additum εἰκονισμὸν graduum hic testatur, is ipse forsitan quem in suis institutionibus depingi voluit Justinianus, quem nobis auctor *Synopseos* invidit.

Vers. 1356. Forte hic legendum νέον νόμον, nam et illi Novellæ iambus νέον νόμον τίθησι Ῥωμανὸς ἄναξ præfixus est, est autem prior Novella de prædiis a potentioribus quovis titulo occupatis, de quo item Basilii in Porphyra nati, ambas ex editione Leunclavii lib. II. *Jur. Græco-Roman.* consule, et observationes ad earum aliam Caroli Labbæi viri eruditissimi. Nobis enim (quibus sola interpretatio in animo erat) otium id, quo inviti sine libris in patria extorres fruimur, has breves adnotationes elicuit, ne in desidiam ipsum immutaretur : quas, qualescunque sint, studiosa legum juventus, tibi enim scripsi, utiles tibi precor, et æternæ sapientiæ a quo omne donum, consecro. *Narbone Marcio. Kalend. Decemb., anno salutis* 1630.

Θεῷ δόξα καὶ χάρις.

Jam hoc opus ad umbiculum typographus perduxerat, cum beneficio R. P. Jacobi Sirmundi duo

Pselli poemata accepi, quæ sine dubio Michaeli imp. inscripta huic *Synopsi* adjuncta erant. Ubi enim vir sapientissimus leges imperatorum brevi compendio edocuit, fidei nostræ et canonum notitiam perstringens eadem brevitate eodemque stylo, eorum epitomen his versibus composuit, quorum ipsa initia aliud procul dubio legum opus eos subsequi demonstrant. Non itaque abs re me facturum putavi, si ut prelo urgente mihi licuit, vix exscriptos hos versus *Synopsi* subnecterem.

(*Pselli Opuscula de quibus hic Bosquetus,* De dogmate *et* Oblatio Nomocanonis *exstant supra col.* 811 *et* 919.)

CORNELII SIEBEN

JURISCONSULTI

SPECIMEN OBSERVATIONUM CRITICARUM IN PSELLI SYNOPSIM LEGUM.

—

Plurima superesse in Novellis cæterisque jurisconsultorum Græcorum reliquiis, quæ vel non intellecta ad hunc usque diem, vel corrupta leguntur, qui litteras amant. Jurisconsulti confitentur omnes. Imprimis vero Psellum in Synopsi legum, multis iisque fœdissimis deformatum vitiis deprehendi. Hahuit hic libellus Bosquetum Narbonensem jurisconsultum, interpretem minime felicem. Multa, quæ remedio egebant, fugerunt ejus industriam. Non desunt quoque, quæ pro desperatis intacta reliquisse videtur. Plura præterea corrupit et ita sua versione pervertit, ut nihil minus quam cum juris nostri regulis convenire existimem. Exempla, ex pluribus quæ ad manum sunt, pauca edere decrevi, et si non displicere intelligam, auctior forte et emendatior Psellus prodibit in lucem. Quod ad capita Juris Romani attinet, de quibus hic agitur, paucis omnia indicare potius, quam pluribus illustrare volui. Repetenda ita fuissent quæ ab aliis toties scripta et repetita inveniuntur, modumque egressus in scribendo forem, quem statuerunt celeberrimi *Miscellaneorum observationum* editores.

Vers. 61. Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαι τοιοῦτο δὴ τὸ βιβλίον,
Οὗτος ὁ νομικώτατος νομομαθὴς τυγχάνει.

Hæc inter cæteras *Institutionum* libelli laudes refert Psellus, et merito. Ut tamen metri et verborum ratio sibi constet rescribe,

Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαιτο τοῦτο δὴ τὸ βιβλίον.

Similis fere error infra vers. 970.

Ὕστερον ἀπαρνήσαι τὸ μὴ χρηστῶς ἐκθεῖναι.

Restitue,

Ὕστερον ἀπαρνήσαιτο μὴ χρεωστῶς ἐκθεῖναι, ubi quod Attici solent, et Latini imitantur, eleganter verbo negandi superaddita negandi particula : ex Græcis exempla afferentem videas eruditissimum Alberti in *Observat. ad Novum Testamentum*, ex Latinis ut et jurisconsultis nostris plura adduxit vir illustris et maximus nostrorum temporum jurisconsultus Bynkershoekius lib. v *Obsc.*, c. 3, quibus adde unicum, ne in re nota diutius morer, ex § 10 *Institut. de suspectis tutoribus*, ubi et Theoph. ἀπαρνεῖται μὴ, etc.

Vers. 195. Αἱ μὲν εἰσι, ὡς λέγουσι, τούτων ἀρβιτραρίαι
Ὑπό τε τῆς δικαστικῆς ἤρτυνται μεσιτείας.
Ταῖς δὲ τῆς ὑπολήψεως τοῦ κρίνοντος εἰ μέλλει.

Vertit Bosquetus *sunt et illæ, quas arbitrarias vocant, quæ judiciali arbitrio instruuntur eo judicis arbitrio si velit*. Sed corrupta videntur, atque id juris regulæ et ratio constructionis suadent. Quod ipsi natura actionis vult, ut arbitraria sit, illud voluntati judicis minime committendum, et licet concederetur id, non constat ita tamen, quo ταῖς δὲ sit referendum ; omnis error ex depravato εἰ μέλλει descendit, pro quo lego οὐ μέλει, εἰ, οἱ, et οὐ sæpius in hoc libello inter se commutata, atque ita sensus erit, quasdam actiones esse arbitrarias, quasdam vero nihil commune habere cum judicis arbitrio. Adde v. 574. Cæterum recte hinc Cl. Schulting : ad Glossas Nomicas ibi defendit in ἀρβιτραρία vocem ἠρτυμένη, quod ipsa constructio etiam evincere videtur.

Vers. 220. Εἴ τις ἐκ φίσκου λάβοι τι δωροῦντος βασιλέως,
Ἢ συναλλάττων πρὸς αὐτοῦ, εὐθὺς τούτου δεσπόζει,
Ἐκεῖνος δὲ ἐνάγεται μέχρι τετραετίας.

Occurrunt eadem in Attaliatæ *Synopsi* p. 45, unde hic pro πρὸς αὐτοῦ restitue πρὸς αὐτόν · hinc autem ibi lege τούτου δεσπόζει, Bosqueti versio hic obscura : ἐκεῖνος, fiscus est qui intra quadriennium a vero Domino poterit conveniri Adi. § ult. *Instit. de Usucapionibus*.

Vers. 240. Εἰ τις διάθοιτο τυχὸν τῶν ἐκστρατευομένων
Ἡ διαθήκη ἔῤῥωται εἰς ὁλόκληρον χρόνον.

Vertit Bosquetus, *Si quis testatus fuerit de castrensibus, testamentum in omne tempus valet*, male, voluit enim significare Psellus, militare testamentum valere per annum integrum etiam post missionem, et ita infra χρόνος sæpius pro anno occurret.

Vers. 259. Τέταρτον μέρος χρεωστεῖ τῷ υἱοθετηθέντι
Υἱοθετήσας τίς τινα τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων.

Ergo secundum Psellum quarta divi Pii hic est quarta omnium bonorum, quam tamen infra vers. 480 facit tertiam, adeoque cum legitima videtur confundere. Unde quis forte hoc in loco quoque τὸ τρίτον rescribendum putaret. Vix tamen quid mutare auderem cum nec alii Græci hac in re sibi constent. Theoph. l. I, tit. 11, § 3, facit quartæ mentionem ; idem scribit Harmenop. l. v, tit. 8, § 87, ubi pro σωτηρώδη, quod et in Parisiensi editione conspicitur, sed sensum non habet, lege σωτηρώδη. *Basilica* l. VIII, § 15, D. *De querela inofficiosi testamenti*, τὸ τρίτον habent (ubi pro υἱοποθετήσηται ὑἱοθετήσηται restitue), et Schol. tamen ad illum locum p. 145, quartum locum sibi vindicare affirmat : cujus verba cum laborare videantur, ascribam, Ἐπειδὴ ἔχει τὸ δ' ἐκ τῆς Πίου, διατάξεως (καὶ ὡς παρὰ ἀναξίου τοῦτο ἀφαιρούμενος ἐπὶ τὸν φίσκον μετέρχεται) λέγει ὁ Οὐλπιανὸς, Προσῆκόν ἐστιν ἢ τὴν ἀρχὴν αὐνὸν μὴ προσίεσθαι, τὴν δὲ ἰνοφικίοσο κινοῦντα, ἢ κἂν κινήσῃ ἡττηθῇ συγχωρεῖν τοῦτο τὸ δ' ἔχειν, etc. Vertit hæc Fabrottus, *sed quia quartam habet ex constitutione divi Pii, Ulpianus ait conveniens esse, vel non, admitti ab initio eum ad querelum inofficiosi testamenti, vel si admissus non obtinuerit, non auferri et quartam ut indigno*, etc. Sensui hæc respondent fere, fateor,

sed verbis minime. Parenthesi inclusa forte crearunt molestias Fabrotto, quare deleto signo, et ἀφαιρούμενος in ἀφαιρούμενον mutato interrogative illa verba capi velim, ita ut Latine significent. Siquidem quartam habet ex constitutione divi Pii, num et quasi ab indigno ablata illa ad fiscum pervenit? atque ita quæstionis solutionem sequentia continebunt : τὴν ἀρχὴν quoque, ut sæpissime alibi, hic reddi commode posset, omnino. *Basilica* quoque in l. II, § 1, D. *Familiæ erciscundæ*, τὸ τρίτον hac in re habent, quamvis scholiastes ibi quartæ rursus faciat mentionem ; cæterum verba l. II, § 1 memorata, κληρονόμος ὁ ἀγαθὸς νομεὺς, sensum non habent, lege κληρονόμος ἢ ἀγαθῶν νομεὺς, ut quoque Glossæ Nomicæ bonorum possessorem definiverunt per ἀγαθῶν διακάτοχον in Βονόρουμ ποσσεσσόρις, ubi forte, pro διακάτοχον, διακατόχου legendum.

Vers. 261. Ἀτελὴς συγγινώσκεται μήτηρ, μὴ ἀπαιτοῦσα
Τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσαντος, ἐπίτροπον τοῖς τέκνοις

Vertit Bosquetus : *Infamis fit mater quæ mortuo viro liberis tutorem non petat.* Sed pessime. Nec verba enim nec jura hanc interpretationem ferunt; tu verte vero : Minor veniam meretur mater non petens, viro mortuo, tutorem suis liberis. *Vid.* l. II, C. *Si adversus delictum suum*, ἀτελὴς sæpius apud jurisconsultos est minor, cui τέλειος, qui suæ ætatis dicitur, opponi solet.

Vers. 309. Τὸ διαπλασιαζόμενον ἔκ τινος ἠρνηκότος
Καταβληθὲν ἰνδέβιτον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει.

Vertit Bosquetus, *Duplum solutum ab eo qui inficiatus est, indebiti condictione non repetitur.* Sed nihil minus quam id voluit significare Psellus. Tu lege διπλασιαζόμενον, et verte : Quod duplari solet ab inficiante, indebitum solutum repeti non potest condictione : ejusque rei ratio hæc traditura viris eximiis, quia quis simplum solvendo, de duplo transegisse videtur. *Vid.* § ult. Inst. *De obligat.* Quæ quasi ex contractu, et l. IV, C. *De condictione indebiti.*

Vers. 313. Κατὰ τοῦ κλέπτου φούρτιβον, κἂν μὴ νέμηται δώσας
Τῷ ἐκπεσόντι πράγματος πουβλιάνη ἁρμόζει.

Vertit Bosquetus, *Publiciana competit ei, qui rem amisit, cum non possideat rem furtivam adversus furem*, quæ quomodo cohærant non intelligo, tu pro δώσας lege δώσεις · ας et εις enim sæpius sunt in hoc libello inter se commutata, et verte : Condictionem furtivam adversus furem, etiamsi non possideat, dabis. Ei qui rem amisit Publiciana datur. Per φούρτιβον hic intelligo φούρτιβον κονδικτίτιον. *Vid.* § ult. Intit. *De obligationibus quæ ex delicto*, et res ex regulis juris certa videtur. Πουβλιάνη autem est quæ alibi a Psello Πουβλικιάνα et recte dicitur v. 566, quam bene explicant Glossæ Nomicæ in Πουβλικιάνη. Ubi μίμησιν ἔχει δεσποτείας καὶ οὐ ψιλῆς νομῆς. Ἔστι δὲ ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα δεσπόσαντι καλῇ πίστει νομῇ. Priora recte se habent et sunt ex l. VI, § 7, D. *De Publiciana in rem actione;* posteriora obscuriora sunt, pro διὰ κυριότητα alibi fere semper διὰ χρήσεως reperitur, νομὴ autem in fine ferri non potest, atque id vidit quoque summus ille Schulting ad hunc locum, qui corrigit νομῇ, ipse conjeceram νομεῖ, atque id confirmatur quoque ab Harmenopulo l. II, tit. 1, n. 70, qui hinc restituendus ; verba ejus, Πουβληκιανή ἐστιν ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα καλῇ πίστει νομεῖ, sensum non habent justum, unde nec mirum versionem esse nullius momenti ; quid enim, quæso, significant hæc, *Publiciana est quæ possessionem ei revocat qui propter dominium nondum est bonæ fidei possessor?* Omnis error natus est ex omisso verbo δεσπόσαντι ante καλῇ, quo addito clara sunt quæ dicuntur.

Vers. 330. Τῷ δὲ δελφάσις ἔνοχος ὃς ἀλοίη πλαστεύων.

Vertit Bosquetus, *Legi de falsis obligatur qui variat falsum* scribens, male ; rescribe ἀλοίη et redde, convictus deprehensus. Bosquetus forte hic de verbo ἀλλοιόω cogitavit. Pro δελφάσις, hic δὲ φάλσις scribendum esse cuivis patet.

Vers. 333. Οἱ γενικοὶ τῶν εἰδικῶν ἐγκρατέστεροι νόμων.

Pro corruptis hæc habuisse Bosquetum ex versione patet. Vertit enim, *leges generales sunt potiores in judiciis*, quod tamen nec Psellus dixit, nec recte dicere potuit. Tu lege.

Οὐ γενικοὶ τῶν εἰδικῶν ἐγκρατέστεροι νόμων,

et vera sunt omnia, leges enim generales specialibus non derogant, licet sint posteriores ; *vid.* l. LXXX, D. *De reg. juris*, ibique Comment., imprimis autem magnum Bynkershoekium l. VII *Obs.*, c. 15.

Vers. 338. Πάντα τὰ ἰδιωτικὰ δημόσιον οὐ βλάπτει.

Restitue levissima mutatione, pro πάντα, πάκτα ut respiciatur ad l. XXXVIII, D. *De pactis.*

Vers. 354. Ὁπόσα δὲ μὴ ἔχουσιν ἰσχὺν κατὰ τῶν νόμων
Χωρὶς ἀποτελέσματος δοθέντα κατὰ πλάνην,
Οὐκ ἔχει ῥεπετίτιον οὐδ' εἴσπραξιν ὀπίσω.

Vertit Bosquetus, *Ex his omnibus causis, quæ jure non valuerunt aut non habuerunt effectum secuta per errorem solutione condictioni locus erit.* Verba hæc esse fateor, sunt verba enim l. LIV, D. *De condictione indebiti.* Sed nihil minus significant quam id quod Græca præ se ferunt. Unde igitur hæc versio ipsi nata, non video : nec vitium enim adesse significavit, nec remedium quæsivit ; ipse si quid video, vitium in verbis κατὰ τῶν νόμων, latere existimarem ; quare lege κατὰ τὸν νόμον, et sensus erit, *Quæcunque vim habent secundum legem, sed sine effectu* (scilicet ut peti non possunt), *per errorem soluta, non possunt repeti condictione indebiti.* Nec ita a jure aberro, cum notissimum naturalem obligationem impedire condictionem indebiti, et, si velis, *vide* l. LXIV, D. *De condictione indebiti*, l. XCIV, § 3, D. *De solution.*

Vers. 357. Χείρονα ποιεῖν αἵρεσιν γυνὴ προικὸς ἰδίας
Σαφῶς οὐκ ἔχει δύναμιν ἐν συνεστῶτος γάμῳ.

Verissima sunt hæc, et cuivis constat, mulierem constante matrimonio dotis causam non posse reddere deteriorem. *Vid.* Interp. ad tit. D. *De pactis dotalibus*, sed quid hic ἐν συνεστῶτος γάμῳ? forte ἐκ συνεστῶτος γάμου, vel quod malim ἐν συνεστῶτι γάμῳ, ut quoque est apud Schol. ad l. XXI, § 2, D. *De pactis.* Ubi eadem fere ad verbum.

Vers. 362. Ἐκδίκησιν ἐγκλήματα λαμβάνει τὴν δικαίαν.
Ἐν τόποις οἷς ἡμάρτηται, ἔνθα κρείττων ἡ γνῶσις.

Vertit Bosquetus : *Crimina justam vindictam habent, quo loco quis deliquit de crimine cognoscitur.* Ego vertere malim deleto puncto in fine prioris versus, *Crimina juste vindicantur in locis quibus perpetrata sunt, ubi cognitio de illis facilior :* quæ tamen non sola est ratio hujus juris constituti. *Vid.* l. XXVIII, § 15, D. *De pœnis ;* l. III, D. *De re militari*, et Nov. 134, C. 5.

Vers. 383. Τὴν τῶν κακῶν εἰσαγωγὴν οὐ σφίγγειμα πρὸς χρόνος.

Vertit Bosquetus *Improborum accusatio longo tempore concluditur.* Sed si hæc vera, falsa Psellus loquitur, et sibi ipsi contrarius dum infra, vers. 745, dicit :

Παραίτωσις ἐγκλήματος ὅρος εἴκοσι χρόνων.

Καὶ θαύμασον τὴν σύνθεσιν τοῦ ὀνοματοθέτου,
Ὁ Ἰταλὸς τὴν νόθευσιν καλεῖ πως ἀδουλτέραν,
Ἔνθεν γοῦν καθωνόμασται, τὸ στρῶπτον τῆς μοι-
[χείας,
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις καὶ παραχάραξίς τις.

Quid velit hic auctor, satis constat, et unicum, quod mihi hic difficultatem creat, est illud, τὸ στρῶπτον τῆς μοιχείας. στρῶπτον, sive potius στρούπτον, idem quod stuprum atque sæpius in genere quamvis πορνείαν significat, ita ut adulterium comprehendat etiam, quomodo et in lege Julia pro adulterio stuprum aliquando usurpatur. Quid igitur hic stuprum adulterii? quare, nisi eodem forte modo, quo crimen adulterii, et similia, id defendere velis, vide num non rescribendum hoc loco sit.

Ἔνθεν γοῦν κατωνόμασται τὸ στρῶπτον, τῆς μοι
[κοίτης
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις καὶ παραχάραξίς τις.

Moi ita sæpius apud nostrum abundare videtur vers. 354 et 963, et optime conveniunt ista quæ in Glossis Nomicis in voce Ἀδουλτέρις in fine habentur: quarum principium memorato loco est obscurissimum. Verba sunt: Ἀδουλτέρις ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου νόμου φυλαττόμενος· κινεῖ δὲ περὶ μοιχείας καὶ στρόπτου. Καὶ ἡ μὲν μοιχεία ἐστὶν ἐπὶ τῶν γαμουμένων· τὸ δὲ στρόπτον ἐπὶ παρθένων, καὶ χηρῶν, καὶ παίδων ἀῤῥένων κινεῖται. Quæ Bosquetus ad hunc locum tentavit recte refellit maximus Schultingius, qui conjicit legendum esse Ἀδουλτέρις ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ὑπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου ὄνομα φυλαττόμενος. Favent ingeniosissimæ conjecturæ plura; sed si recipere velis, lege in sequentibus quoque pro κινεῖ, κινεῖται, aut vix cum præcedentibus cohærebunt: quo enim referes illud, κινεῖ δὲ? νόμος non κινεῖν sed κινεῖσθαι dicitur, ut infra vers. 93, 543, 643, 623, et apud alios frequentissime occurrit. Mihi incidit aliquando, restituto κινεῖται, quæ præcedunt non esse tentanda, sed respexisse autorem ad l. I et l. II, D. *Ad legem Juliani de adulteriis*, quarum verba, *Hæc lex lata est a divo Augusto, ex lege Julia servatur*, etc., ut sensus sit Glossarum: Lex de adulteriis lata est quidem a divo Augusto, sed ex lege Julia servata; intenditur vero de adulterio et stupro: adeoque error hic Auctoris, non vero alterius scribentis vitio tribuendus videtur; cui Auctori quoque ascribenda sunt quæ habentur in Ἀκουΐλιος ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τοῦ ὑπερθεμένου δοῦναι τὸ καταλειφέν. Vid. Psellus vers. 477, cum in Aquiliam legem, ut vir egregius optime animadvertit, alias minime conveniant. Differentia quæ inter στούπρον et μοιχείαν hic traditur etiam in Glossis docetur in voce φθορὰ, atque res nota est. Tu vide num recte hic legatur τὸ δὲ στρόπτον ἐπὶ παρθένων, etc., κινεῖται· forte enim γίνεται erit restituendum.

Vers. 512. Ἐντὸς μὲν χρόνου ἔσωθεν τετραπλοῦν ἀπαι-
[τοῦσα.

Verissima sunt hæc de actione vi bonorum, raptorum, sed quid ἐντὸς χρόνου ἔσωθεν? num pro ἐντὸς πάντως rescribendum, ut infra vers. 690, aut potius ἑνὸς, ut vers. 585? quod malim. Idem docetur infra vers. 703 de tempore hujus actionis, et, ut constat, vere: cum omnes plerumque prætoriæ pœnales anno finiantur. Nec obstant vers. 767 et sequentes:

Οὔτε περὶ ἁρπαγῆς κινήτων ἣν οἱ Λατῖνοι
Οὕτω κατωνομάκασι βῖ βονόρουμ ῥαπτόρουμ
Ἐτῶν πλέον τριάκοντα εἰς ἀγωγὴν ἰσχύει.

Petita sunt hæc ex l. un. § 1, C. *De annali exceptione*, et quivis facile videt non esse intelligenda de actione nostra pœnali, sed de ipsa rei raptæ persecutione quæ etiam ultra annum dabitur. In vers. 767 lege, Οὔτε ἡ περὶ ἁρπαγῆς κινητῶν, ἣν Λατῖνοι.

Vers. 525. Ἡ περὶ δόλου δέ ἐστι ποίνη καὶ ποιναλία.
Δίδοται καῦσα κόγνιτα, ἔστι περσοναλία,
Ἐν τοῖς δυσὶ δ' ἐνιαυτοῖς ἄρχεται καὶ πληροῦται.
Ἄλλης δ' ὁπούσης ἀγωγῆς οὐ κινεῖς τὴν δὲ δόλῳ.

Quod ad jus attinet, quæ dicuntur hic verissima sunt, et eadem infra vers. 704 et 1143; verba autem vers. 525 mihi suspecta, et rescribendum forte

Ἡ περὶ δόλου δέ ἐστιν αὐτὴ καὶ ποιναλία

Vid. supra vers. 501, ubi eadem fere loquendi ratio. In sequentibus vers., pro ἄρχηται, ἄρχεται repone. Junge cum his Glossas Nomicas in voce δὲ δόλω μάλω, ubi recte ratio traditur et æquitas actionis de dolo ex l. I, D. *De dolo malo*, sed verba, Ἵνα μήτε οὗτοι κερδαίνωσιν ἐκ τῆς οἰκείας κακίας, μήτε οἱ ἀπαιτούμενοι βλάπτωνται ἐκ τῆς οἰκείας ἁπλότητος· οὕτως δὲ τὸν δόλον ὁρίσατο Λαβεών, ἔστι δὲ πρῶτος δόλος κακοποίησις λαθραία ἐν προσποιήσει τῶν βελτιόνων τὸ πλησίον προσφερομένη· δεύτερος δόλος ἐστὶ πᾶσα κακουργία, καὶ ἀπάτη, καὶ μηχανὴ πρὸς περιγραφὴν, ἑτέρου γινομένη. Celeber. Schulting. βλάπτωνται et τῷ πλησίον legendum monet. Ego plura quoque hic laborare existimo. Pro ἀπαιτούμενοι et ἀπατώμενοι, agitur enim de læsis danda actione non exceptione; præterea non intelligo hic quid sit πρῶτος δόλος, quis δεύτερος, quare ex memorata l. I, § 2, si liberiori conjecturæ locus detur, legerem, Οὕτως δὲ τὸν δόλον ὁρίσατο Σέρβιος καὶ Λαβεών· ἔστι δὲ πρώτῳ, sc. Σερβίῳ, δόλος, etc.; δευτέρῳ, sc. Labeoni, δόλος ἐστί, atque ita omnia cohærent, et optime cum l. I, § 2, D. *De dolo malo conveniunt*, quam præter Huberum, Scullhingium aliosque plures, optime explicuit vir in jurisprudentia nostra celeberrimus Nood *De forma emendandi doli mali cap.* 2.

Vers. 548. Τυχὸν γὰρ ἔμελλε τις πλεῖν πλοῦν ἐπι-
[κινδυνώδη,
Καὶ δεδωκέτω χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου·
Ἐνταῦθα γὰρ ἀπαλλαγὰς ὁ δεδωκὼς τοῦ φόβου
Δεσπότης πάλιν πέφυκε τῶν γε δεδωρημένων
Ὁ δὴ λαβὼν τὴν δωρεὰν φυσικὴν νομὴν ἔχει.

Hæc vertit Bosquetus: *Si quis enim periculosam navigationem ingressurus metu mortis det pecunias, et dimittat res datas, qui metu donat dominus earum remanet, qui vero donum cepit naturalem possessionem consequitur*, sed pessime. Omnis oritur error ex corruptis versibus 549 et 550, quos ita restitue:

Καὶ δέδωκε τὰ χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου,
Ἐνταῦθα γὰρ ἀπαλλαγεὶς ὁ δεδωκὼς τοῦ φόβου.

atque ita sensus erit: Forte aliquis voluit ingredi periculosam navigationem, dedit vero alicui res mortis timore; si liberatus ab illo timore qui dedit, dominus rursus fit rerum donatarum, et ille qui accepit res donatas, naturalem illarum rerum possessionem habet. Hausta hæc videntur ex l, XXIX. D. *De donationibus mortis causa*, ubi Ulpianus, cessante periculo, ratione cujus quid datum, rei vindicationem concedendam esse existimat; *Basilica* in l. XXIX, mem. laborant: pro ἐγιανῇ quod sensum non habet lege ὑγιάνη quod vero infra vers. 1233 et seq. scribit Psellus,

Ὁ μόρτις καῦσα δωρεὰν πρός τινα πεπραγμένος
Ῥωσθεὶς ἀναλαμβάνεται τὸ δοθὲν παραυτίκα,
Μετὰ καρπῶν, καὶ τοκετῶν, καὶ τῶν ἐπηυξημένων.

Refer ad l. XII D. *De condictione causa data non secuta*, quo donatori condictio permittitur ad rem donatam cum fructibus, partu aliisque incrementis petendam. Videtur hac in re Sabinianorum et Proculianorum fuisse dissensus et utriusque scholæ sententiam deinde putat Cujacius conjunctam fuisse ad l. XXIII, D. *De mortis causa donat*; sed latius id forte alio tempore pertractabo

nunc aliud agitur. Glossæ Nomicæ in ἡ δονατζιόνιοος cl. Schultingio recte corruptæ videntur, et optime vir magnus conjecit verba μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωροώμενον loco suo plane dimota esse; ut tamen cohærere possint, forte et plura alia omissa dicenda sunt, et vide num totus locus sit ita legendus: Αἱ μὲν ἰντερβίβους ἤγουν ἐν ζωῇ ὥστε ἀπεντεῦθεν ἤδη ἔχειν τὸν λαβόντα μήτι καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον, aut, si minori molimine uti velis lege: Ἤγουν ἐν ζωῇ, ἀπεντεῦθεν ἤδη, μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον.

Vers. 555. Ἡ δὲ ἰνοφικίοσο ἡ διαθήκης μέμφις
Εἰσαγωγὴ πρὸς ἀγωγήν, οὐκ ἀγωγὴ τυγχάνει.

Pro μέμφις lege μέμψις, et quod ad rem attinet, nota Psellum hic cum illis facere, qui querelam inofficiosi testamenti distinguunt ab ipsa petitione hæreditatis, idem fere scribunt Glossæ Nomicæ in ἡ ἰνοφικίοσο, ubi in verbis οὐκ εστιν διαθήκης, ἀλλ' αἰτία ἐστὶν ἀγωγῶν, dele διαθήκης incuria librarii repetitum propter præcedentem ejusmodi vocem, aut, si id nolis, rescribe ἀγωγὴ κατὰ διαθήκης κατὰ enim hic omissum intelligere minus placet. Sequentia, καὶ ἀπόδειξις τοῦ δέοντος κινεῖν τὸν γραφέντα κληρονόμον, etiam non intelligo, nisi δεόντως rescribere velis, quod habet quoque Scholiast. *Basil.* tom. V, pag. 222, ubi eadem fere ad verbum cum Psello aliisque Græcis faciunt etiam plures jurisconsulti nostrorum temporum, quorum tamen sententia videtur minus verosimilis, ut optime Vinnius, Averanius, aliique ostenderunt. Concedimus Grævis scripturam testatoris esse causam hæreditatis, non hæreditatis petitionem; sed quid inde? Ergo, ut recte infertur ex dictis, testamentum inofficiosum est causa querelæ non ipsa querela, atque id omnes confitemur, ipsamque tamen querelam, esse petitionem hæreditatis ex causa inofficiosi testamenti summo jure existimamus; sed hæc alterius sunt loci.

Vers. 671. Ἑβδόμης ὥρας δ' ἄρχεται νυκτὸς καὶ μέχρι ἕκτης
Νυκτὸς τῆς ἄλλης ἀκριβῶς τὴν περαίωσιν ἔχει.

Vertit Bosquetus: *A septima noctis hora dies incipit, et usque ad sextam alterius noctis exacte transit*, adeoque putat hic Psellum in numero errare. Ego potius scripturæ vitium hic adesse putarem, atque id suadet etiam ipsa verborum constructio: quid enim ἄρχεται ἑβδόμης ὥρας? Vide igitur num legendum:

Ἕκτης ἡμέρα δ' ἄρχεται νυκτός, καὶ μέχρι ἕκτης, etc.

Adde l. VIII, D. *De feriis*; l. v, D. *Qui testamenta facere possunt*; Eustath. de temporum intervallis p. 209.

Vers. 734. Ταῖς μὲν θηλείαις δώδεκα εἰς ἐφηβίαν χρόνους·
Οἱ δὲ τεσσαρεσκαίδεκα τοῖς ἄῤῥεσι κριττίοι.

Aut χρόνοι videtur in versu 734 legendum, aut, pro δώδεκα δέδωκα, assignarat enim jam. 15 annos puellis vers. 730.

Vers. 792, Εἰ δ' ὄθαν ἐγέννησε παῖδας ἐν βίῳ δύο,
Οὐδ' ἑνὸς ἐμνημόνευσε ποιήσας διαθήκην,
Ἕκαστος ἕκτον λήψεται πραγμάτων τῶν πατρικῶν.

De Falcidia agens hæc scribit Psellus, sed in versione, a Bosqueto neglecta, cujus rei causam non video; versus 792 est corruptus; quid enim illa εἰδ' ὄθαν? tu rescribe ex Attaliat. *Synopsi* p. 33, εἰδ' ὁ θανών, etc. Attaliat. autem hinc redde duos versus 794 et 796 in vers, 797:

Δωδέκατον δ' εἰς τέσσαρες τυγχάνουσιν οἱ παῖδες,

Restitue δωδέκατον δ' εἰ τέσσαρες. Glossæ quoque Nomicæ, in voce Φαλκίδιος, laborant. Verba sunt: Φαλκίδιος λέγεται παρὰ τῶν νόμων (num νομικῶν) ὅταν ἐκ κοινοῦ τινος πράγματος εἰς ὃ μετέχουσι πολλοὶ μέρος τι τούτων, ἕκαστος τῶν μετοχόντων εἰς αὐτὸ δίδοται· ὃ συνήθειαν οἱ κοινοὶ ἔχουσι μερίδα καλεῖ. Cl. Schultingius hic ἑκάστῳ legi vult, atque ita quoque exstat apud Harmenop. p. 399, ubi omnia fere ad verbum; in sequentibus autem reponendum existimat, ὃ συνήθειαν οἱ κοινωνοὶ ἔχουσι μερίδα φαλκιδίαν καλεῖν; sed forte minus bene. Ὃν pro ὃ etiam Schol. Harmenop. hinc restituo, nec ad μέρος sed ad φαλκίδιος, puto referendum. Sequentium autem verborum videtur hic sensus esse, quod φαλκίδιον vocant Jurisconsulti, illud κοινῶς μερίδα appellari. An accurata sit hæc Falcidiæ descriptio nunc non quærimus. Cæterum apud Harmenop. quoque παρὰ τῷ νόμῳ tegitur, et, pro δίδοται, διδῶται.

Vers. 869. Ἑξαετοῦς οὐ γίνεται μνηστεία κατὰ νόμους,

Recte id scribitur a Psello; non enim minor debet esse sponsa quam septem annis, l. XIV, D. *De sponsalibus*. Eadem habet Attaliat. in *Synopsi* pag. 23, quem hinc restitue.

Vers. 874. Ἡ περὶ παρακαταθήκης τε καὶ ἁρπαγῆς βιαίας,

Corrige, ut versus sit 15 syllabarum,

Ἡ περὶ παραθήκης τε καὶ ἁρπαγῆς βιαίας,

ut supra versu 520, ubi malim quoque legi ἠδὲ δεποσίτης, et in vers. 522 pro τόκος et συγχήσεως τόκους et συγχρήσεως. Cæterum frequentissime alias depositum παρακαταθήκη dicitur, ut in l. XXXVII, § 5, D. *De leg.*, ubi quædam editiones male divisis vocibus παρὰ καταθήκην, fefellit forte quosdam, omissum εἰς ut ita sæpius apud Græcos εἰς παραθήκην, vel ἐν παραθήκῃ, vel παραθήκης λόγῳ λαμβάνειν.

Vers. 913. Εἰσὶ δ' ἕτερα δάνεια τῶν μεταγενεστέρων
Τὴν δύναμιν κινήσαντα τῆς προικὸς παραδόξως
Ὁποῖον τὸ διδόμενον ἀκοντισταῖς τοῖς πρώτοις
Καὶ τὸ προφάσει δανεισθὲν στρατείας κινουμένης.

Sequitur hic Psellus illorum sententiam, qui in concursu creditorum primum præ omnibus locum concedunt fisco ex causa primipilari, l. III, D. *De primipilo*: secundum ei qui in militiam emendam credidit; tertium denique uxori ratione rerum dotalium, Nov. 97, c. 4; nec desunt hodie qui idem cum Psello sentiunt; utrum bene an male hic non examinabo, id modo nunc monitum velim in vers. 914, pro κινήσαντα forte rescribendum esse νικήσαντα, ut ita νικᾷν sæpius a nostris usurpatur et a Psello vers. 919 seq. Præterea in versu 916 nescio qui velit στρατείας κινουμένης, tu vide num ὠνουμένης sit legendum. Quid δάνειον et quomodo aliquando differat a voce χρέος, aliquando autem eodem comprehendatur, *vid.* Glossæ Nomicæ in χρέος, ubi verba καὶ τὸ ἀπὸ λεγάτου καὶ ἀπὸ διαθήκης mihi corrupta videntur, quod enim ex causa legati illud ex testamento deberi certissimum: habet tamen et Harmenopul. pag. 236, ἀπὸ διαθήκης, sed nihilominus utroque loco legi malim, pro ἀπὸ διαθήκης ἀπὸ καταδίκης ex Attaliat. *Synopsi* p. 18. Cæterum huc refer l. x et XI, D. *De V. signification.* Ex quarum posteriore Schulting., ad vocem δανειστής pro χρεώμενος, recte χρεωστούμενος legit, ut quoque apud Psellum legitur vers. 890:

Πᾶς γὰρ ὁ χρεωστούμενος ἐξ οἱασοῦν αἰτίας
Ἐκ νόμου δανειστής ἐστι τοῦ κεχρωστημένου.

Vers. 922. Καὶ ὅσοι κατεκρίθησαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις,
Ὡς συκοφάνται μὲν μοιχοὶ ἢ κλοπὴν εἰργασμένον.

Referuntur hi a Psello inter testes qui a testimonio omnino arcentur, adeoque cum illis sentire videtur qui infamibus in genere testandi denegant facultatem, quod tamen falsissimum esse putant Duarenus, Donellus, aliique magni nominis jurisconsulti, arg. l. III, § 5, l. XIII. D. *De testibus*, De

adulterii damnato agit l. XIV, D. *De testibus*, ad quam *Basil.* Scholiastes p. 553, notat intelligendam esse de damnato, cujus verba, cum corrupta putem, ascribam et emendabo: Οὐχ ἀμφιβαλλόμενος ἀλλ' ὁ πρὸς τῆς ὑπογραφῆς καὶ μαρτυρίας κατηγορηθεὶς καὶ καταδικασθείς · quæ vertit Fabrottus, *Non de quo dubitetur, sed qui accusatore subscribente in crimen et testibus datis accusatus et damnatus:* sed nihil minus voluit dicere Scholiastes. Fefellit Fabrottum corruptum πρός· quod muta in πρό, atque ita sensus verborum erit. Non de quo dubitetur, sed qui antequam subscripserit nomen testamento et testis officio functis, fuerit accusatus et damnatus. Certissimam hanc emendationem dices si cogites in l. XIV memorata quæsitum fuisse an adulterii damnatus possit esse testis in testamento. Πρός et πρό sæpissime inter se commutata esse omnes norunt.

Vers. 924. Οὐκ ἔστι μάρτυς ἄνηβος οὐδὲ τῶν γυναικῶν τις
Εἰ δ'ἔ στι τὸ γενόμενον μὴ δυνάμενον θέαν
Ἀνδρικὸν καταδέξασθαι γυναῖκες μαρτυροῦσιν·

Secundum jus civile hæc falsa sunt, extra testamentum enim et codicillos forte, mulieres dibendi testimonii jus habere patet ex l. XVIII, D. *De testibus*. Leonis autem Novella 48 mulieres remotas esse a testimonii dictione constat, ad quam igitur hic respicitur; adduxit illam quoque Schol. *Basil.* ad tit. *De testibus* p. 545 et 557, in quo posteriore loco corrupta verba, Ἐπὶ δὲ τοκετῶν καὶ εἴ τι ἕτερόν ἐστιν ὃ μόνην θηλέω ὄψις ὁρᾷ corrige et lege ὃ μόνη θηλείων ὄψις ὁρᾷ. Eadem docet Attaliat. in *Synopsi* p. 15, καὶ παῖδες κατὰ γονέων μαρτυρεῖν κωλύονται καὶ γονεῖς κατὰ παίδων, καὶ γυναῖκες πλὴν βαλανείου καὶ λογείας ἔνθα ἄνδρες εἰσελθεῖν οὐ δύνανται. In verbis πλὴν βαλανείου καὶ λογείας, videtur latere vitium. Leunclavius legit πλὴν βαλανείου καὶ ἐν τόποις, male; tu lege πλὴν βαλανείου καὶ λοχείας; apud Harmenop. hinc, pro βία, recte θέα legendum esse monstrat Bosquet. ad hunc locum.

Vers. 927. Καὶ δοῦλος ἔτι μαρτυρεῖ ἐν σπάνῃ τῶν μαρτύρων.

Res vera est, ut constat ex l. VII, D. *De testibus:* sed quid hic ἐν σπάνῃ ? tu lege ἐν σκάνει, facillima mutatione; η enim et ει sæpissime confunduntur

Vers. 936. Τοῦ δ' ἄλλους ἀναγκάσειας μαρτυρεῖν ἀκουσίως,
Καὶ μᾶλλον εἰ τυγχάνων τις τῶν καταδεεστέρων
Πρὸς ἄνδρα δίκην ἔλαχε τῶν ἐπὶ δυναστείαις,
Κἀντεῦθεν ὑποκλάζουσι τῷ φόβῳ τοῦ δυνάστου
Καὶ τοῦ πένητος οἱ μάρτυρες, τότε γὰρ καὶ πρὸς βίαν
Εἰς μαρτυρίαν ἕλκοντα καὶ τ' ἀληθὲς τιθέναι.

In versu 933 lege τοὺς δ' ἄλλους, et in vers. 937 lege τοῦ πένητος, deleto καί. Sed quid in vers. 936 ὑποκλάζουσι notat? Habet idem Attaliat. *Synopsis* p. 15. Bosquetus corrigit ὑποσχολάζουσι· quod tamen minus placet. Legendum forte ὑποσκάζουσι, atque ita fidem vacillantem l. I, pr. D. *De testibus*, Schol. ad illum locum vertit σκάζουσαν πίστιν· locum integrum ascribam cum corruptus videtur, τῶν μαρτύρων ἡ χρῆσις συνεχής τε καὶ ἀναγκαῖα τὴν ἐξ Ἑλλήνων μάλιστα, χρὴ δὲ προσλαμβάνεσθαι καὶ ἀπαιτεῖν μάρτυρας ὧν οὐκ ἔστι σκάζουσαν τὴν εὑρεῖν ἤτοι τὴν μαρτυρίαν. Nescio quid hic illa ἐξ Ἑλλήνων μάλιστα, adeoque vide num rescribendum ἐξ ἀῤῥένων μάλιστα. Mulieres enim testes esse prohibebantur. Nov. 48 Leonis supra memorata. Cæterum quæ Psellus hic docet, habet quoque Schol. *Basil.* ad tit *De testibus* pag. 574, ubi, quod hic ὑποσκάζειν esse puto, significatur per ἀναποδίζειν.

Vers. 942. Ἐπὶ δὲ καταθέσεως πέντε μάρτυρας δέχου.
Τὰς δὲ γ' ἐκ τοῦ παρήκοντος ἀθέτει μαρτυρίας.

Vertit hæc Bosquetus: ***Super deposito quinque testes exhibeto testimonia vero convenienter rejiciuntur.*** pessime Κατάθεσις in Novellis aliisque Græcis est confessio, cautio, depositio, atque hic quoque significat confessionem debitoris, qui si sine scriptura confiteatur debitum, confessio nullius momenti habetur, nisi quinque testibus specialiter rogatis ut confessioni interesse velint, confirmari possit, adeoque sensus erit verborum vers. 942. Super confessione debitoris adhibe quinque testes, sequentem autem verte, In transitu, aut, a transeunte sumpta testimonia rejice, atque ita omnia conveniunt verbis et sententiæ Nov. 90, c. 2 et 3 apud quem, pro ἀκούσει, ἀκούσοι et ὀφείλειν τῷδε ex Nov. memorata legendum esse vix opus est ut moneatur. Cæterum ex Novellæ ejusdem c. 2 explicandi quoque versus sequentes.

Vers. 948. Εἰ μήγε πέντε μάρτυρες εἴποιεῖν παραχθέντες.
Ὡς γέγονεν ἀπόδειξις τοῦ κεχρεωστημένου.
Ἢ τούτων κατ' ἐνώπιον ὁ δανειστὴς ἐξείποι
Ἀπολαβεῖν τὸ ἴδιον χρέος ἐκ τοῦ χρεώστου.

Bosquetus vertit: ***Nisi quinque testes producti dixerint securitatem debitori fuisse conscriptam et ipsis præsentibus dixisse creditorem se a debitore proprium debitum accipere***: male; nec sufficiunt quinque testes a debitore producti, sed longe plura præter numerum requiruntur ut inspicienti Novellam patebit: verto igitur, Nisi quinque testes dicant se accersitos fuisse cum apocha fieret, aut Nisi coram illis creditor dixerit accepisse se debitum a debitore. Idem fere dicit Harmen. l. I, tit. 6, n, 3: Οἱ μαρτυροῦντες ἐπὶ χρεῶν ἐγγράφων εἰπάτωσαν ὡς τῇ καταβολῇ παρῆσαν ἢ ἐκ' αὐτοῖς νομίμως κατέθετο ἐπὶ τούτῳ μόνῳ προσκληθέντες δηλονότι, ἐὰν ὦσι πέντε τὸν ἀριθμόν. Vertuntur hæc, Qui de perscriptis debitis testimonium ferunt dicant se solutioni interfuisse, aut legitime alioqui ipsis debitis esse satisfactum, etc.: quæ posteriora minus Græco textui convenire videntur. Tu verte, Dicant se solutioni interfuisse, aut coram illis creditorem legitime confessum fuisse sibi solutionem esse factam, et si κατέθετο passive sumi nolis, κατετίθετο forte legendum.

Vers. 996. Οὐκ οὖν τὴν κομβεντίονα εἰς τρία ταῦτα τέμνε
Πουβλίκαν λεγίτιμάν τε καὶ τὴν ἰουρισγεντίαν

Bosquetus in vers. 997 delet οὐκ. et dicit manifeste abundare, sed male, adesse debet, et cum οὖν jungendum. Postulat id meri ratio et quis nescit οὐκοῦν igitur significare. Atque ita recte ex præcedentibus hic colligit Psellus, conventionis, cum in privatam dividatur et publicam, privata autem sit legitima vel juris gentium tres species optime constitui publicam legitimam et juris gentium.

Vers. 1250. Τὸν γάμον ἡ διάθεσις τελεῖ ἢ ἀμοιβαία,
Προσθήκης γὰρ οὐ δέεται προικώων συμβολαίων,
Εἰ μὴ πρωτοσπαθάριος, ἢ πλέον τις τυγχάνει.

Miror hunc locum a Bosqueto inemendatum relictum: tu corrige et lege: Προσθήκης γὰρ οὐ δέεται προικώων συμβολαίων, atque hinc corrige Attaliat. in *Synopsi* p. 23, ubi pro τῶν γάμων ἡ ἀθέτησις τελεῖ ἀμοιβαία, restitue τὸν γάμον ἡ διάθεσις, etc. Dunt autem hausta hæc ex Novella 22, c. 3, et 117, c. 4. Verba Nov, 22, c. 3, referuntur in *Basilicis* tom, IV, p. 255 ubi quod additum ἀεὶ haustum est ex Nov. 117, c. 4. Eadem fere retulit Psellus supra vers. 375 et 376.

Γάμος δ' ἐκ διαθέσεως συνίσταται καὶ μόνης,
Κἂν μὴ προβῶσι γαμικὰ συμβόλαια πρὸς ταύτης,
rescribe, πρὸ ταύτης

Vers. 1266. Τῶν ἀναγκαίων πέφυκεν ὁ μόλος τῆς θαλάσσης,

Ποιῆσαί τε νεόφυτα ἄμπελόν τε καὶ δένδρα,
Ἐπί τε χρησιμότητι ἀγροῦ σπερματοθήκας.

Vid. l. I et III, *De impensis* in res dotales factis unde forte hic, pro ἄμπελον legendum ἀμπέλων.

Vers. 1269. Διακέρδα ¡τὰ πράττοντα βελτίονα τὸν [προῖκα,
Ὁποῖεν τὸν νεόφυτον ἢ τὸ ἀρτοκοπεῖον,
Ἃ προῖκα οὐ μειοῦσι μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπαιτοῦνται,
Περὶ τὰ δαπανήματα τὰ τέρψιν ἐμποιοῦντα.

Vertit Bosquetus : *Utiles meliorem dotem faciunt, quales sunt Novellata et pistrinum, quæ dotem quidem non minuunt, tamen repetuntur : idem circa voluptuarias.* Sed posteriora sunt falsissima, constat enim maritum non repetere impensas voluptuarias. sed tollere tantum quod factum est, quatenus id fieri possit sine rei detrimento l. IX et XI pr , D. *De impensis in res dotales factis*. quare et Bosquetus suspicatus laborare vers. 1272, nihil tamen attulit quo restituatur ; tu rescribe ex l. VII, D. tit mem. Περιττὰ pro περὶ τά, in versu autem 1269, pro διακέρδα, διὰ κέρδη, ex l. V, § 2, D. eod., ut διὰ κέρδος, l. I, D. eod., quæ alibi ἐπωφελῆ dicuntur.

Vers. 1273. Μηδεὶς κατὰ τῆς γυναικὸς κλοπῆς κινείτω δίκην,
Ἀφαίρεσιν, κινείτω δὲ τῶν κλαπέντων πραγμάτων.

Vertit Bosquetus : *Nemo contra uxorem furti actionem moveat, sed rerum amotarum ;* ego posteriora veterum potius. Sed condictionem moveat rerum furto ablatarum : actio enim rerum amotarum non semper locum habet, sed tunc demum cum divortii causa res subrepta fuerit et divortium secutum l. XXV, D. *De actione rerum amotarum :* quod docet quoque Schol. *Bas.* ad h. t. p. 438 in fine et in initio sequentis p. 439, ubi in verbis, Δύναται κατὰ τὴν ῥέρουμ ἀμοτάρουμ ἔχων κατ' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ καὶ κονδικτίκιον facile vides κατά in καὶ esse mutandum, quæ sæpius inter se sunt confusa : et in sequentibus ἄρχεται μὲν ἡ ῥέρουμ ἀμοτάρουμ, τὸν δὲ κονδικτίκιον δύναται κινεῖν κατ' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ ἄρχεται, quoque vitiosum ; rescribe εἴργεται, vel. quod malim, ἀργεῖ; cæterum in Psello nescio num bene se habeant ἀφαίρεσιν κινείτω· mallem ἀπαίτησιν κινείτω, atque eodem modo in Glossis Numicis in κονδικτίτζιος ῥέρουμ ἀμοτάρουμ, pro ἤγουν ἀφαίρεσις legerem ἀπαίτησις ; ἀφαίρεσις est ablatio ; ἀπαίτησις, repetitio ablati, ut ita sæpius κονδιατίτζεος per ἀπαίτησιν πράγματος explicatur in iisdem Glossis, et ἀπαίτησιν κινεῖν condicere in l. XXIV, D. h. t., ubi vide num, pro τοῦ τιμήματος, sit τοῦ πράγματος legendum, cum conditio rei amotæ hoc in casu vel vindicatio ut in Pandectis legitur, a viro institui possit. Ipsa porro actio rerum amotarum plerumque dicitur ἡ περὶ ἀφαιρέσεως vel ὑφαιρέσεως πραγμάτων ἀγωγή, de eadem egit Psellus supra vers. 619 et seqq. :

Ὁ ῥέρουμ ἀμοτάρουμ δὲ κονδικτίκιος λόγος·
Ἁρμόζει δὲ καὶ γυναιξὶ κατὰ τῶν συνοικούντων,
Ἀνδρί τε κατὰ γυναικὸς κλέψαντος ἢ κλεψάσης,

ubi forte pro κλέψαντος, κλεψάντων, cum ad συνοικούντων referendum, legi debet.

Vers. 1342. Οἷς μέλη περισσεύουσι παῖδες εἰσὶν [εἰκότως.

Vertit Bosquetus : *Illi quibus partes abundant recte filii sunt.* Quod nec Græcis verbis convenit, nec quid significet intelligo : non capio etiam quæ in notis scribit : *Psellum autem* vers. 1342 *ita accipe ut velit, liberis solis nullo admisso neque etiam ascendentibus vel his omnes hæreditatis partes sine divisione abundare et superesse.* Tu verte ex l. XIV, D. *De statu hominum*, quibus membra abundant recte liberi sunt, atque, ut vides, res est notissima.

Hæc pro instituti ratione sufficere visum fuit. Cæterum si quid habeant eruditi, aut in bibliotheca quadam superesse resciverint, quod facere possit ad ornandam Pselli editionem, ut id mecum communicare velint majorem in modum rogo. Atque hæc causa quoque cur nomen, quod alio tempore latere malui, specimini huic præponere non dubitabam.

ADDENDÆ VARIÆ LECTIONES.

(Ex codice P. Sirmondi.)

—

Vers. 18. Schol. : Τῶν γὰρ Διγέστων μέρη τὰ πρώτιστα, πρώτην τῶν πρώτων τὴν προσηγορίαν εἰσδέχεσθαι, ἅτε σύνθεσίς τις πεφυκυῖα τετράβιβλος περὶ συναλλαγμάτων, δι' ὧν τί συνίσταται ἡμέτερον τὸ πᾶν διαλέγεται.

Vers. 26. Καθάπερ εἴ τις ὀμφαλὸς τῶν ὅλων συνταγμάτων, Schol. : Ὥσπερ ἐῤῥωμένη μέση στιγμὴ τῶν παρ' αὐτῇ μὲν ἐλισσομένων κύκλων εἰς σταθηρότητα μεσότητος παραγίνεσθαι, τῶν δὲ ἑτέρων κύκλων τῶν ἔξωθεν περιτιθεμένων, οἷόν τι κέντρον καὶ πηδάλιον ἐπινενόηται, ἐν ᾧ οἱ ἔξωθεν κύκλοι τὴν συστροφὴν καὶ κυβέρνησιν κέκτηνται, οὕτω καὶ τῶν Διγέστων μέρος τὸ τέταρτον, καθάπερ τις ὀμφαλὸς πέφυκε, καὶ τῶν προλεχθέντων καὶ λεχθησομένων αὐτων μάλιστα. Ὡς γὰρ τῷ ὀμφαλῷ τὰ ἐντόσθια πάντα κεκράτηνται, καὶ οὐκ ἐῶνται ἀναμοχλεύεσθαι, οὕτω καὶ τὸ τέταρτον μέρος τῶν Διγέστων πέφυκε, καθάπερ τις ὀμφαλὸς τῶν νομικῶν διατάξεων. Καὶ γὰρ αἱ ἕτεραι καὶ παντοδαπαὶ συντάξεις, εἰ τάχα ἐπὶ τὸ εἰπεῖν τι παραγίνονται, ἀλλ' οὖν ἀποστῆναι τούτων οὐ δύνανται, etc.

Vers. 40. Μετὰ δὲ τὴν ὀκτώτομον. Schol. : Φησί, Μετὰ τὴν ὀκτωτόμον, τοῦτ' ἔστι, μετὰ τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τὴν ὄγδοον τῶν τοῦ Πανδέκτου μερῶν ἥτις ὄγδοος οὖσα ἀπὸ τοῦ πρώτου μέρους τῶν Διγέστων μέχρις αὐτῆς οὕτως ἐπιγινώσκεται.

Vers. 43. Μέρος ἕτερον αἱ Νεαραί. Vers. 44. Συνοπτικώτατον. Vers. 45. Ἐξηκοντάτιτλον πάντας τοὺς νόμους ἔχει. Vers. 50. Οἷον πυλὶς τῶν νόμωτ. Vers. 53. Τὴν ἀρχαιογονίαν. Vers. 61. Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαιτο τοῦτο δή. Vers. 63. Τὰς τροπὰς καὶ τούς, ut et vers. 65. Vers. 67. Κοινὴ συνθήκη. Vers. 68. Κώλυσιν. Vers. 75. Τὸ γὰρ λοιπὸν τὸ φυσικὸν τὸ ἐθνικὸν τυγχάνει. Vers. 76. Τὸ μὲν γὰρ τούτων φυσικὸν τρίτον τοῦ νόμου μέρος. Vers. 80. Οὐ τοῦδε καὶ τοιοῦδε. Vers. 82. Φύσεις συνάλλ. Vers. 88. Ὃ πάλιν. Vers. 90. Τοῦ βασιλέως δόγματα. Vers. 95. Ἡ ῥὲ, βέρβις, καὶ λίτερις, τέταρτον ἡ κονσέσο. Desunt deinde versus 96, 97, usque ad 105.

Vers. 107. Ἑκάστη ἡ δὲ τῶν ἐνοχῶν ἀγωγάς. Vers. 109. Πρός τινα. Vers. 112. Ἥτις βιαίων. Vers. 117. Ὡς ἤρεσε τοῖς πλείστοις. Vers. 121, Ἑκάστας. Vers. 122 Ἀσυγχύτως. Vers. 129. Ἐρεδιτάτης ἣν φασι πετίτζιο Λατῖνοι. Vers. 132. Τῆς ῥὲ ὁ Κονδικτίκιος, ἡ ἰν ῥὲμ ἡ καθόλου. Vers. 133. Ἤτοι ἐπαγγελίαι. Vers.

135. Τρίχειν. Vers. 136. Πρὸς τούτοις, et, οὗτοι δύο· Vers. 138. Ἢ δήλων ἢ ἀδήλων. Vers. 141. Ὁ κέρτοῖ ἤτοι φανερῶς, ἰνκέρτοι κεκρυμμένως. 146. Schol. : Πάλιν φημὶ σὺν τούτοις· Ἔστι καὶ ἀγωγὴ ἡ λεγομένη πρεγατορία, ἥτις εὐλόγως καὶ προσηκόντως ἐπερωτᾷ τὸν μέλλοντα ὑπεισελθεῖν τὴν κληρονομίαν, πόσον μέρος ἀπαιτεῖ τῆς κληρονομίας, πρεγατορία δὲ λέγεται Ἑλληνικῶς καθαρτική, καθαίρει γὰρ καὶ φωτίζει τοὺς λόγους τοῦ ἐνάγοντος. 153. Ἔχει. 163. Ἥτις περί. 163. Ἄλλως.

Vers. 166. Μὴ γινώσκοντος. 168. Ἔοικε συναλλάγματι. deest vers. 173. Vers. 175. Τὸ δὲ κώλεγατ. Vers. 177. Τῷ ὡσανεί. Vers. 178. Πάλιν πλημμελημάνων. Vers. 181. Αἱ μέν εἰσι πραγματικαί, αἱ δὲ κατὰ προσώπων. 185. Τινές τε ἄλλαι ἀγωγαὶ καί τινες τῶν ἰνφάκτουμ. Et reliqui inversi sunt. 197. Οὐ μέλλει. 204. Σφαλείς. Versum 212 sequitur hic versus : Δικαιοσύνη ἐστὶ διαιρεσις τοῦ δικαίου ὡς λέλεκται· quem non esse Pselli numerus demonstrat, forte scholiastæ.

Vers. 215. Οὐ σθένει τις. Vers. 221. Πρὸς αὐτόν. 225. Οὐδὲ πιπράσκειν δύναται χωρὶς τῶν ἐπιτρόπων. 228. Καὶ υἱός, etc., omissis 231, 232. Deest 235 ? Vers. 236. Διαδοχῆς οὐκ ἔχουσι δίκαιον ὁλόκληρον. Vers. 245. Ἔκστασις προβάσα διαθήκην. Vers. 246. Οὐδέ τις ἐμαγκιπ.

Vers. 249. Interpretare : *Servus hæres potest quodcunque testator potuit;* explicat Schol. : Ἄνω μὲν εἴρηκεν ἄδειαν ἔχειν ἅπαντα τὸν βουλόμενον ἐνιστᾷν κληρονόμον τὸν οἰκεῖον δοῦλον, νῦν δέ φησι τὸν καταληφθέντα δοῦλον κληρονόμον, ἐκείνην ἔχειν πᾶσαν τὴν ἄδειαν ἐπὶ τὸ ζητῆσαι τὰ τῇ κληρονομίᾳ ἁρμόζοντα, οἵαν καὶ αὐτὸς ὁ διατιθέμενος κέκτηται.

Vers. 253. Τῶν ἑαυτοῦ. Vers. 260, υἱοθετήσας τις καλῶς τῶν ἑαυτοῦ. Vers. 265. ἥβης μόνης. 279, ἢ ἄλλῳ, 282, οὐδεὶς ὑποκαθίστησι. Versum 289, sequuntur 293, 294 ad 295. Vers. 291, λεγάτων ἀπαιτῶν. Vers. 292, φασὶ τοὺς κωδικέλλους. Vers. 300, εἰς τὰ τοῦ τέκνου. Vers. 304, ἀπούσης διακατοχῆς. 322, ἀδικούσης. 323, ἀγνώμων ἀντιδικῶν. 327, εἰ δ' ἄπορος. 328, ἅπας φονεύς. 332, οἱ ἴδικοὶ τῶν γενικῶν, 339, Νέος ἀποκαθίσταται ἀβλαβὴς κατὰ νόμους.

Vers. 342. Μητρὸς καὶ παίδων μεταξύ. Versum 344 sequitur versus 382, τόκος, omissis aliis. Vers. 386, φυλαττομένων. 397, μοιχευθείσης. 403, οἱ παῖδες δὲ τὸ δίμοιρον. 415, ἐν δικαστηρίοις. 417, ἄρχων προδιδότω. 420, εἴκοσι λαμβανέτω. 426. τοῦ ῥέου· 427. ἀπαιτήσει. 430, ὡς δὲ καὶ ἄπορος et θάνη. 431, τῶν ἐκείνου κτημάτων. 445, περὶ συγχωρήσεως. 446, τὰ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῶν ἐν τῇ Σικ. 450, εὔχρηστα. 464, Ἰταλικοὺς τὴν νοθ. 468, σύγγονοί τε πρὸς τοῦτ. 469, λέγοις. 487, ἀτιμοῖ. Vers. 496, τὸ προτεθέν. 504, ἄλλον. Versus ultimus est : Εἴσπραττει μόνον τὸ ἁπλοῦν οὐδὲ ζητῶντι πλέον. Lege ζητεῖ.

Adde vers. 671, Harmenop. legisse ἑβδόμην.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΜΑΘΗΤΑΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΤΩΝ ΔΙΚΩΝ

—

EJUSDEM

AD DISCIPULOS DE ACTIONUM NOMINIBUS.

—

1. Cum viderim nonnullos ex vobis nomina legum quæ apud Græcos et Romanos exsistunt sciendi cupidos esse, quæ tanquam canones sunt politicis singulatim propositis, censui me de iis pauca disserere debere. In his vobis obediens, nec commiscere eas volui neque projicere promiscue, sed a primis ad secundas ordine procedere. Atticas leges præordinavi, post quas Romanas componam, non de earum latitudine disserens, sed potius de propositis nominibus quæ plerisque incerta sunt. Etsi enim Græcæ Atticis nominibus designatæ sint, tamen nisi quis earum per etymologias sensum explicaverit et propositionis causam direxerit, nunquam legentibus bene nota fient. Imitatur enim quodammodo politica ratio rudimenta disciplinarum. Quemadmodum enim apud eas sunt summæ et ultimæ chordæ, et cubi et gradus, duodecim laterum figuræ et viginti laterum, sphæræ et diametri quæ non facile aliquis noverit, nisi magistri lingua usus sit, ita et in politicis

A α'. Ὁρῶν ὑμῶν ἐνίους τὰ τῶν παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις δικῶν ὀνόματα περὶ πολλοῦ ποιουμένους εἰδέναι, ἃ δὴ καθαπερεὶ κανόνες ἑστᾶσι ταῖς κατὰ μέρος πολιτικαῖς ὑποθέσεσιν, ᾠήθην δεῖν περὶ αὐτῶν μετρίως εἰπεῖν. Κἂν τούτοις ὑμῖν χαριζόμενος, ἅμα δὲ συγχεῖν μὴ βουλόμενος μηδὲ παραβαλεῖν ἀμιγῆ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπὶ τοὺς δευτέρους καθεξῆς ἰέναι, διὰ ταῦτα δὴ τὰ Ἀττικὰ προέταξα νόμιμα, μεθ' ἃ δὴ καὶ τὰ Ῥωμαίων συνθήσομαι· οὐ περὶ τοῦ πλάτους αὐτῶν μακρολογεῖν ἑλόμενος, ἀλλὰ περὶ τῶν ὑποκειμένων ὀνομάτων, ἐπεὶ μηδὲ τοῖς πλείοσι δῆλα καθέστηκεν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ Ἑλληνικὰ Ἑλληνικαῖς εἴρηνται λέξεσιν, ἀλλ' εἰ μή τις αὐτῶν δι' ἐτυμολογίας, ἐν οἷς ἐγχωρεῖ, ἀναπτύξει τὸν νοῦν καὶ τὴν αἰτίαν ἐρεῖ τῆς θέσεως, οὐκ ἄν ποτε τοῖς ἀναγινώσκουσιν εὔγνωστα γένοιτο. Μεμίμηται γάρ
C Facultatum animæ aliæ sine ratione, aliæ cum ratione sunt. Harum aliæ vitales et appetentes, aliæ cognoscentes sunt. Similiter quoque dividuntur, quæ sine ratione sunt. Rursus trifariam dispertiuntur quæ cum ratione sunt et cognoscentes, in opinionem, intellectum, et mentem. Opinio igitur universe in iis versatur quæ sensu percipiuntur : novit enim omne album, visum discernere, et omnem hominem bipedem esse; eorum præterea, quæ sub intellectionem cadunt, conclusiones, sed sine ratione novit; puta animam immortalem esse scit,

(*) De hoc libro, quem mss. Psello vindicant, vide Leonem Allatium supra col. 504, num. XLII.

sed cur sit immortalis, nescit, adeo ut sub opinionem veniant omnia quæ sensu percipiuntur, et conclusiones eorum quæ intellectu capiuntur, horumque cognitio opinio est: cur enim sit anima immortalis, ignorat opinio; hoc enim intellectus est opus. Quare opinionem præclare in Sophista Plato definit, cum intellectus terminum appellat. Intellectu enim concludente immortalem esse animam, solam conclusionem facultas novit. Intellectus autem est, viam veluti quamdam conficere, a propositionibus ad conclusionem transgrediendo, unde et nomen traxit: atque hoc est intellectus opus; mentis vero, simplici aggressione et impressione, melius quam per demonstrationem, ad rem accedere: quomodo et sensus, qui si in album forte, vel in hanc figuram inciderit, melius eam quam demonstratione percipit: non enim ad hanc cognitionem ratiocinatione habet opus; mentis vero actio in illis est, quibus ad summam puritatem et scientiam pervenire datum est, qui per expurgantes virtutes, sine specie objecta, et sine sensu agere consuerunt. Est enim mens veluti habitus animi perfectissimus. In rebus igitur quæ mente perspiciuntur, mens occupatur: intellectus in iis, quæ cogitando assequimur: opinio demum in iis quæ sub opinationem cadunt. Harum autem potestatum principem locum mens obtinet, postremum opinio, medium intellectus, menti nostræ intime familiaris, quippe qui medium ubique locum tenet: et per hunc, intellectum dico, ad eorum contemplationem, quæ mente percipiuntur, animus noster evehitur, quæ ejus absolutio et perfectio est. Cum enim hic, rebus iis quæ sensui subjiciuntur, socius et quasi gentilis sit; propter sensuum consuetudinem, ad speculationem eorum, quæ mente intelliguntur, et materia carent, attollere seipsum non potest. Sed et illa, corpora putat, et molem habere, et quæcunque sensibus se offerunt, in illis esse sibi fingit: quemadmodum et Plato in *Phædone*, hanc unam esse rem in nobis difficillimam affirmat, quod cum a corporis avocamentis paulum conquieverimus, et rerum divinarum meditationi nos adjungere voluerimus, a sensibus profecta impulsio interpellat ac perturbat, et cogitationi nostræ objicit, Deum esse corpus, magnitudine et figura præditum, neque nos a corpore et figura Deum penitus secernere cogitando permittit. Eam ob rem opus est, animum ad suam ipsius perfectionem tendentem, primum agere intellectu, qui in rebus quodammodo intermediis versatur. Talia vero sunt, quæ intellectu complectimur, qualis est animus noster ejusque contemplatio; tum et res mathematicæ, quæ sine materia quidem sunt, sed non exsistunt, ut illis consuefactus circa materiam agat ad ea quæ a materia penitus segregari possunt, via sensimque progressus, ad Deum dico, se recipiat. Unde et Plotinus, *Per res*, inquit, *mathematicas, ad consuetudinem ejus, quæ sine corpore est, naturæ, juvenes deducantur*. At si quando intellectus ratiocinatur, de iis

A τοῖς αἰσθητοῖς καθόλου, καὶ τῶν διανοητῶν τὰ συμπεράσματα, καὶ τούτων ἐστὶν ἡ δόξα γνῶσις. Διὰ τί δὲ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, οὐκέτι οἶδεν ἡ δόξα· διανοίας γὰρ ἔργον ἐστὶ τοῦτο. Ὅθεν καὶ καλῶς ὁρίζεται τὴν δόξαν Πλάτων ἐν τῷ Σοφιστῇ, διανοίας λέγων ἀποτελεύτησιν. Τῆς γὰρ διανοίας συλλογιοαμένης ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, τὸ συμπέρασμα μόνον οἶδεν ἡ δύναμις. Διανοίας δέ ἐστι τὸ οἷον ὁδόν τινα διανύειν, μεταβαίνουσαν ἀπὸ προτάσεων εἰς συμπέρασμα, ἐξ οὗ καὶ τὴν κλῆσιν εἵλκυσε. Καὶ τῆς μὲν διανοίας ἔργον τοῦτο. Τοῦ δὲ νοῦ ἔργον ἁπλαῖς προσβολαῖς, καὶ κρεῖττον ἢ κατὰ ἀπόδειξιν, ἐπιβάλλειν τοῖς πράγμασιν, ὥσπερ ἡ αἴσθησις. Προσλαβοῦσα τυχὸν τὸ λευκὸν ἢ τόδε τὸ σχῆμά τι κρεῖττον, ἢ κατὰ ἀπόδειξιν, αὐτοῦ τὴν γνῶσιν ἔσχεν. Οὐ γὰρ δεῖται πρὸς B ταύτην συλλογισμοῦ· ἡ δέ γε τοῦ νοῦ ἐνέργεια, ἐκείνοις παραγίνεται, οἷς εἰς ἄκρον καθάρσεως καὶ ἐπιστήμης γέγονεν ἀφικέσθαι· καὶ διὰ τῶν καθαρτικῶν ἀρετῶν ἀφαντάστως, καὶ δίχα αἰσθήσεως ἐνεργεῖν συνειθισμένοις. Ἔστι γὰρ ὁ νοῦς, οἷον ἕξις τῆς ψυχῆς τελειοτάτη. Καταγίνεται τοίνυν ὁ μὲν νοῦς περὶ τὰ νοητά. ἡ δὲ διάνοια περὶ τὰ διανοητά· ἡ δὲ δόξα περὶ τὰ δοξαστά. Τούτων δὲ τῶν δυνάμεων πρώτην μὲν ἐπέχει ταξιν ὁ νοῦς· ἐσχάτην δὲ ἡ δόξα· μέσην δὲ ἡ διάνοια, ἥ τις καὶ προσῳκείωται τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, ἐπειδὴ καὶ αὐτὴ τὴν μέσην τὴν ἐν τῷ παντὶ τάξιν ἔχει. Καὶ διὰ ταύτης λέγω τῆς διανοίας ἀνάγεται ἡ ἡμετέρα ψυχὴ ἐπὶ τὴν τῶν νοητῶν θεωρίαν, ἥ τις ἐστὶ τελειότης τῆς ψυχῆς. Ἐπειδὴ γὰρ σύντροφός τε καὶ σύμφυλος τοῖς αἰσθητοῖς ἡ ψυχὴ ἡ ἡμετέρα, ἀδυνατεῖ διὰ τὸν συνεθισμὸν τῶν αἰσθή- C σεων, ἐπὶ τὴν θεωρίαν τῶν νοητῶν καὶ ἀΰλων ἀνάγειν αὐτήν. Ἀλλὰ νομίζει κἀκεῖνα σώματα καὶ μεγέθη ἔχειν, καὶ ὅσα ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν, κἀκεῖ φαντάζεται· ὡς καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι λέγει, ὅτι τοῦτ' ἔστι τὸ χαλεπώτατον τῶν ἐν ἡμῖν, ὅτι ὅταν καὶ σχολὴν ἀπὸ τῶν περιολκῶν τοῦ σώματος μικρὸν ἀγάγωμεν, καὶ θελήσωμεν τῇ θεωρίᾳ τῶν θείων σχολάσαι, καὶ παρεμπίπτουσα ἡ φαντασία, θόρυβον ἡμῖν κινεῖ, ὑπονοεῖν διδοῦσα, ὅτι σῶμά ἐστι τὸ θεῖον, καὶ μέγεθος ἔχει καὶ σχῆμα, καὶ οὐκ ἐᾷ ἡμᾶς ἀσωμάτως καὶ ἀσχηματίστως περὶ τοῦ Θεοῦ ἐννοεῖν. Διὰ τοῦτο δεῖ τὴν ψυχὴν ὁδεύουσαν ἐπὶ τὴν ἑαυτῆς τελειότητα, πρῶτον ἐνεργῆσαι κατα διάνοιαν, ἥτις ἔχει πρὸς τὰ μέσα τῶν πραγμάτων. Τοιαῦτα δέ ἐστι τὰ νοητὰ, οἷόν ἐστιν ἥτε ψυχὴ ἡ ἡμετέρα, καὶ ἡ περὶ D αὐτῆς θεωρία· ἔτι δὲ καὶ τὰ μαθηματικὰ, ἃ τινα τὴν οὐσίαν ἄϋλον ἔχει, εἰ καὶ μὴ τὴν ὕπαρξιν· ἵνα συνοθισθεῖσα ἐν τούτοις, ἐνεργῇ ἀΰλως ὁδῷ προσελθοῦσα καὶ ἐπὶ τὰ παντελῶς χωριστὰ τῆς ὕλης, λέγω δὲ τὰ θεῖα χωρίση. Ὅθεν καὶ ὁ Πλωτῖνος, Ἀγέσθωσαν οἱ νέοι, φησὶ, διὰ τῶν μαθημάτων πρὸς συνεθισμὸν τῆς ἀσωμάτου φύσεως. Εἰ δέ ποτε ἡ διάνοια συλλογίζεται καὶ περὶ τῶν νοητῶν, ἀλλ' οὐ καθ' αὑτὴν, ἀλλὰ τῷ νῷ συμπλακεῖσα, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν αἰσθητῶν συλλογίζεται, συμπλακεῖσα τῇ φαντασίᾳ. Τούτου τοίνυν τοῦ νοῦ, εἰ καὶ μὴ μετέχομεν οἱ πολλοί· ἀλλ' ἴχνη τινὰ καὶ ἰνδάλματα διαβέβηκεν εἰς ἡμᾶς. Ταῦτα δέ ἐστιν αἱ κοιναὶ ἔννοιαι, ἃς ἀναπο-

δείκτως, μᾶλλον δὲ κρεῖττον ἢ κατ' ἀπόδειξιν πάντες γιγνώσκομεν. Αὗται οὖν αἱ κοιναὶ ἔννοιαι, διὰ πάντων χωροῦσαι, ἰνδάλματα τοῦ νοῦ εἰσιν ἐναργῶς. Διὸ καὶ ἀρχὴν ἐπιστήμης τὸν νοῦν καλοῦσιν, ᾧ τινι τὰ νοητὰ γινώσκομεν. Ζητήσεις δ' ἄν τις εἰ μὴ δυνατὸν ἐκμερικῶν τὸ καθόλου πιστώσασθαι· οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ ξανθὸς ἢ λευκὸς ὁ ἵππος ἐστὶ, διὰ τοῦτο καὶ πάντες ξανθοὶ οἱ ἵπποι ἢ λευκοί.

A etiam quæ mente perspiciuntur; non id per se ipse, sed menti adhærescens et cum ea conjunctus, quemadmodum et de rebus sensui propositis, illi extrinsecus oblatæ impulsioni consertus et contextus colligit ac concludit. Hujus itaque mentis etsi omnes non sumus compotes, sed ejus vestigia tantum et simulacra quædam ad nos pervenere, hæ autem sunt communes notiones, quas citra demonstrationem, melius tamen quam via demonstrationis perspectas habemus. Communes igitur hæ notiones, ut quæ omnia pervadunt, manifesta sunt mentis simulacra et species : quare et scientiæ principium mentem vocant, qua, ea quæ intelliguntur, cognoscimus. Quæsierit porro aliquis, an non possit ex particularibus universe concludi : non enim quia spadix est vel albus equus, omnes idcirco spadices aut albi sunt equi.

Εἰ οὖν μὴ δυνατὸν, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἡ διάνοια τὸ αἰσθητὸν ἀποδείκνυσιν, ἀλλ' οὐδ' ἡ φαντασία, οὐδ' ἡ αἴσθησις πολλῷ μᾶλλον· ἑκάστη γὰρ τούτων, μερικόν τι γινώσκει. Πόθεν οὖν ἡ δόξα τὸ καθόλου τῶν αἰσθητῶν ἐπιγινώσκει; καὶ λέγομεν ὅτι μάλιστα μὲν δυνατὸν τὴν διάνοιαν, καὶ τὸ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καθόλου συλλογίσασθαι, ὥσπερ ἐποίησεν Ἀριστοτέλης ἐπὶ τῶν ἄστρων. Βουλόμενος γὰρ ὅτι σφαιρικὰ δεῖξαι, καὶ πιστωσάμενος τοῦτο δι' ἑνὸς, τῆς σελήνης, φησίν· Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων ἐφ' ἑνὸς, ἀνάγκη καὶ ἐπὶ πάντων εἶναι, ὁμοούσια δὲ καὶ πάντα τὰ ἄστρα, δῆλον ὅτι τῆς σελήνης, σφαιρικῆς δειχθείσης, καὶ τὰ ἄλλα συναποδέδεικται σφαιρικά. Ἀλλὰ καὶ καπνόν τις ἰδὼν, συλλογίζεται ὅτι καὶ πῦρ ἐν τῷ τόπῳ ὑπάρχει· Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶ, καπνός ἐστι, πᾶς δὲ καπνὸς ἐκ πυρός· ἐν τῷ καπνιζομένῳ ἄρα τόπῳ ἐστὶ καὶ πῦρ. Ἴσως μὲν οὖν, ὅπερ ἔφημεν, τὴν διάνοιαν δυνατὴν περί τινων αἰσθητῶν, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ πάντων, συλλογίζεσθαι τὸ καθόλου. Πλὴν καὶ ἡ λογικὴ ψυχὴ συνουσιωμένους ἔχει τοὺς λόγους τῶν πραγμάτων ἐν ἑαυτῇ. Διὰ δὲ τὸ καταδεδυκέναι ἐν τῇ ὕλῃ, οἷον ἐγκατεχώσθη, ὥσπερ οἱ ἐν τῇ τέφρᾳ κρυπτόμενοι σπινθῆρες. Ὥσπερ οὖν ὅταν τις μικρὸν τὴν τέφραν διορύξῃ ὁ σπινθὴρ εὐθὺς ἀναλάμπει, καὶ οὐχ ὁ διορύξας τὸν σπινθῆρα ἐποίησεν, ἀλλὰ μόνον τὰ ἐμποδίζοντα ἔπαυσε. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ δόξα, ἐρεθιζομένη ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως, προβάλλει τοὺς λόγους τῶν ὄντων. Οὕτω καὶ τοὺς διδασκάλους φασὶ μὴ τὴν γνῶσιν ἡμῖν ἐντιθέναι, ἀλλὰ τὴν ἐνοῦσαν ἡμῖν καὶ οἷον κρυπτομένην, ἐκφαίνειν· ἐπεὶ εἰ μὴ ἦσαν ἐν ἡμῖν οἱ τῶν ὄντων λόγοι, διατί συναισθανόμεθα, ὅταν τις παρὰ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν διαλέγηται; καὶ πάλιν πόθεν προκρίνομεν δύο διαλεγομένων, τὸν τὰ ἀμείνω λέγοντα; Εἰ γὰρ μηδεὶς ἦν παρ' ἡμῖν τῶν πραγμάτων λόγος, ὃς ἐρεθιζόμενος ὑπὸ τῶν προσδιαλεγομένων ἀνέλαμπεν, οὐκ ἂν ἀληθεύειν τόνδε τοῦδε μᾶλλον ἢ ψεύδεσθαι κατανοεῖν ἠδυνάμεθα. Οὕτως οὖν καὶ ἡ δόξα τῆς αἰσθήσεως μαθούσης, ὅτι ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα δίπου, ἐρεθισθεῖσα ὑπ' αὐτῆς ἀνεμνήσθη, ὅτι καὶ πᾶν τὸ ὁμοφυὲς δίπουν, μᾶλλον δὲ προσφυέστερον εἰπεῖν, ταῦτα κοιναί εἰσιν ἔννοιαι καὶ τοῦ νοῦ ἀποσκιάσματα. Πᾶν γὰρ ὅπερ ἴσμεν κρεῖττον ἢ κατὰ ἀπόδειξιν, τοῦτο κατὰ κοινὴν ἔννοιαν ἴσμεν· ἃ δὲ δείξεως δεῖται εἰς τὸ γνωσθῆναι, ὅτι τούτων τὰ

Quod, si concludi non potest, certum est neque intellectum rem sensui objectam demonstrare, sed neque phantasiam, sensum vero multo minus. B Singuli enim hi particulare aliquid cognoscunt. Unde igitur opinio res sensuum universe cognoscit? cur diximus maxime posse intellectum res sensuum universe concludere, ut in astris Aristoteles fecit. Cum enim orbiculata ea esse demonstrare vellet, idque per unum ex his, lunam, confirmaret, ait, *Rerum ejusdem substantiæ quod est in aliqua, id in omnibus esse necesse est : at ejusdem esse substantiæ astra omnia demonstratum est. Cum igitur orbicularem esse lunam demonstratum sit, de aliis itidem astris confecta res est, ea esse orbiculata. Sed et qui fumum videt, ibi etiam loci, ignem esse colligit. Quando, inquit, fumus est, omnis autem fumus ex igni est. In fumante igitur loco, ignis est.* Forsan igitur, quod intellectum diximus posse de quibus- C dam sensui objectis, etsi non de omnibus, universe concludere, prætereaque anima rationis particeps rerum in se rationes habet insitas : quod vero materiæ immersa sit, veluti sub terram defossa est, ut cinere sepultus ignis. Quemadmodum igitur, si quis cinerem paulum dimoverit, scintilla illico elucet : scintillam tamen non fecit, qui cinerem dimovit, sed tantum impedimenta removit : ad eum modum et opinio a sensu excitata, rerum rationes profert. Ita et magistros dicunt cognitionem nobis non indere, sed quæ nobis inest, et veluti obruta est, eam proferre ac ostendere : quia nisi nobis rerum rationes inessent, unde, cum aliquis perperam ac præter rerum naturam disserit, sentimus omnes? rursus, cur de duobus, qui disserunt, qui potiora dicit, eum alteri anteponimus? Si enim nulla in D nobis rerum ratio fuisset, quæ a disserentibus excitata refulsisset, nunquam veriora illo hunc dicere, vel mentiri, animadvertere potuissemus. Sic igitur opinio, ubi sensus percepit hunc et illum bipedem esse, ab eo excitata, reminiscitur omnes ejusdem generis bipedes esse. At accomodatius ad naturam dicatur, has esse communes notiones, et mentis adumbrationes atque simulacra. Quidquid enim melius quam per demonstrationem scimus, id secundum communem notionem scimus. Quæ autem demonstratione indigent ut cognoscantur, quoniam horum conclusiones citra demonstrationem, ea scire

opinionis est. Potestates igitur ratione præditæ, quæ ad cognitionem tendunt, hæ sunt. Effectivæ autem sunt, voluntas et electio. Et voluntas quidem solius est boni; electio in utrumque propendet. Ac voluntas profecto ipsa per se, est animæ ratione præditæ; electio vero ejus quæ rationis defectum connexum habet. Cum primum enim extra generationem est anima, sola voluntate agit, in solo enim bono occupatur. At ubi in generatione fuerit, quia illi connectuntur potestates rationis expertes, ob eas quas afferemus causas, tunc ejus partis, quæ rationis est expers, connexione, tantum valet quantum electio: quare interdum ante rationis defectum, interdum ante rationem accidit: atque hoc illi præoptatur. Hæ itaque sunt rationales animæ facultates.

Irrationabiles vero, hæ sunt cognoscentes quidem, phantasia et sensus, quæ inter se differunt: sensus enim ad res externas pertinet; phantasia vero intrinsecus habet cognitionem. Et sensus quidem rem tantum præsentem, et quam extrinsecus accipit, novit: phantasia vero, quæ rerum sensui subjectarum formas a sensu accepit, eas in se refingit: unde et ipsam patibilem mentem Aristoteles appellavit, mentem quidem, ut quæ intus habeat, quod cognoscit, et simplici aggressione, ut mens, rem adoriatur. Patibilem vero, quia post acceptam formam, neque sine specie. Phantasia porro vocata est, quasi phantastasia quædam. Ea enim est in qua stant species, sive quæ apparuerunt; sistit enim in se ipsa, quæ extrinsecus visa sunt. Utraque autem ipsarum ad res particulares extenditur. Hoc enim album est, at non omne album. Differunt autem, quia una quod extrinsecus est, alia quod intus, novit: et phantasia quidem quinque sensuum species recipit: at singuli sensus proprium solum subjectum norunt. Appetentium vero et vitalium facultatum, alia est irascens, alia concupiscens. Hic vero quæsierit aliquis cur diversas faciamus concupiscentem et irascentem: numquid enim irascens eum ulcisci cupit qui prior læserit? nonne et ratio, disciplinas et rerum contemplationem expetit? sed respondeo esse concupiscentiam latiori quodam modo acceptam, aliam strictiori et magis proprio. Quemadmodum igitur dispositio communiter etiam de habitu dicitur, proprie vero quæ ab habitu contra distinguitur: similiter concupiscentia communiter dicitur de omnibus animæ potestatibus, strictius vero et pressius, ea, quæ irascenti opponitur. Hæ itaque sunt animæ potestates tum ratione præditæ, tum irrationabiles. Præter has autem aliæ sunt, quæ vegetantes dicuntur, tres; altrix, inquam, auctrix et genitrix. Vegetantes vocantur, quia hæ solæ in plantis conspiciuntur. Homines igitur sumus, et animalia, et plantæ. Qua homines, rationis, quas vocant, potestatibus præditi sumus; iis vero quæ ratione carent, qua animalia sumus. Qua vero anima præditi, vegetantibus: animæ enim vel vita præditas etiam plantas dicimus. Nam anima seu vita

συμπερασματα χωρὶς ἀποδείξεως, ἔργον ἐστὶ τῆς δόξης εἰδέναι. Αἱ μὲν οὖν τῶν λογικῶν γνωστικαὶ δυνάμεις, αὗται. Πρακτικαὶ δέ εἰσιν βούλησις καὶ προαίρεσις. Καὶ ἡ μὲν βούλησις μόνου ἐστὶ τοῦ ἀγαθοῦ, ἡ δὲ προαίρεσις ἐπαμφοτερίζει· καὶ ἡ μὲν βούλησις αὐτῆς καθ' ἑαυτῆς ἐστι τῆς λογικῆς ψυχῆς, ἡ δὲ προαίρεσις τῆς συμπεπλεγμένης τὴν ἀλογίαν. Ὅτε μὲν γάρ ἐστιν ἔξω τῆς γενέσεως ἡ ψυχὴ, κατὰ βούλησιν μόνην ἐνεργεῖ· ἐν μόνῳ γάρ ἐστι τῷ ἀγαθῷ. Ὅταν δὲ γένηται ἐν τῇ γενέσει, ἐπειδὴ συμπλέκονται αὐτῇ αἱ ἄλογοι δυνάμεις, δι' ἃς ἐροῦμεν αἰτίας τότε τῇ ἐπιπλοκῇ τῆς ἀλόγου ἰσχύει τὴν προαίρεσιν. διότι ποτὲ μὲν πρὸ τῆς ἀλογίας, ποτὲ δὲ πρὸ τοῦ λόγου γίνεται, καὶ αἱρεῖται δὲ τόδε πρὸ τοῦδε. Αὗται μὲν οὖν αἱ λογικαὶ τῆς ψυχῆς δυνάμεις.

Τῶν δὲ ἀλόγων, αἱ μὲν εἰσι γνωστικαὶ μὲν, φαντασία καὶ αἴσθησις διαφέρουσαι ἀλλήλων, ὅτι ἡ μὲν αἴσθησις πρὸς τὸ ἐκτὸς ἀποτείνεται· ἡ δὲ φαντασία ἔνδον ἔχει τὴν γνῶσιν. Καὶ ἡ μὲν αἴσθησις τὸ παρὸν μόνον, καὶ οὗ ἀντιλαμβάνεται ἔξωθεν, τοῦτο οἶδεν· ἡ δὲ φαντασία παρὰ τῆς αἰσθήσεως λαβοῦσα τῶν αἰσθητῶν τοὺς τύπους, ἐν ἑαυτῇ τούτους ἀναπλάττει. Ὅθεν καὶ παθητικὸν αὐτὴν νοῦν καλεῖ Ἀριστοτέλης· νοῦν μὲν, ὡς ἔνδον ἔχουσαν τὸ γνωστὸν, καὶ ἁπλῇ προσβολῇ ὥσπερ ἐκεῖνος, ἐπιβάλλουσαν. Παθητικὸν δὲ διότι μετὰ τύπον, καὶ οὐκ ἀσχηματίστως. Ἐκλήθη δὲ φαντασία, οἱονεὶ φαντασία τις οὖσα· φαντασία γάρ ἐστιν ἡ τῶν φανθέντων στάσις, Ἵστησι γὰρ ἐν αὐτῇ τὰ ἔξω φανέντα· ἑκατέρα δὲ αὐτῶν, περὶ μερικῶν ἀποτείνεται. Τόδε γὰρ τὸ λευκὸν οὐ μὴν πᾶν λευκόν. Διαφέρουσιν δὲ, ὅτι ἡ μὲν τὸ ἔξω, ἡ δὲ τὸ ἐντὸς οἶδε. Καὶ ἡ μὲν φαντασία, τῶν πέντε αἰσθήσεων δέχεται τοὺς τύπους· ἑκάστη δὲ τῶν αἰσθήσεων, μόνον τὸ ἴδιον αἰσθητὸν γινώσκει. Τῶν δὲ ὀρεκτικῶν καὶ ζωτικῶν, ἡ μέν ἐστι θυμὸς, ἡ δὲ ἐπιθυμία. Ζητήσειε δ' ἄν τις, πῶς λέγομεν ἀντιδιαστέλλεσθαι τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὸν θυμόν· τί γὰρ οὐχὶ καὶ ὁ θυμὸς ἐπιθυμεῖ τοῦ ἀντιλυπῆσαι τὸν προλυπήσαντα; οὐχὶ καὶ ὁ λόγος ἐπιθυμεῖ τῶν μαθημάτων καὶ τῶν θεωρημάτων; λέγω γοῦν ὡς τοῦτο λῦσαι, ὅτι ἐστὶν ἡ ἐπιθυμία καὶ κοινότερον λεγομένη, καὶ εἰδικώτερον. Ὥσπερ οὖν ἡ διάθεσις λέγεται καὶ κοινῶς καὶ ἐπὶ τῆς ἕξεως, λέγεται καὶ ἰδικῶς, ἡ ἀντιδιαστελλομένη πρὸς τὴν ἕξιν. Οὕτω καὶ ἡ ἐπιθυμία λέγεται μὲν καὶ κοινῶς ἐπὶ πασῶν τῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς· λέγεται δὲ καὶ ἰδικώτερον, ἡ ἀντιδιαστελλομένη πρὸς τὸν θυμόν. Αὗται μὲν οὖν αἱ τῆς ψυχῆς, λογικαί τε καὶ ἄλογοι δυνάμεις. Παρὰ δὲ ταύτας εἰσὶν αἱ φυτικαὶ καλούμεναι τρεῖς, θρεπτική φημι, καὶ αὐξητικὴ, καὶ γεννητική. Φυτικαὶ καλοῦνται διότι αὗται μόναι ἐν τοῖς φυτοῖς ὁρῶνται. Ἐσμὲν οὖν καὶ ἄνθρωποι καὶ ζῶα, καὶ ἔμψυχα. Καὶ ὡς μὲν ἄνθρωποι τὰς εἰρημένας λογικὰς ἔχομεν δυνάμεις· ὡς δὲ ζῶα, τὰς ἀλόγους. Ὡς δὲ ἔμψυχα, τὰς φυτικάς· ἔμψυχα γὰρ λέγομεν καὶ τὰ φυτικά. Ἐμψύχων γὰρ τὸ τρέφεσθαι, καὶ αὔξεσθαι καὶ γεννᾷν ὅμοια ἑαυτοῖς. Λέγεται δὲ καὶ αὐτὰ ζῆν καὶ τεθνᾶναι. Ἡ δὲ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος, παρουσία καὶ ἀπου-

σία γίνεται τῆς ψυχῆς. Ὅσα μὲν οὖν ἔχουσι τὰς κρείττους ζωὰς, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰς καταδεεστέρας ἔχουσιν· οὐκέτι δὲ καὶ ἀνάπαλιν· οὐ γὰρ δυνατὸν τὰς λογικὰς ἔχειν δυνάμεις, μὴ πρότερον ἐσχηκότας τὰς καταδεεστέρας· ἀμέλει καὶ τῶν αἰσθήσεων οὐκ ἔστι μετασχεῖν τῆς κρείττονος, τὸν μὴ μετέχοντα τῆς χείρονος. Ὅσα γοῦν μετέχει ὄψεως, ταῦτα καὶ ἀκοῆς καὶ τῶν λοιπῶν· καὶ ὅσα ἀκοῆς, ταῦτα καὶ ὀσφρήσεως καὶ γεύσεως καὶ ἀφῆς, οὐχ ὅσα δὲ ὀσφρήσεως, καὶ γεύσεως, καὶ ἀφῆς, πάντως καὶ ὄψεως, ὥσπερ ὁ ἀσπάλαξ· οὐδ' ὅσα ἀφῆς, ταῦτα καὶ τῶν ἄλλων, οἷον οἱ σπόγγοι, ἀφῆς μὲν μετέχουσιν, οὐδεμιᾶς δὲ τῶν αἰσθήσεων· ἄλλως τε οὐκ ἔστι μετασχεῖν τῆς κρείττονος, τὸν μὴ τῆς ἐλάττονος μετασχόντα. Τοῦτο δὲ, οὐχ ὅτι δέονται τῶν χειρόνων αἱ κρείττονες, ἵνα ὑποστῶσιν, ἀλλὰ τοὐναντίον, τὸ σῶμα οὐ δύναται μετασχεῖν τῶν κρειττόνων, μὴ πρότερον καταλαβὸν τῶν μεταδεεστέρων. Ὅτι ἐπειδὴ μηδὲν τῶν εἰδῶν ἔδει φθείρεσθαι, ἵνα μὴ ἀτελὲς ᾖ τὸ πᾶν· πλήρωμα γάρ ἐστι τῶν εἰδῶν ὁ κόσμος. Ἀδύνατον δὲ ἦν τὰ αὐτὰ μένειν τὸν ἀριθμὸν γεννητά τε ὄντα καὶ φθαρτά, μετέχει καὶ ταῦτα τῆς ἀϊδιότητος, ὡς ἠδύνατο· διότι καὶ πάντα ἐφίεται τῆς τοῦ πρώτου ἀϊδιότητος, ὡς οἰκείας ἀρχῆς, καὶ μετέχει ταύτης ἕκαστον, κατὰ τὰ ἑαυτοῦ μέτρα. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ σκοπιμώτατον ἔργον τῆς φύσεως, τὸ τῶν φυτικῶν ἕκαστον, γεννῆσαι ἄλλο, οἷόν ἐστιν αὐτό. Καὶ ἐπειδὴ δεόμεθα γεννήσεως, ἡ δὲ γεννητικὴ δύναμις ἐν ὡρισμένῳ γίνεται μεγέθει, διὰ τοῦτο δεόμεθα τῆς αὐξήσεως. Ἐπειδὴ δὲ ἡ αὔξησις διὰ τροφῆς παραγίνεται, τῆς θρεπτικῆς πάλιν δεόμεθα δυνάμεως· Διὰ τοῦτο τοίνυν μετέχομεν τῶν φυτικῶν δυνάμεων καὶ ἡμεῖς καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, ὥστε, ὅτε μὲν ἐνεργοῦμεν κατὰ ταύτας τὰς δυνάμεις, ὡς φυτὰ ἐνεργοῦμεν· ὅτε δὲ κατὰ θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα· ὡς ἄνθρωποι δὲ μόνον ἐνεργοῦμεν τότε, ὅτε τῷ λόγῳ κεχρήμεθα. Διὸ καὶ ἀστείως λίαν ὁ Πλωτῖνος εἶπεν, ὡς ὅσοι ἐμμανῶς κατὰ τὰς θρεπτικὰς δυνάμεις ἐνεργοῦσιν, οὗτοι κινδυνεύουσιν ἀποδενδρωθῆναι.

Ὅτι διαφέρει τῶν φυτικῶν δυνάμεων, τουτ' ἔστι τῆς γεννητικῆς τε καὶ θρεπτικῆς ἡ ἐπιθυμία. Καὶ γὰρ ὁρῶμεν αὐτὴν, ταῖς δυσὶ ταύταις ἐπικοινωνοῦσαν· περί τε γὰρ τροφὰς ἐνεργεῖ, καὶ τὰς γεννητικὰς δυνάμεις· πλὴν διαφέρει, ὅτι ἡ μὲν ἐπιθυμία μετὰ αἰσθήσεως ἐνεργεῖ· αἱ δὲ φυτικαὶ δυνάμεις, ἄνευ αἰσθήσεως· διὸ καὶ τὰ ἄλογα, τὰ θήλεα ἑωρακότα κινεῖται πρὸς ὄρεξιν, ὥς τε μετὰ γνώσεώς τινος ἡ ἐπιθυμία, ἀλλ' οὐχὶ καὶ αἱ φυτικαὶ ἐνέργειαι. Οὕτως ἀμέλει καὶ καθεύδοντες πολλάκις ἐκκρίνομεν τὸ σπέρμα, μηδεμιᾶς αἰσθήσεως ἢ φαντασίας προηγησαμένης· δῆλον ὅτι κατὰ τὰς φυτικὰς δυνάμεις ἐνεργήσαντες. Ὥσπερ οὖν ὅταν ὁ λόγος ἀνδραποδισθῇ ὑπὸ τῆς ἀλογίας, καὶ αὐτὸς πᾶσαν κινεῖ μηχανὴν εἰς ἐκπλήρωσιν τροφῆς καὶ ἀφροδισίων, καὶ οὐ παρὰ τοῦτό φαμεν ταυτὸν εἶναι τὸν λόγον ταῖς φυτικαῖς δυνάμεσιν. Οὕτω φαμὲν καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιθυμίας. Ἀλλὰ τῶν μὲν φυτικῶν δυνάμεων ἴδιον τὸ ἁπλῶς ἐφίεσθαι,

A præditorum est ali, augeri, generare sui similia. Ipsæ quoque dicuntur vivere et mori. Vita vero et mors, animæ præsentia et absentia est. Quæcunque igitur meliores vitas habent, deteriores quoque habere necesse est : at non contra ; fieri enim non potest, ut rationis potestates habeant, quæ prius deteriores non habuerunt : nimirum et in sensibus, nemo melioris est particeps, qui pejoris non fuerit. Quæcunque igitur visum habent, hæc et auditum et reliquos sensus : quæcunque auditum, eadem odoratum, gustum, et tactum : quæ vero odoratum; gustum et tactum, non semper visum, quemadmodum talpa : nec quæcunque tactum, eadem alios sensus, ut spongiæ, quæ tactum quidem habent, reliquos sensus nullo modo. Neque vero melioris
B sensus particeps esse potest, qui deterioris non fuerit. Neque id, quod deterioribus meliores indigeant, ut subsistant, sed contra corpus non potest meliorum particeps esse, ni deteriora prius susceperit. Quippe quoniam nullam speciem corrumpi oportebat, ne imperfectum esset universum, specierum enim absolutio et complementum est mundus, cumque eædem numero manere species non possent, ut quæ generentur et corrumpantur, æternitatis, quoad possunt, participes sunt. Quare principii æternitatem, ut suum principium, omnes expetunt, et hujus, quælibet pro modo et captu suo, fit particeps. Estque id potissimum naturæ opus, ut unumquodque eorum quæ anima prædita sunt, aliud sibi simile gignat : et quoniam necessaria est generatio, hujus autem vis nonnisi certo et definito ætatis
C spatio valet, justis ideo incrementis opus habemus. Quæ quoniam alimentis fiunt, altrice rursus egemus potestate ; vegetantis igitur animæ potestates nobis cum brutis communes sunt, secundum quas, dum agimus, ut plantæ agimus : ubi vero per iram, et concupiscentiam, ut bruta : demum ut homines, tantum agimus, cum ratione utimur. Quare scite admodum Plotinus, qui altricem virtutem præcupide ac furiose exerceant, periculum esse ne in arbores tandem degenerent.

A vegetantis animæ facultatibus, generandi et alendi, diversa est concupiscentia : hanc enim videmus, cum duabus illis communicare. Agit enim in alimentis, et generandi virtute : differt autem quia concupiscentia cum sensu agit, vegetantes
D vero sine sensu : hinc bruta visa femina in venerem stimulantur; adeo ut cum cognitione quadam sit concupiscentia, vegetantis actiones non item. Ita videlicet dormientibus nobis semen excernitur, cum nullus sensus, aut impulsio a specie præcesserit; quod a vegetantis facultatibus fieri manifestum est. Quemadmodum igitur, cum a cupiditate victa ratio fuerit, et in servitutem redacta, tota illa impetu in voluptatem et res venereas fertur, neque tamen idcirco eamdem inesse rationem vegetandi facultatibus dicimus : idem et de concupiscente dicimus. Vegetantium vero facultatum proprium est, simpliciter appetere, et sine sensu, semen emittere : at

concupiscentis hunc vel illum cibum, et concubitum, atque omnino voluptatem. An igitur unus est et idem, duarum facultatum effectus, concupiscentis et vegetantis; an planum est non esse unum? sed hujus tantum est, vel cibus, vel seminis fluxus; concupiscentis autem, voluptas: ut hac appetentia, conditionem nostram servemus et generis successionem. Cum vero ratio cupiditati servit, nullum esse hujus actionis proprium finem dico, quia præter naturam ipsorum ejusmodi actio est. Quæ autem præter naturam sunt, ad finem nihil conferunt: nam ut ancilla, non suum, sed cupiditatis finem spectat, voluptatem. Neque vero nos quisquam illa imperitorum hominum dubitatione interpellet: an igitur, tres animas habemus et a tribus regimur? Respondeo enim, quemadmodum huic conjuncta corpori anima, rem unam cum eo facere videtur; re autem ipsa, unum non est: ita cum rationis experte, et vegetante cohærens, unam quamdam continuitatem facit propter connexionem. Nam a rationabili, rationis expers assidue dependet, ab irrationabili vegetans: quæ quia propter illam cohærentiam eadem una patiuntur, unam esse dicimus; quia cæteris potestatibus tanquam instrumentis utitur rationis compos anima.

Harum autem potestatum, earum dico quæ ratione carent, et vegetantium, aliæ ad rationabilem magis, aliæ minus accedunt: irrationabiles quidem magis, quia rationi auscultare solent. Quare, cum cupiditates increpamus, mansuetiores eas reddimus.

Pectore percusso, cordia increpitavit Ulysses.

et,

Hæc anime, hæc etiam quondam graviora tulisti.

et complurima ejusmodi: sed quid dico in nobis? multæ ferarum humano sermone mansuetiores fiunt. At vegetantes, ut quæ sermonem non audiunt, a rationis compote anima remotiores sunt: neque enim præscribi potest altrici potestati quoad alat; neque auctrici, quantum augeat; neque generandi potestati: nimirum non ipsam potestatem, sed cupiditatem comprimimus: potestas enim nihilominus manet, etsi non agat. Hæ itaque sunt animæ potestates, rationabiles, irrationabiles, vegetantes. Animam quidam dicunt incorpoream, quidam corpus: eorum qui corpus, alii simplex, alii compositum: eorum vero, qui compositum, alii, ex connexis corporibus, alii ex non conjunctis. Eorum, qui simplex corpus animam esse dixerunt, alii æthereum, hoc est cœleste intellexerunt, ut Heraclides Ponticus: ignem alii, ut Heraclitus, quia ignem ille rerum principium appellabat, et animam igneam propter agilitatem, alii ex aere, ut Anaximenes, et quidam e Stoicis: Alii ex aqua, ut Thales Milesius et Hippo cognomento Atheus: quia enim semen videbant ex humida esse substantia, propterea et aquam rerum

(1) *Odyss.* V.

A καὶ γονὴν προΐεσθαι ἀνεπαισθήτως· τῆς δὲ ἐπιθυμίας τὸ, τοιᾶσδε τροφῆς, καὶ τοιᾶσδε μίξεως, καὶ ἁπλῶς τοῦ ἡδέος. Τί οὖν ἄρα ἕν ἐστι καὶ ταυτὸν τῶν δύο δυνάμεων ἀποτέλεσμα, τῆς τε ἐπιθυμίας καὶ τῆς φυτικῆς; ἢ δῆλον ὅτι οὐχ ἕν; ἀλλὰ τῆς μὲν ἁπλῶς ἡ τροφὴ, ἢ γονή· τῆς δὲ ἐπιθυμίας ἡ ἡδονὴ, ἵνα τῇ ἐφέσει ταύτῃ τόν τε κλῆρον ἡμῶν φυλάττωμεν, καὶ τὴν τοῦ γένους διαδοχήν· Τοῦ δὲ λόγου ὅταν ἐξυπηρετῆται τὴν ἐπιθυμίαν, οὐ λέγω ἴδιόν τι ταύτης τῆς ἐνεργείας τέλος εἶναι, ὅτι παρὰ φύσιν αὐτῶν ἡ τοιαύτη ἐνέργεια, τὰ δὲ παρὰ φύσιν οὐ σύμφορα πρὸς τὸ τέλος· Ὡς γὰρ ὑπηρέτης, οὐ τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῆς ἐπιθυμίας τὸ τέλος παρασκευάζει τὴν ἡδονήν. Μὴ ἀπορείτω δέ τις τὴν ἰδιωτικὴν ἀπορίαν ἐκείνην. Τί οὖν τρεῖς ψυχὰς ἔχομεν, καὶ ὑπὸ τριῶν ψυ-
B χῶν διοικούμεθα; Λέγω γὰρ ὅτι ὥσπερ ἑνωθεῖσα ἡ ψυχὴ τῷ σώματι τούτῳ, δοκεῖ μὲν ἕν τι πρᾶγμα ποιεῖ, κατὰ ἀλήθειαν δὲ οὐχ ἕν τί ἐστιν· οὕτω τῇ τε ἀλόγῳ καὶ τῇ φυτικῇ συνημμένη, μίαν μέν τινα συνέχειαν ποιεῖ διὰ τὴν συνάφειαν· ἐξῆπται γὰρ προσεχῶς τῆς μὲν λογικῆς ἡ ἄλογος, τῆς δὲ ἀλόγου ἡ φυτική. Διὰ δὲ τὴν γινομένην ἐκ τῆς συναφείας ταύτης συμπάθειαν, μίαν φαμὲν, ὅτι, ὡς ὀργάνοις κέχρηται ταῖς ἄλλαις δυνάμεσιν ἡ λογική.

Τούτων δὲ τῶν δυνάμεων, λέγω δὴ τῶν τε ἀλόγων καὶ τῶν φυτικῶν, αἱ μὲν μᾶλλον ἐγγίζουσι τῇ λογικῇ ψυχῇ, αἱ δὲ ἧττον· αἱ μὲν ἄλογοι μᾶλλον ἐγγίζουσι, διότι πεφύκασι κατακούειν λόγου. Διὸ ἐπιπλήττοντες ταῖς ἐπιθυμίαις, πρᾳοτέρας αὐτὰς ποιοῦμεν.

C Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ·

καὶ,

Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' [ἔτλης (1),

καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Καὶ τί λέγω ἐν ἡμῖν; καὶ τῶν θηρίων πολλὰ ἡμερώτερα διὰ τῶν λόγων γίνεται· αἱ δὲ φυτικαὶ, ἅτε μὴ κατακούουσαι λόγων, πόῤῥωτέρω εἰσὶ τῆς λογικῆς ψυχῆς. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐπιτάξαι, οὔτε τῇ θρεπτικῇ δυνάμει μέχρι πόσου θρέψαι, οὔτε τῇ αὐξητικῇ αὐξῆσαι, οὔτε τῇ γεννητικῇ· δηλονότι οὐχ ἁπλῶς αὐτὴν τὴν δύναμιν, ἀλλά τὴν ἐπιθυμίαν καταστέλλομεν· ἡ γὰρ δύναμις οὐδὲν ἧττον μένει καὶ μὴ ἐνεργοῦσα. Αὗται μὲν οὖν αἱ δυνάμεις τῆς ψυχῆς, αἵ τε λογικαὶ, καὶ αἱ ἄλογοι, καὶ αἱ φυτικαὶ ὅτι τὴν ψυχὴν, οἱ μὲν φασιν ἀσώματον, οἱ δὲ σῶμα. Καὶ τῶν
D σῶμα οἱ μὲν ἁπλοῦν, οἱ δὲ σύνθετον· καὶ τῶν σύνθετον, οἱ μὲν ἐκ συνημμένων σωμάτων, οἱ δὲ ἀσυνάπτων. Τῶν δὲ ἁπλοῦν σῶμα εἰρηκότων, οἱ μὲν αἰθέριον εἶναι· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν οὐράνιον ἀπεφήναντο, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός. Οἱ δὲ πῦρ ὡς Ἡράκλειτος, ἐπειδὴ καὶ πῦρ ἔλεγον τὴν ἀρχὴν τῶν ὄντων, καὶ τὴν ψυχὴν δὲ πυριὰν διὰ τὸ εὐκίνητον· οἱ δὲ ἀερίαν ὡς Ἀναξιμένης, καί τινες τῶν Στωϊκῶν· οἱ δὲ ἐξ ὕδατος, ὡς Θαλῆς καὶ Ἵππων ὁ ἐπίκλην ἄθεος. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν γονὴν ἑώρων ἐξ ὑγρᾶς οὔσαν οὐσίας, διὰ τοῦτο καὶ ὕδωρ τὴν ἀρχὴν τῶν ὄντων

ἐνόμισαν. Οὗτοι μὲν οὖν οἱ ἁπλοῦν εἰρηκότες σῶμα, τῶν δὲ σύνθετον σῶμα τὴν ψυχὴν ὑπειληφότων, οἱ μὲν ἐξ ἀσυνάπτων στοιχείων φασὶν, ὡς Δημόκριτος καὶ Λεύκιππος, καὶ ἁπλῶς οἱ τὰ τοιαῦτα εἰσάγοντες· Ἔλεγον γὰρ ἀρχὰς τῶν ὄντων τὰ ἄτομα καὶ τὸ κενόν. Εἶναι οὖν καὶ τὴν ψυχὴν ἐκ σφαιρικῶν ἀτόμων συγκειμένην διὰ τὸ εὐκίνητον· οἱ δὲ ἐκ συνημμένων, ὡς Κριτίας ὁ εἷς τῶν τριάκοντα· αἷμα γὰρ ἔλεγεν εἶναι τὴν ψυχήν. Τῶν δὲ ἀσώματον δοξασάντων, οἱ μὲν χωριστὴν τῶν σωμάτων, οἱ δὲ ἀχώριστον. Καὶ τῶν ἀχώριστον, οἱ μὲν τὸν λόγον εἶναι τῆς κράσεως, οἷον ὅτι ἐὰν διπλάσιον πῦρ μιχθῇ τῷ ὕδατι, ἢ ἡμιόλιον, ἥτι τοιοῦτον ποιεῖ τὴν ψυχήν. Οὗ γὰρ διπλάσιος, φησὶν, ἢ ἡμιόλιος λόγος, τοῦτό ἐστι ψοχή. Οἱ δὲ αὐτὴν τὴν κρᾶσιν· οἱ δὲ ἐντελέχειαν. Ἐντελέχεια δέ ἐστιν ἡ τελειότης καὶ τὸ εἶδος τοῦ ὑποκειμένου. Διαφέρει δὲ ὁ λόγος τῆς κράσεως· ὅτι ὁ μὲν λόγος ἐν αυτῇ τῇ ποσότητι θεωρεῖται,. ἐν τῷ ἡμιολίῳ, ἢ διπλασίῳ, ἢ ἄλλῳ τινί. Ἡ δὲ κρᾶσις ποιότης ἐστὶν ἡ ἀποτελουμένη ἐκ τῆς μίξεως τῶν ποιοτήτων, οἷον ἐκ τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ γέγονέ τις κρᾶσις τὸ χλιαρόν· ἢ ἐκ τοῦ λευκοῦ καὶ μελανος τὸ φαιόν. Ἐντελέχεια δέ ἐστι τελειότης τοῦ ὑποκειμένου, τουτέστι τὸ εἶδος τὸ ἐπιγινόμενον ἐκ τῆς τοιᾶσδε συνθέσεως τῶν στοιχείων, τῇ ὕλῃ. Τῶν δὲ χωριστὴν σώματος δοξασάντων, οἱ μὲν πᾶσαν ψυχὴν χωριστὴν ἔφασαν, καὶ τὴν λογικὴν, καὶ τὴν ἄλογον, καὶ τὴν φυτικὴν, οἷος ἦν Νουμήνιος, πλανηθεὶς ὑπό τινων ῥησειδίων Πλάτωνος εἰπόντος ἐν Φαίδρῳ, πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος, σαφῶς ἐκεῖ περὶ τῆς ἀνθρωπίνης τὸν λόγον ποιούμενος. Ὅτι γὰρ θνητὴν οἶδε τὴν τῶν ἀλόγων, σαφῶς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ διαλόγοις ὡμολόγηται· οἱ δὲ, πᾶσαν ἀχώριστον ἀπεφήναντο, καὶ διὰ τοῦτο θνητὴν, ὧν ἐστι καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Ἀφροδισιεὺς, ὃς καὶ τὸν Ἀριστοτέλην πειρᾶται εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν κατασπᾷν. Οἱ δὲ τὴν μὲν λογικὴν, χωριστὴν εἶναι λέγουσι, τὴν δὲ ἄλογον καὶ τὴν φυτικὴν ἀχώριστον. Τούτων δὲ οἱ μὲν ἀμφοτέρας ἀχωρίστους τοῦ παχέος τούτου σώματος. Οἱ δὲ τὴν μὲν φυτικὴν μόνην, τούτου ἀχώριστον· τὴν δὲ ἄλογον, τούτου μὲν χωριστὴν, ἀλλ' οὐ μέντοι τινὸς σώματος ἀχώριστον· λέγω δὴ τοῦ πνευματικοῦ, ἣν καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἐπρέσβευσαν. Ὅτι δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ταύτης ἐστὶ τῆς δόξης, καὶ οἶδε τὴν μὲν χωριστὴν ψυχὴν, τὴν δὲ ἀχώριστον, κἂν τῷ τέλει τῆς περὶ μορίων ζώων πραγματείας ἐδήλωσεν· ἔφη γὰρ ὅτι ἕκαστον τῶν μορίων τῶν ζώων κατά τινα ἐνέργειαν ζωτικὴν χαρακτηρίζεται, οἷον καρδίαν, καὶ ἧπαρ, καὶ ἐγκέφαλον, καὶ τὰ λοιπά. Εἶτα ταύτην, φησὶ, τὴν ἐνέργειαν πότερον ψυχὴν δεῖ καλεῖν, ἢ μόριον ψυχῆς, ἢ οὐκ ἄνευ ψυχῆς, ζητητέον· ὥστε οἶδε πολὺ πλάτος, μᾶλλον δὲ βάθος ψυχῶν. Καὶ πότερον, φησὶ, περὶ πάσης ψυχῆς ἐστι τοῦ φυσικοῦ διαλεχθῆναι, ἢ οὐ περὶ πάσης ἀλλοσήμου, ἄνευ τῆς ὕλης· ὥστε οἶδε ψυχὴν χωριστὴν τῆς ὕλης· Καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ περὶ μορίων ζώων πραγματείᾳ φησίν· ἔοικε δὲ ὁ νοῦς θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ εἶναι θεῖος. Οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ ἐπικοινωνεῖ ἡ ἐνέργεια, ταῖς τοῦ σώματος ἐνεργείαις· καὶ πάλιν ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ,

A principium esse arbitrati sunt. Isti sunt, qui animam simplex corpus esse dixerunt. Inter eos autem, qui compositum corpus esse animam existimant, alii ex elementis non conjunctis affirmant, ut Democritus et Leucippus, demumque cæteri, qui ista invexerunt. Rerum etiam principia esse atomos, et vacuum dicebant: esse itaque animam ex rotundis atomis conflatam propter velocitatem: alii ex conjunctis, ut Critias unus ex triginta; quippe animam esse sanginem dictitabat. Eorum autem, qui incorpoream arbitrati sunt, alii separabilem a corporibus, inseparabilem alii statuerunt. Eorum qui inseparabilem; alii contemperationis esse rationem, veluti si duplum ignis aquæ mistum fuerit, vel sesquiplex, vel tale quid, facere B animam. Cujus enim, inquit, dupla est vel sescupla ratio, illud est anima. Alii ipsam contemperationem, alii perennem motionem entelechiam. Entelechi vero est perfectio et forma subjecti. Differt autem ratio a contemperatione, quia ratio in ipsa quantitate attenditur, in sescuplo, vel duplo, vel alio quopiam. At temperamentum qualitas est, quæ perficitur ex qualitatum mistione, velut ex calido et frigido factum est temperamentum quoddam, tepidum; et ex albo et nigro, fuscum. Entelechia vero subjecti perfectio est, hoc est forma, quæ ex tali elementorum conjunctione materiæ accessit. Eorum autem, qui a corpore separabilem esse putaverunt, alii omnem animam separabilem, rationabilem, irrationabilem et vegetantem, sicuti Numenius, quibusdam C Platonis verbis deceptus, qui sic in Phædro: *Omnis anima immortalis,* ubi aperte de humana anima verba facit. Mortalem enim brutorum animam agnovisse Platonem in ejus dialogis omni luce clarius est. Alii vero omnem animam inseparabilem dixerunt, ob eamque rem immortalem, quos inter est etiam Alexander Aphrodisiens, qui Aristotelem in suam pertrahere sententiam conatur. Alii rationabilem animam, separabilem esse dicunt; non separabilem, irrationabilem, et vegetantem: horum autem alii utramque a crasso hoc corpore inseparabilem; alii vegetantem solam ab hoc inseparabilem: brutorum autem animam, ab hoc separabilem quidem, sed tamen ab aliquo corpore inseparabilem: spiritali dico: quam sententiam Plato, et Aristoteles constituerunt. Atque hanc esse Aristotelis D mentem, seque aliam separabilem aliam inseparabilem animam agnoscere, vel in fine disputationis de partibus animalium satis ipse declarat, ubi quamlibet partem animalium secundum actionem aliquam vitalem conformari dicit, ut cor, hepar, cerebrum et alia. Deinde, *Hæc,* inquit, *actio, utrum anima, vel pars animæ, vel non sine anima vocanda sit, quærendum:* adeo ut magnum ille ambitum, imo altitudinem animarum norit. Et. *utrum,* inquit, *physici est, de omni anima disserere; an non de omni alius generis, sine materia.* Itaque animam a materia separabilem agnoscit. Et in eadem de partibus animalium commentatione: *Videtur autem*

mens extrinsecus advenire et divina esse : nihil enim ejus actio cum corporis actionibus habet commune. Et rursus in secundo libro, *De mente*, inquit, *et contemplandi facultate nondum constat : sed videtur anima aliud genus esse, et sola separari posse, velut æternum a corruptibili.* Et in tertio eadem ponit, mentem impatibilem, æternam et immortalem esse declarans, et multa ejusmodi in eodem libro scribit. Sed et ex aliis Aristotelis libris, facile intelligitur; Aristoteli rationabilem animam immortalem videri, et ab omni corpore separabilem.

Sed et Platonem, ratione præditam animam immortalem censuisse, non est cur probemus, imo rationis expertem, mortalem eum existimare, satis ejus Timæus ostendit : nam rationis impotem, rationabili connexam et contextam mortalem esse evidenter affirmat : at eam partem, quæ rationis est compos, ut in mortalibus, et animantibus, principem, divinam, et immortalem esse. Sed nullam anima corpus esse posse, neque simplex, neque compositum, hinc intelligi potest : omne enim corpus natura sua ad id natum est, ut dividi et infinitas in partes distrahi possit, quare indiget continente. Continens igitur, utrum corpus est, an incorporeum ? si corpus, indigebit et illud continente, idque in infinitum. Necesse igitur est, virtutem eam et potestatem, quæ corpora continet, incorpoream esse : at in viventibus, corpora continet anima : igitur incorporea est. Præterea extrema cognoscentium animæ facultatum, sensus, inquam, incorporeus est ; ergo multo magis nobiliores facultates. Sensum vero sine corpore esse sic ostendit Aristoteles. Nullum, inquit, corpus secundum eamdem partem contraria suscipere potest. Digitus enim eodem tempore plane albus, et plane niger esse non potest ; neque item simul in eadem parte calefieri et frigescere. At sensus simul eodem tempore contraria recipit, et novit hoc esse primum, et illud secundum, dijudicare ab albo nigrum, tum et a nigro album secernere. Si ergo secundum idem ea indivise recipit, et est incorporeus : si vero secundum aliam partem dicis recipere, ut semper aliud ego, aliud tu, consequens est : quod enim judicat, unum et idem semper esse oportet, et secundum idem accipi quod judicatur. Corpus autem in eodem tempore et secundum eamdem partem agere in contraria, vel in alia simpliciter, non potest ; sensus autem eodem tempore in album et nigrum agit ; indivise igitur, atque adeo sine corpore est. Si enim secundum aliam et aliam sui partem nigrum et album suscepisset, nunquam a nigro album secernere potuisset ; neque enim secernit, quod a se visum est, ab eo, quod ab alio.

Enimvero et phantasiam sine corpore et indivisam esse ex eo clarum est, quod posteriores species, superiores non delent, quod,

A περὶ δὲ τοῦ νοῦ, φησὶ, καὶ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως, οὐδέπω φανερὸν, ἀλλ' ἔοικεν ἡ ψυχὴ γένος ἕτερον εἶναι, καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεσθαι χωρίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. Καὶ ἐν τῷ τρίτῳ δὲ τὰ αὐτὰ φιλοσοφεῖ, ἀπαθὲς καὶ ἀΐδιον καὶ ἀθάνατον ἀποφαινόμενος τὸν νοῦν· καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἐν τῷ αὐτῷ ἀναγράφει λόγῳ· ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων ὁμοίως συμβαλεῖν ἔστιν· ὅτι καὶ ἀθάνατον οἶδεν ὁ Ἀριστοτέλης τὴν λογικὴν ψυχὴν, καὶ χωριστὴν παντὸς σώματος.

Ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ ὁ Πλάτων τὴν λογικὴν ψυχὴν ἀθάνατον οἶδεν, περιττὸν κατασκευάζειν· ὅτι δὲ καὶ τὴν ἄλογον θνητὴν οἶδεν, ἱκανῶς ὁ Τίμαιος ἐκδιδάσκει. B Τὴν γὰρ ἄλογον ψυχὴν προσυφαινομένην τῷ λογικῷ, θνητὴν ἐναργῶς εἶναί φησιν· ἡγεμοῦν δὲ καὶ θεῖον καὶ ἀθάνατον ὅσον ἐν τοῖς θνητοῖς καὶ ζώοις, τὸ λογικόν. Ἀλλὰ γὰρ ὅτι μὲν οὐδεμίαν ψυχὴν δυνατὸν σῶμα εἶναι, οὔτε ἁπλοῦν, οὔτε σύνθετον, δῆλον ἐντεῦθεν· πᾶν γὰρ σῶμα κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, σκεδαστόν ἐστι καὶ εἰς ἄπειρα διαιρετόν· διὸ δεῖται τοῦ συνέχοντος. Τὸ τοίνυν συνέχον, πότερον σῶμά ἐστιν ἢ ἀσώματον; εἰ δὲ οὖν σῶμα, δεήσεται πάλιν κἀκεῖνο τοῦ συνέχοντος, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον. Ἀνάγκη ἄρα τὴν συνεκτικὴν τῶν σωμάτων δύναμιν, ἀσώματον εἶναι. Ἔστι δὲ ἐπὶ τῶν ἐμψύχων συνεκτικὴ τῶν σωμάτων ἡ ψυχή· ἡ ψυχὴ ἄρα ἀσώματός ἐστιν. Ἔτι δὲ καὶ ἡ ἐσχάτη τῶν γνωστικῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, ἡ αἴσθησις λέγω, ἀσώματός ἐστι, C πολλῷ μᾶλλον αἱ κρείττους. Ὅτι δὲ ἡ αἴσθησις ἀσώματος, οὕτω δείκνυσιν ὁ Ἀριστοτέλης· Οὐδὲν σῶμα, λέγων, ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ κατὰ τὸ αὐτὸ μόριον, τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἀντιληπτικόν. Ὁ γὰρ δάκτυλος οὐ δύναται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὅλου καὶ λευκοῦ καὶ μέλανος μεταλαβεῖν· οὐδὲ θερμαίνεται ἅμα κατὰ ταὐτὸν καὶ ψύχεται. Ἡ δὲ αἴσθησις ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, τῶν ἐναντίων ἀντιλαμβάνεται, καὶ οἶδεν ὅτι τόδε ἐστὶ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον, τὸ διακρίνειν ἐκ τοῦ λευκοῦ τὸ μέλαν, καθ' ὕστερον δὲ ἐκ τοῦ μέλανος τὸ λευκόν. Εἰ μὲν οὖν κατὰ τὸ αὐτὸ, δῆλον ὅτι ἀμερῶς αὐτῶν ἀντιλαμβάνεται, καὶ ἔστιν ἀσώματος· εἰ δὲ καθ' ἕτερον μόριον φῄς· ὡς ἀεὶ τοῦ μὲν ἐγὼ, τοῦ δὲ σὺ, ἔστιν ἀκόλουθον. Δεῖ γὰρ τὸ κρίνον, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ εἶναι, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ τὸ κρινόμενον προλαμβάνεσθαι. Σῶμα δὲ ἐν τῷ αὐτῷ D χρόνῳ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ μόριον, προσβάλλειν τοῖς ἐναντίοις ἢ ἁπλῶς τοῖς ἑτέροις, οὐ δύναται. Ἡ δὲ αἴσθησις κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον προσβάλλει τῷ λευκῷ καὶ τῷ μέλανι. Ἀμερῶς ἄρα προσβάλλει, καὶ διὰ τοῦτο ἀσώματος. Εἰ γὰρ καθ' ἕτερον καὶ ἕτερον μόριον, τοῦ μέλανος καὶ τοῦ λευκοῦ ἀντελάμβανε, οὐκ ἂν ἐδεήθη διακρῖναι τὸ λευκὸν ἀπὸ τοῦ μέλανος· οὔτε γὰρ διακρίνει τὸ ὑπ' αὐτοῦ ὁραθὲν, τοῦ ὁραθέντος ὑπ' ἄλλου.

Ὅτι δὲ καὶ ἡ φαντασία ἀσώματος καὶ ἀμερὴς, δῆλον ἐξ ὧν οἱ ἐπιγινόμενοι τύποι οὐκ ἀφανίζουσι τοὺς προϋπάρχοντας· ὅπερ εἴγε ἦν σῶμα, συνέβαι-

νεν ἄν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ κηροῦ. Ἀφανίζουσι γὰρ οἱ A ἐπιγινόμενοι τύποι τοὺς προϋπάρχοντας. Ἀλλὰ καὶ ἡ φυτικὴ ψυχὴ, ἥτις αἰσθήσεώς ἐστι καταδεεστέρα, καὶ αὐτὴ καὶ οἱ φωτικοὶ λόγοι δείκνυνται ἐναργῶς ἀμερεῖς ὄντες, καὶ διὰ τοῦτο ἀσώματοι. Ἐν γὰρ ἑκάστῳ μορίῳ τοῦ σπέρματος οἱ αὐτοὶ φυσικοὶ λόγοι ἀμερίστως εἰσὶν, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ παντὶ σπέρματι οἱ θρεπτικοὶ καὶ αὐξητικοὶ καὶ οἱ διαπλαστικοί. Ὥσπερ γὰρ πᾶν τὸ καταβληθὲν σπέρμα, εἰ κατασχεθείη ὑπὸ τῆς μήτρας, τέλειον τὸ ζῶον ἀποτελεῖ· οὕτω κἂν μὴ τὸ πᾶν, ἀλλὰ μόριον, οὐδὲν ἧττον ποιήσει. Εἰ τοίνυν οἱ φυσικοὶ τοῦ ζώου λόγοι σῶμα ἦσαν, οὐκ ἠδύναντο ἐν τῷ αὐτῷ μορίῳ, ἅμα καὶ οἱ τῆς κεφαλῆς, καὶ οἱ τῶν ποδῶν καὶ πάντων τῶν μορίων, εἶναι. Νῦν δέ εἰσιν, ὡς ἐν τῷδε τῷ μορίῳ πάντες, οὕτω καὶ ἐν ἄλλῳ πάντες· ἀμερίστως ἄρα ἐνυπάρχουσι πάντες B ἐν ἑκάστῳ μορίῳ· ἀσώματοι ἄρα εἰσί· τὸ γὰρ ἀμερὲς, καὶ ἀσώματον· Ὥσπερ γοῦν ἐν τῷ ὅλῳ δένδρῳ ἐστὶν ἥ τε θρεπτικὴ καὶ αὐξητικὴ καὶ γεννητικὴ δύναμις, οὕτω καὶ ἐν τῷ κλάδῳ, ἢ ἐν τῷ κλήματι, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ κεγχραμίδι.

Ἀλλ' ἴσως ἀπορήσειέ τις, πόθεν οὖν τέρατα; οὐ παρὰ τὰ ἐν δεῖνι πλεονάζειν τὸ σπέρμα. Διατί δὲ πάλιν, εἰ ἀποτμηθείη τοῦ σίτου μόριον, οὐκέτι βλαστάνει τὸ λοιπόν; διατί δὲ ὁ φλοιὸς, οὐ βλαστάνει, ἢ φύλλον. ἤ τι τοιοῦτο; καίτοι καὶ ταῦτα μόριά εἰσι τοῦ δένδρου. Λέγω οὖν περὶ μὲν τῶν τεράτων, ὅτι ὕλη ἐστὶν ἡ αἰτία· ἐπειδὴ δεῖ καὶ ἐπιτηδειότητος τῆς ὕλης κατά τε τὸ ποσὸν καὶ τὸ ποιόν. Ὕλη δὲ τῶν ζώων τὸ καταμήνιον. Αὕτη οὖν ἡ πλεονάζουσα, ἢ ἐνδέουσα, ἢ παρὰ φύσιν πεποιημένη, C τῶν τεράτων ἐστὶν ἡ αἰτία. Καὶ καθόλου δέ φημι, ὅτι αἱ δυνάμεις αὗται, εἰ καὶ ἀσώματοί εἰσιν· ἀλλ' ἐν ὑποκειμένῳ τῷ σώματι τὸ εἶναι ἔχουσι, καὶ ἵνα ὦσι δέονται σύμμετρον ἔχειν τὸ ὑποκείμενον, καὶ ποιότητι καὶ ποσότητι, οἷον ὁ κύκλος καὶ ἁπλοῦς, τὸ σῶμα δείκνυται· αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ ἄποσον ὂν καὶ ἀμέγεθες, καὶ ἁπλῶς ἀσώματον. Οὐκ ἂν δὲ συσταίη, εἰ μὴ ὑπολάβοιτο ὑποκειμένου, καὶ μεγέθει συμμέτρου καὶ ποιότητι, οἷον οὐκ ἂν ἐν μικρῷ καὶ ἀκαριαίῳ σώματι συσταίη ἂν κύκλος, οὐδὲ ἐν ὑγρῷ διαῤῥέον τι. Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος λέγω ὅτι, εἰ καὶ ἀμερεῖς οἱ λόγοι καθ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν ὑποκειμένῳ σώματι τὸ εἶναι ἔχουσιν, οὐχ ἁπλῶς δὲ πᾶν σῶμα, ἢ ὡς ἔτυχεν ἔχον, οἷόν τέ ἐστι καταδέξασθαι τοὺς λόγους, διὰ τοῦτο δεῖ καὶ ἐπιτηδειότητος τοῦ ὑποκειμένου. D Εἰ δὲ ὅλως εὑρίσκονται αἱ ἐν τῷ ὅλῳ δένδρῳ δυνάμεις, πᾶσαι ἀνελλιπῶς καὶ ἔν τισι μέρεσι· δῆλον ὅτι δι' οὐδεμίαν ἄλλην αἰτίαν, ἢ διὰ τὸ ἀμερεῖς εἶναι αὐτὰς καθ' αὑτάς. Εἰ γὰρ ἦσαν σώματα, οὔτε δὴ ἐν τῷ ἀποτμηθέντι κλάδῳ ὅλαι ἂν ἦσαν, καὶ τὸ δένδρον κολοβὸν ἂν ἦν. Εἰ δέ τις εἴποι, ἀλλὰ δύναται λέγειν, ὅτι σώματά εἰσιν ὁμοιομερῆ, δι' ὅλου ἥκοντα. Τῶν δὲ ὁμοιομερῶν τὸ αὐτό ἐστιν εἶδος ἐν τῷ μέρει, ὅπερ καὶ ἐν τῷ ὅλῳ· ὡς ἐπὶ τῆς σαρκὸς ἔχει τὸ ὁμοιομερές. Λέγομεν πρὸς τοῦτο, εἰ ἦσαν ὁμοιομερῆ σώματα, οὐκ ἂν ἐχώρησαν ὅλα δι' ὅλης τῆς ὑποκειμένης· σῶμα γὰρ διὰ σώματος χωρῆσαι ἀδύνατον. Εἰ τοίνυν αἱ καταδεέστεραι τῶν ψυ-

si ea corpus fuisset, sane contigisset, ut in cera usuvenit. Posteriores enim figuræ superiores tollunt. Sed et vegetans anima, etsi sensu deterior sit, ipsa, inquam, et vegetandi rationes sine partibus esse, atque ob eam rem incorporeæ satis aperte demonstrantur: in qualibet enim parte seminis, eædem sunt indivisæ naturales rationes, quemadmodum in toto semine, alendi, augendi et conformandi rationes. Ut enim omne immissum semen, si utero comprehensum fuerit, perfectum animal efficit; ita etsi non totum, sed pars, nihilominus efficiet: at si naturales animantis rationes corpus essent, non possent in eadem parte simul, capitis, pedum, et reliquarum partium rationes inesse. Jam vero sunt velut in hac parte omnes, itidemque in alia omnes; indivisæ igitur in qualibet parte insunt omnes: ergo incorporeæ sunt: quod enim partibus, id et corpore caret. Quemadmodum igitur et in tota arbore, altrix, auctrix et gignendi facultas est: sic etiam in ramo, et in palmite, et in ipso flci grano.

Et quæsierit fortasse quispiam, unde igitur monstra? non enim quod in aliquo abundet semen. Sed rursus, cur elisa grani particula reliquum deinde non germinat? cur autem cortex, vel folium vel quidpiam ejusmodi non germinat? [etsi hæ quoque partes sint arboris. De monstris itaque dico, horum causam esse materiam: hujus enim accommodatione, tum quantitatis, tum qualitatis opus est. Materia autem, menstruum est animalium: hæc igitur si abundet, vel deficiat, vel præter naturam fuerit, monstrorum causa est. Atque universe dico, hasce postestates, etsi incorporeæ sunt, esse tamen in subjecto corpore, atque ut sint, accommodato sibi, et quantitate et qualitate, subjecto indigere. Quemadmodum circulus etiam simplex. corpus ostendit, qui per se ipse quidem quantitate ac magnitudine caret, et plane incorporeus est: at constare non potest, nisi subjectum et magnitudine, et qualitate sibi accommodum nactus fuerit: nam in parvo et exili corpore constare circulus nequit, neque in humido aliquid fluens. Sic igitur et in re præsenti dico: etsi per se indivisæ sint rationes, postquam tamen in subjecto corpore sunt, neque simpliciter, omne corpus nisi ut comparatum est, rationes suscipere potest: propterea subjecti accommodatione opus est. Sin autem quæ in tota sunt arbore potestates, omnes plenæ atque integræ etiam in quibusdam partibus inveniuntur, nullam id aliam ob causam fit, quam quod per se indivisæ sunt: si enim corpora essent, non omnes in abscisso ramo essent, ipsaque arbor manca et mutila foret. Si quis autem retorqueat; sed proclive dictu est, eas esse corpora similium partium, quæ totum pervadant: eorum vero quæ similibus constant partibus eamdem esse formam in parte, quæ in toto, ut in carne se habet illa partium similitudo. Sed respondemus: si potestates illæ similium partium corpora essent, nunquam tota per totam rem

subjectam pertransissent. Corpus enim, corpus penetrare non potest. Si ergo ignobiliores illæ animæ potestates, sine corpore sunt, multo magis rationis compos, longe istis præstantior. Ac sine corpore esse, communibus illis argumentis demonstratum est : sed hoc insuper de ipsa peculiare dicimus. Nullum corpus seipsum cognoscit, neque ipsum ad se convertitur : non enim manus aut aliud corpus se novit ; sed neque ratione cassæ potestates, etsi incorporeæ sint, seipsas norunt ; non visus, vel auditus, non omnes denique sensus : neque item inquirunt cujus sint naturæ ; sed ratio est, quæ de ipsis inquirit. At se ipsa novit rationis compos anima ; ipsa igitur est, quæ inquirit, et de qua inquiritur ; ipsa est, quæ reperit, et quæ reperitur ; quæ cognoscit, et quæ cognoscitur. Hanc igitur sine corpore esse perspicue ostendimus. Præterea, quæ in subjecto corpore sunt, potestates, una cum corpore invalescunt et obsolescunt. Tales igitur sunt sensus ; tum et irascens, et concupiscens : contra vero rationabilis anima, marcescente corpore viget ipsa, et floret. Non est igitur in corpore tanquam in subjecto.

A χικῶν δυνάμεων ἀσώματοι πολλῷ μᾶλλον ἡ λογικὴ, κρείττων οὖσα πολλῷ. Ὅτι γὰρ καὶ αὐτὴ ἀσώματος, δέδεικται μὲν καὶ διὰ τῶν κοινῶν λόγων. Λέγομεν δὲ καὶ ἴδια ἐπὶ αὐτῆς οὕτως. Οὐδὲν τῶν σωμάτων αὐτὸ ἑαυτὸ γινώσκει, οὐδὲ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέφεται. Οὐ γὰρ οἶδεν ἑαυτὴν ἡ χεὶρ, ἢ ἄλλο τι τῶν σωμάτων· ἀλλ' οὐδὲ αἱ ἄλογοι δυνάμεις, καίτοι ἀσώματοι οὖσαι, ἑαυτὰς ἴσασιν. Οὐ γὰρ οἶδεν ἑαυτὴν ἡ ὄψις ἢ ἡ ἀκοή· ἢ ἁπλῶς αἴσθησις· οὐδὲ ζητεῖ ποίας ἐστὶ φύσεως, ἀλλ' ὁ λόγος ἐστὶν ὁ περὶ αὐτῶν ζητῶν, ἡ μέν τοι ψυχὴ ἡ λογικὴ, αὐτὴ ἑαυτὴν γινώσκει· αὐτὴ γοῦν ἐστιν ἡ ζητοῦσα, αὐτὴ ἡ ζητουμένη· αὐτὴ ἡ εὑρίσκουσα, αὐτὴ ἡ εὑρισκομένη· ἡ γινώσκουσα καὶ γινωσκομένη· ἀσώματος ἄρα ἐναργῶς ἀποδέδεικται. Ἔτι αἱ ἐν ὑποκειμένῳ τῷ σώματι δυνάμεις, συνακμάζουσί τε τῷ σώματι καὶ B συναμαυροῦνται. Τοιαῦται γοῦν αἱ αἰσθήσεις, θυμὸς, ἐπιθυμία. Ἡ δὲ λογικὴ ψυχὴ τὸ ἐναντίον, μαραινομένου τοῦ σώματος αὐτὴ ἀκμάζει· οὐκ ἄρα ἐν ὑποκειμένῳ ἐστὶ τῷ σώματι·

Deinde nihil id molitur, ut subjectum sibi corrumpat : omnia enim esse expetunt. At rationabilis anima corpus contemnit, et virtutis exercitamentis ipsum edomans, id penitus sæpenumero abjicit. Non igitur in subjecto corpore habet ut sit. Præterea demonstrandum est rationis compotem animam, substantiam habere ab omni corpore segregatam : reliquas autem in corpore esse : et in spiritali quidem, ratione præditam, in hoc vero vegetatricem. Normam et regulam tradit Aristoteles de anima, et cæteris omnibus, et iis, qui eam mortalem putant, consentientem : hæc porro est. Ab actionibus, inquit, de substantiis ferendum est judicium, quando substantia quælibet actionem habet affinem sibi, et generis ejusdem. Quomodo ergo, inquit, substantia, quæ nullam habet actionem a corpore separabilem, necessario neque substantiam habebit a corpore separabilem ? Si enim, cum substantiam habeat inseparabilem, nullam sine corpore actionem habebit; postquam a corpore sejuncta fuerit, non habebit, in quod agat, itaque frustra erit. Fieri ergo non potest, ut separabilis substantia nullam habeat sine corpore actionem.

Ἔτι οὐδὲν τὸ ἑαυτοῦ σπουδάζει φθεῖραι ὑποκείμενον. πάντα γὰρ τοῦ εἶναι ἐφίεται. Ἡ δὲ λογικὴ ψυχὴ καταφρονεῖ τοῦ σώματος· τοῖς τε δι' ἀρετὴν πόνοις αὐτὸ δαμάζουσα, καὶ τὸ σύνολον πολλάκις προϊεμένη· οὐκ ἄρα ἐν ὑποκειμένῳ τῷ σώματι τὸ εἶναι ἔχει. Ἐπὶ τούτοις δεῖ δεῖξαι, ὅτι ἡ μὲν λογικὴ ψυχὴ ἐξῃρημένην ἔχει τὴν οὐσίαν παντὸς σώματος· αἱ δὲ λοιπαὶ ἐν σώματι τὸ εἶναι ἔχουσι· καὶ ἐν μὲν τῷ πνεύματι ἡ ἄλογος· ἡ δὲ φυτικὴ ἐν τούτῳ. Ὅτι C κανόνα παραδίδωσιν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, τοῖς τε ἄλλοις πᾶσι, καὶ τοῖς θνητὴν νομίζουσιν αὐτὴν συναρέσκοντα. Ἔστι δὲ ὁ κανὼν οὗτος. Δεῖ, φησὶν, ἐκ τῶν ἐνεργειῶν τὰς οὐσίας κρίνειν· ἐπειδὴ καὶ ἑκάστη οὐσία σύστοιχον ἔχει τὴν ἐνέργειαν. Πῶς οὖν, φησὶν, οὐσία, μηδεμίαν ἔχουσα ἐνέργειαν χωριστὴν σώματος, ἐξ ἀνάγκης οὐδὲ τὴν οὐσίαν ἕξει χωριστὴν σώματος; Εἰ γὰρ χωριστὴν ἔχουσα τὴν οὐσίαν, μηδεμίαν ἐνέργειαν ἔχοι χωρὶς σώματος· ἐπειδὰν χωρισθῇ σώματος, οὐχ ἕξει περὶ ὃ ἐνεργήσει· ὥστε μάτην ἔσται. Οὐκ ἄρα δυνατὸν τὴν χωριστὴν οὐσίαν μηδεμίαν ἔχειν ἐνέργειαν χωρὶς σώματος.

A Tunc enim agens contra patitur, cum ejusdem est materiæ cum patiente, Quando igitur mens non est ejusdem materiæ cum materiatis, nihil necesse est, ut patiatur a materiatis, cum ea cognoscit: agit enim opifex Deus cum nobis benefacit, nihil tamen a nobis vicissim patitur. Quare illa tantum agentia invicem patiuntur, quæ sunt ejusdem materiæ cum patientibus. Menti etiam proprium est ut substantia agat: sciens enim, neque scientia tantum est, neque anima, sed temperamentum ex utroque; ex anima enim et scientia coalescit; et respondet materiæ quidem anima, formæ vero scientia. Et quoniam in omni re forma magis est substantia, quam materia; si quidem forma magis est substantia, quam materia: et B rerum omnium principium Deum Græci prædicant et materiam, Deum tanquam formam agnoscentes: Deum ergo magis esse substantiam quam sit materia, dicunt et ipsas substantias Deum esse, si quidem nulla materia in rebus est sine forma. Quod dogma ut impium respuendum est. Essentia igitur scientis est scientia. Et si sciens secundum scientiam operatur, ostensum est eam scientis esse essentiam. Idcirco igitur essentia operari dicitur, quia scientis essentia est scientia; non enim secundum magnam et excelsam illam propositionem, tanquam in Deo, ipsam substantiam actu esse: in animis enim et secretis a materia substantiis, præter primam causam, et essentia est, et potestas, et actio. Essentia ergo agere dicitur, quia scientia, quasi essentia dicitur animæ. A potiore C igitur parte mentem appellavit: quia enim actu sive efficacia operatur mens, et cum sit actus, operatur, præstat autem in omnibus actio et substantia; eam ob rem, cum significare vellet, actu mentem agere, dixit essentia, a potiori tanquam a genere præstantiore totum designans, ut *Teucer charum caput*. Hoc igitur convenit menti humanæ, quæ actus est. Cum enim actus sit, intelligit; at quæ foris, inde actus est, et tertium ipsi convenit, quia mens semper intelligit, non ut Plotinus arbitratur, quia semper, in omnibus, omnimodis ipsa intelligit. Non enim unum numerorum, qui mens dicitur, semper cogitat: sed quia humana, quæ in universo mundo est mens, semper intelligit. Etsi enim ego non cogito, alius tamen cogitat, et suc- D cessione ac vicibus fit cogitatio intellectione sempiterna, ne Dei apud nos splendor deficiat, qui semper intelligere dicitur, quia semper intelligere potest: qui enim mente seu intellectu præditus est, qualibet hora intelligit. Hoc itaque humanæ menti inest: mens enim quæ foris, numero una et singularis omnia intelligit. Sed de his hactenus. In uno homine, potestate natura, prius est actu, at non in toto mundo: nam in toto mundo, ut quidam aiunt, non est posterius alio neque prius; neque quod est potestate, eo quod actu; neque quod

(8*) Lego ἀθάνατον.

actu, eo quod est potestate. Si enim, ut sensit Aristoteles, mundus est æternus, nullus est alio prius, sed ejusdem temporis sunt omnia. Cum igitur separata mens et secundum actum fuerit : tunc fit id quod est ; hoc est propria mens : idque solum et immortale et æternum est. At anima brutorum et plantarum perpetua quidem, sed non æterna. Immortalis vero seu perpetua dicitur, etsi corruptibilis et non æterna censetur, quia non quatenus anima est corrumpitur, sed quatenus est in corpore : quare et Plato omnem animam immortalem dicit : quod de vegetante et sentiente dicit. E diverso, materia æterna est, at non immortalis quare mens æterna dicitur, ut et immortalitas. Ait præterea a sensu et intelligentia discrepare phantasiam, quia hæc interjecta est, illæ vero utrinque se habent : a sensu enim phantasiæ principium est : huic enim sensus initium dat, huic vero intelligentiæ. Nam sine phantasia, non potest intellectus agere ; hocque est phantasiæ, cum sensu et intellectu discrimen. Opinionis præterea et phantasiæ differentiam proponit, quia informare nobis cum libet et quodlibet possumus. Trium enim vel viginti cubituum hominem cogitare et fingere possumus ; tum et tragelaphum et hippocentaurum : at opinari quæ libet, plane non possumus. Nam bis duo, decem dicere possumus : existimare autem non possumus, ut in nostra potestate sit phantasia, non item opinio. Sed si verum amamus, neque nostri est arbitrii phantasia : nam quæ nobis eveniunt dormientibus, non est nostræ spontis ; non enim quæ volumus ea in somnis imaginamur : quid autem in somnis ? sed neque vigilantibus nobis, omnis est in nostra potestate phantasia : cum enim ea, quæ sunt, ut quæ sunt cogitamus, non possumus, nisi ut sunt ea cogitare. Ut si nobis Socratem informemus, lepidum, album et comatulum nobis ipsum informare non possumus, sed calvum, nigrum et obeso ventre, quod accuratum discrimen est.

A ὁ νοῦς ἀΐδιος λέγεται, ὡς καὶ ἀΐδιος καὶ ἀθάνατος. Ἔτι φησὶ διαφέρειν φαντασίαν αἰσθήσεως καὶ διανοίας, καθὸ ἡ μὲν μέση τούτων ἐστὶ, τὰ δὲ παρ' ἑκάτερα· ἄρχεται μὲν γὰρ ἡ φαντασία ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως· ἀρχὰς γὰρ ἡ αἴσθησις δίδωσι τῇ φαντασίᾳ· ἐκείνη δὲ τῇ διανοίᾳ ἀρχὰς δίδωσιν. Ἄνευ γὰρ φαντασίας οὐ δύναται ἡ διάνοια ἐνεργῆσαι. Καὶ ταύτῃ διαφέρει φαντασία αἰσθήσεως καὶ διανοίας. Πρὸς τούτοις λέγει δόξης καὶ φαντασίας διαφοράς· ὅτι φαντασθῆναι μὲν ὅτε καὶ θέλομεν δυνάμεθα. Καὶ γὰρ τρίπηχυν καὶ εἰκοσάπηχυν ἄνθρωπον φανταζόμεθα καὶ δυνάμεθα ἀναπλάσασθαι καὶ τραγέλαφον καὶ ἱπποκένταυρον. δοξάσαι δὲ ἃ θέλομεν, οὐ πάντως δύναμεθα. Τὸ γὰρ δὶς δύο εἰπεῖν μὲν δέκα δυνάμεθα, δοξάσαι δὲ οὐ δυνάμεθα, ὥστε ἡ μὲν φαντασία ἐφ' ἡμῖν, ἡ δὲ δόξα οὐκ ἐφ' ἡμῖν· Εἰ δὲ δεῖ ταληθῆ εἰπεῖν, οὐδὲ φαν- B τασία ἐφ' ἡμῖν ἐστιν· ἡ γὰρ ἐν τῷ καθεύδειν γινομένη, οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Οὐ γὰρ ἃ θέλομεν ἐν τοῖς ὕπνοις φανταζόμεθα· καὶ τί λέγω ἐν τῷ καθεύδειν; ἀλλ' οὔτε πᾶσα ἐν τῷ ἐγρηγορέναι. Ὅτε γὰρ τὰ ὄντα ὡς ὄντα φανταζόμεθα, οὐ δυνάμεθα, εἰ μὴ ὡς ἔχουσι, φαντάζεσθαι αὐτά. Οἷον τὸ Σωκράτην εἴ προθῶμαι (9) φαντάζεσθαι, οὐ δυνάμεθα αὐτὸν φαντασθῆναι ἀστεῖον καὶ λευκὸν καὶ κομῶντα, ἀλλὰ πάντως φαλακρὸν καὶ μέλανα καὶ προγάστορα, ὥστε ἡ ἀκριβὴς διαφορὰ αὕτη ἐστίν.

Cum id omne, inquit, quod movetur, in loco esse, affirmat Aristoteles, cœlum inerrantium stellarum moveri fatetur ; at in loco esse negat, vel quia etsi non totum, ut totum, sed quia partes ipsius in loco, non quia natæ sint non contineri, sed quia supra ipsas nullum est corpus, ut et totum cum ipso in se concludatur. In anima vero nihil est ejusmodi, sed ejus natura est, non contineri loco.

Anima per se immota est : ex accidenti vero dici possit seipsam movere, idque solo motu ad locum : quando enim ipsa corpus movet, et in ipso sunt : quæ moventur, moto corpore, cum eo movebitur. Itaque secundum accidens seipsam movet, quia corpus, in quo est ; at per se et se secundum substantiam, neque movetur, neque in loco est : motu igitur ad locum ex accidenti movere se anima dici potest, alio præterea nullo. Neque enim mutato corpore immutatur, sed nec augetur, nec minuitur.

Brutorum et plantarum animam quoque sæpenumero vocat Aristoteles, et cum rationali comprehendit. Sæpe vero solam hanc animam vocat, interdum etiam mentem animam appellat, rursus

C Ὅτι πως φησὶ, λέγων Ἀριστοτέλης, πᾶν τὸ κινούμενον ἐν τόπῳ μὲν εἶναι, αὐτὸς τὴν ἀπλανῆ, κινουμένην μὲν ὁμολογεῖ, ἐν τόπῳ δὲ μὴ εἶναι· ἢ ὅτι κἂν μὴ ὅλη ὡς ὅλη, ἀλλ' ὅτι τὰ μέρη αὐτῆς ἐν τόπῳ· οὐχ ὅτι πέφυκε μὴ περιέχεσθαι· ἀλλ' ὅτι μὴ ἐπέκεινα αὐτῆς σῶμά ἐστιν· ἵνα καὶ τὸ πᾶν αὐτῇ περικοιλαίνηται ἐν αὐτῷ. Ἐπὶ δὲ ψυχῆς οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλ' ἡ φύσις αὐτῆς ἐστι τὸ μὴ τόπῳ περιγράφεσθαι.

Ὅτι ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν ἀκίνητός ἐστι· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἑαυτὴν κινεῖν λέγοιτ' ἂν· καὶ τότε μόνην τὴν κατὰ τύπον κίνησιν. Ἐπειδὴ γὰρ κινεῖ μὲν αὕτη τὸ σῶμα· ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ κινουμενα· κινουμένου δὲ τοῦ σώματος συγκινηθήσεται αὐτῷ· ὥστε κατὰ συμβεβηκὸς ἑαυτὴν κινεῖ· τῷ τὸ σῶμα, ἐν ᾧ ἐστι· καθ' ἑαυτὴν δὲ, καὶ κατ' οὐσίαν οὔτε κινεῖ- D ται, οὔτε ἐν τόπῳ ἐστί. Τὴν οὖν κατὰ τόπον κίνησιν λέγοιτ' ἂν μόνον κινεῖν ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ κατὰ συμβεβηκὸς, ἄλλην δὲ οὐδεμίαν. Οὔτε γὰρ ἀλλοιοῦται τοῦ σώματος ἀλλοιολμένου, οὔτε αὔξεται ἢ μειοῦται.

Ὅτι πολλάκις ὁ Ἀριστοτέλης ψυχὴν καλεῖ, ἅμα καὶ τὴν ἄλογον καὶ τὴν φυτικὴν, συλλαμβάνων τῇ λογικῇ. Πολλάκις δὲ μόνον τὴν λογικήν· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ αὐτὸν τὸν νοῦν ψυχὴν ὀνομάζει, ἐπονομάζει δὲ

(9) Leg. προθῶμεθα.

πάλιν ἰδιαζόντως τὴν ψυχὴν τὴν ἄλογον καὶ τὴν φυτικήν. Πολυσήμου τοίνυν τῆς ψυχῆς παρὰ Ἀριστοτέλους λαμβανομένης, δεῖ ἑκάστῳ σημαινομένῳ τὰ οἰκεῖα ἀφορίζειν καὶ ἀπονέμειν· καὶ μὴ συγχεῖν διὰ τῆς ὁμωνυμίας τῆς φωνῆς καὶ τῶν πραγμάτων τὸ διῃρημένον καὶ ἀσύγχυτον. Ὥσπερ γὰρ τὸ ὑφαίνειν τυχὸν τοῦ ζώου ἐστὶ κατὰ τὸ σῶμα· οὕτω καὶ τὸ διανοεῖσθαι τοῦ ζώου ἐστὶ κατὰ ψυχήν. Διὸ τοῦ ζώου φθειρομένου, οὐδὲν τούτων ἕξει ἡ ψυχὴ, ἅπερ ἐκ τῆς συμπλοκῆς τῆς πρὸς τὸ σῶμα αὐτῇ ἐπεγένετο· ὥστε οὐδὲ μνημονεύει. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα μὲν παραῤῥέουσά ἐστιν ἡ γνῶσις αὐτῆς, καὶ δεῖται μνήμης εἰς κατοχὴν τῶν ἐγνωσμένων. Μετὰ δὲ τὸ σῶμα, ἅτε ἑστῶσαν ἔχουσα τὴν γνῶσιν, καὶ αὐτοῖς προσβάλλουσα τοῖς πράγμασι, μνήμης οὐ δεῖται· μνήμη γάρ ἐστιν ἡ τῶν πάλαι ἐγνωσμένων.

Ὅτι φησὶν Ἀριστοτέλης, ὅταν μὴ ἄρχῃ ὁ νοῦς, ἀλλὰ παρὰ φύσιν ἔχει ὁ ἄνθρωπος, τότε τῆς τάξεως ἀντιστραφείσης, ἕπονται ταῖς κράσεσι τοῦ σώματος αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις. Ὅταν δὲ ὁ νοῦς ἄρχῃ, τότε κατὰ φύσιν ἔχοντος τοῦ ἀνθρώπου, οὐκέτι ταῖς κράσεσι τοῦ σώματος ἀκολουθοῦσιν αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις, ἀλλ' ἕπεται τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα.

Ὅτι τὴν Θαλοῦ δόξαν περὶ ψυχῆς ἀνατρέπων, ὅστις ἔλεγε παντὶ σώματι μεμίχθαι τὴν ψυχὴν ὡς παρεῖναι σῶμα ἔμψυχον. Πρῶτον μὲν, τί δή ποτε, φησὶν, ἐν παντὶ σώματι οὔσης ψυχῆς, τὰ μὲν ἐστὶ ζῶα, τὰ δὲ οὔ; εἶτα, διατί τῶν ἁπλῶν οὐδὲν ἐστι ζῶον; καί τοι ἔδει μᾶλλον ταῦτα. Ἐν γὰρ πυρὶ οὖσα, καὶ ἐν ἀέρι, ἅτε καθαρωτέροις καὶ λεπτομερεστέροις σώμασιν οὖσα, βέλτιον ἂν εἴη ἐν τούτοις ἡ ψυχὴ, τῶν συνθέτων, ὅθεν καὶ μᾶλλον διαφαίνεσθαι ἑαυτῆς ὤφειλον αἱ ἐνέργειαι. Καὶ ἄλλα δὲ πλείω συνεπάνει τῇ ὑπολήψει ταύτῃ ἑπόμενα ἄτοπα.

Ὅτι ἐπεὶ πλείους καὶ διάφοροι τῆς ψυχῆς ἐνέργειαι, ζητεῖ ὁ Ἀριστοτέλης, πότερον μιᾶς οὔσης καὶ ἀμερίστου τῆς ψυχῆς, κατ' οὐσίαν ἐκ ταύτης αἱ διάφοροι δυνάμεις καὶ ἐνέργειαι προέρχονται· ὡς τὴν αὐτὴν εἶναι κατ' οὐσίαν, καὶ μίαν τῷ ἀριθμῷ, καὶ θρεπτικὴν, καὶ αὐξητικὴν, καὶ γεννητικὴν, καὶ λογικὴν, καὶ θυμικὴν, καὶ ἐπιθυμητικήν. Καὶ καθάπερ ἡ τοῦ πυρὸς οὐσία μία καὶ ἡ αὐτή ἐστιν· ἐξ ἧς ἡ καυστική τε καὶ ξηραντικὴ, καὶ φωτιστικὴ πρόεισι δύναμίς τε καὶ ἐνέργεια, ἤ τις ἄλλη δύναμις ψυχικὴ, ἢ μεριστή ἐστιν ἡ ψυχὴ, καὶ κατὰ ἄλλο καὶ ἄλλο μόριον αὐτῆς ἑκάστη τῶν ἐνεργειῶν τούτων γίνεται. Φησὶ δὲ ὁ Ἀριστοτέλης οὐκ ἀρεσκόμενος τῷ δόγματι, ἀλλ' ἐγκαλῶν τῷ Τιμαίῳ παρὰ τὰ μόρια τοῦ σώματος διαιροῦντι καὶ τὴν ψυχήν. Καὶ γὰρ οὐδ' αὐτὸς βούλεται μίαν οὐσίαν εἶναι τῆς ψυχῆς. ἀλλ' ἐκ διαφόρων μὲν οὐσιῶν συγκεῖσθαι ταύτην· ἡνωμένων δὲ ἀλλήλαις καὶ συνεχῶν οὕτως, ὡς μίαν γίνεσθαι αὐτῶν συμπάθειαν. Διαβαίνει γάρ τι καὶ ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὰ πάθη, καὶ ἐξ ἐκείνων εἰς τὸν λόγον. Τότε γὰρ ὑποτετάχθαι τὰ πάθη, καὶ εἴκειν τῷ λόγῳ, ἄνωθεν ἐκ τῆς τοῦ λόγου συλλήψεως αὐτοῖς ἐφήκει. Τότε πρὸς τὰς οἰκείας ἐνεργείας ἐμποδίζεσθαι τὸν λόγον, ἐκ τῆς πρὸς τὰ πάθη σχέσεως αὐ-

A proprie animam irrationalem et vegetantem nominat. Cum ergo multiplici in significatu animam accipiat Aristoteles, cuilibet significato quod proprium est, definiendum et attribuendum est : neque vocum, nominum et rerum similitudine commiscendum, quod discretum et non confusum est. Quemadmodum enim texere, puta, animalis est secundum corpus : sic intelligere, animalis est, per animam. Quare animali corrupto, nihil eorum habebit anima, quæ ex conjunctione corporis habebat. Sed neque meminit. Hinc enim affluit ejus cognitio, et memoria indiget, ad retinenda quæ cognovit : at soluta corpore, ut stabilem habens cognitionem et res ipsas attingens, nihil eget memoria, nam antea cognitorum memoria B est.

Cum mens non imperat, ait Aristoteles, sed præter naturam se habet homo, tunc ordine perverso temperaturam corporis animæ potestates assectantur. Cum vero mens imperat, tunc homine secundum naturam affecto, non jam temperiem corporis sequuntur animæ facultates, sed animam corpus ipsum sequitur.

Thaletis Milesii opinionem de anima convellit qui omni corpori esse immistam animam commentus est, ut sit corpus vivens. Primum enim, cur, inquit, cum in omni corpore sit anima, hæc animalia sunt, illa non sunt? Deinde, cur nullum elementorum animal est? tametsi ea magis oportebat animalia esse. Si enim in igne et in aere fuisset, C melius in his, utpote prioribus et subtilioribus corporibus fuisset, quam in compositis; unde ipsius actiones clarius eluxissent. Iis deinde alia connectit absurda quam plurima, quæ ex Thaletis opinione sequuntur.

Cum multæ sint et differentes animæ actiones quærit Aristoteles, utrum cum una sit et indivisa anima secundum substantiam, ex ipsa differentes illæ potestates et actiones proficiscantur, ut eadem sit substantia et numero una, altrix, auctrix, generatrix, rationalis, irascens et concupiscens : quemadmodum ignis substantia una et eadem est, ex qua urendi, exsiccandi et illuminandi vis et actio promanat : vel alia est animæ potestas, vel anima dividi potest, et secundum aliam et aliam ipsius partem quælibet harum operationum fit. Id porro D dicit Aristoteles, nequaquam illi doctrinæ assentiens, sed Timæum reprehendens, qui ad partes corporis animam quoque dividebat : nam neque ipse unam esse vult animæ substantiam, sed ex diversis eam substantiis concretam verum inter se coalitis, et ita cohærentibus, ut una sit earum affectio. A ratione quippe in illas affectiones, et ab illis in rationem aliquid transit : interdum enim perturbationibus, ut subjiciantur et rationi pareant, ex rationis comprehensione accidit : aliquando in suis operibus rationem impediri ex habitu ipsarum et nexu cum perturbationibus, contingit. Sic igitur anima una est substantia, ut et totum homi-

nem unius esse substantiæ dicimus, et quæcunque ex materia et forma constant : quia quod neque irrationalis anima omnis unius est substantiæ, ostendit inter se sæpe dissidere perturbationes, iram dico et cupiditatem : at nihil horum pugnat. Sæpenumero igitur ad rationem magis ira pertinet, ut ei affinior propter ambitionem. Obsistit autem et renititur cupiditas, quia secundum accidens, inquit, in similium partium partes anima dividitur : quod enim in corpore dividantur, ipsa quoque una dividitur, ut in plantis et insectis.

Irrationalis anima et vegetans, vis ex se movens corporis dici potest, ut forma in materia, et tanquam substantia sua subjectum perficiens, et ab ipso inseparabilis· Cujus enim perfectio erit vegetans anima, si a corpore separetur? Entelechia quoque rationalis anima dici potest, non quod substantia perficiat subjectum, sed quod actione : ut gubernator navem perficit et regit, qua re ab ipso separari potest. Verum et aliquo modo rationalis etiam anima dici potest a corpore inseparabilis, qua est entelechia. Nam actiones, per quas animal perficit ipsum movens hoc vel illo modo, habet a corpore inseparabiles : ubi enim ex ipso excesserit, non his amplius utetur. Has enim ex habitu ad corpus, habuit. Itaque hoc pacto, qua entelechia est, hoc dico, secundum hasce actiones, a corpore separari non potest. Quemadmodum gubernatoris, ut gubernator est, actiones a navi separari non possunt, et separatur homo. Ut gubernator quidem, etsi agat, simul a navi sejunctus est, corruptas habet ejusmodi actiones.

Omnium vegetantis animæ potestatum nobilissimam aiunt esse vim generandi, secundam auctricem, tertiam altricem : nam speciem conservare altricis opus est : tandiu enim vivimus, quandiu alimur. Auctricis autem est, ad perfectum et naturalem modum deducere ad quem cum evaserint animalia ;et plantæ, ad præstantissimum naturæ finem, hoc est, ad generandi potestatem, pervenerunt. Is enim est naturæ ultimus et perfectissimus scopus propter æternitatis et immortalitatis in genitis animalibus cupiditatem, quæ successione comparatur. Auctrix itaque rationem habet materiæ ad generandi vim, ad auctricem vero altrix.

Ad Aristotelis animum, mens entelechia corporis dici potest : ideoque ab eo separari nequit, non substantia, neque omnibus suis actionibus, sed iis tantum, quas ex habitu et affectione ad corpus, habet. Quarum præcipuæ sunt effectivæ, hæ autem actiones separari a corpore non possunt : nam simul ac corruptum est corpus,una quoque pereunt hæ mentis actiones, quas ex conjunctione corporis habebat : et quemadmodum gubernator, qui navis motio est, quia non tantum gubernator, sed etiam homo est, et qua homo est, manens actus seu mo-

A τῶν περιγίνεται. Οὕτως οὖν μία οὐσία ἡ ψυχή, ὡς καὶ τὸν ὅλον ἄνθρωπον μιᾶς εἶναί φαμεν οὐσίας, καὶ ἁπλῶς, τὰ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους· ἐπεὶ ὅτι γε οὐδὲ ἡ ἄλογος ψυχὴ πᾶσα μιᾶς ἐστιν οὐσίας, δεικνύει τὸ μάχεσθαι ἀλλήλοις πολλάκις τὰ πάθη, θυμὸν λέγω καὶ ἐπιθυμίαν· οὐδὲν δὲ αὐτῶν μάχεται. Πολλάκις γοῦν πρὸς τοῦ λόγου μᾶλλον ὁ θυμὸς, μᾶλλον γίνεται, ὡς συγγενέστερος διὰ τὸ φιλότιμον. Ἀνθέλκει δὲ ἡ ἐπιθυμία. Ὅτι κατὰ συμβεβηκὸς, φησὶν, εἰς ὁμοιομερῆ διαιρεῖται μέρη ἡ ψυχή· τῷ γάρ τοι ἐν τῷ σώματι διαιρεῖσθαι, καὶ αὐτὴ συνδιαιρεῖται, ὡς ἐπὶ τῶν φυτῶν καὶ τῶν ἐντόμων.

Ὅτι ἡ μὲν ἄλογος ψυχὴ καὶ ἡ φυτικὴ, ἐντελέχεια λέγοιτ' ἂν τοῦ σώματος, ὡς εἶδος ἐν ὕλῃ, καὶ ὡς οὐσίᾳ τελειοῦσα τὸ ὑποκείμενον, καὶ ἀχώριστος ὑπάρ- B χουσα αὐτοῦ. Τίνος γὰρ ἔσται τελειότης ἡ φυτικὴ ψυχὴ χωρισθεῖσα τοῦ σώματος; Ἐντελέχεια δὲ καὶ ἡ λογικὴ ψυχὴ λέγοιτ' ἂν, οὐχ ὡς τῇ οὐσίᾳ τελειοῦσα τὸ ὑποκείμενον, ἀλλὰ τῇ ἐνεργείᾳ. Καὶ ὡς ὁ κυβερνήτης τὸ πλοῖον τελειοῖ καὶ τάττει· διὸ καὶ χωριστή ἐστιν αὐτοῦ. Δύναται μέν τοι κατά τινα τρόπον λέγεσθαι καὶ ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀχώριστος εἶναι τοῦ σώματος, καθό ἐστιν ἐντελέχεια. Τὰς γὰρ ἐνεργείας καθ' ἃς τελειοῖ τὸ ζῶον, κινοῦσα αὐτὸ τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε, ἀχωρίστως ἔχει τοῦ σώματος. Ἐξελθοῦσα γὰρ αὐτοῦ, οὐκέτι ταύτας ἐνεργήσει· εἶχε γὰρ αὐτὰς ἐκ τῆς σχέσεως τῆς πρὸς τὸ σῶμα· ὥστε ταύτῃ καθὸ ἐντελέχειά ἐστι, λέγω δὴ κατὰ τάσδε τὰς ἐνεργείας, ἀχώριστος ἂν εἴη τοῦ σώματος· ὥσπερ καὶ τοῦ κυβερνήτου αἱ ὡς κυβερνήτου ἐνέργειαι τοῦ πλοίου εἰσὶν ἀχώριστοι, καὶ χωρίζεται μὲν ὁ ἄνθρω- C πος. Ὡς μέν τοι κυβερνήτης ὢν ἐν ἐνεργείᾳ ἅμα τε κεχώρισται τῆς νεὼς,καὶ ἐφθαρμένας ἔχει τὰς τοιαύτας ἐνεργείας.

Ὅτι κρείττων, φασὶ, πασῶν καὶ τιμιωτέρα τῶν τῆς φυτικῆς ψυχῆς δυνάμεων ἡ γυνητική· δεύτερον δὲ ἡ αὐξητικὴ, καὶ τρίτον ἡ θρεπτική. Τῆς μὲν γὰρ θρεπτικῆς ἔργον ἐστὶ τὸ σώζειν τὸ εἶδος· μέχρι γὰρ τοσούτου σωζόμεθα, ἕως ἂν τρεφώμεθα. Τῆς δὲ αὐξητικῆς, τὸ εἰς τὸ τέλειον καὶ κατὰ φύσιν μέτρον ἀγαγεῖν, εἰς ὃ γενόμενα τά τε ζῶα καὶ τὰ φυτὰ, ἐπὶ τὸ σκοπιμώτατον τῆς φύσεως τέλος, λέγω δὴ τὴν γεννητικὴν δύναμιν, παραγίνεται. Οὗτος γὰρ τῆς φύσεως ὁ τελικώτατος σκοπὸς διὰ τὴν ἔφεσιν τῆς ἀϊδιότητος τῆς ἀθανασίας τοῖς γεννητοῖς ζώοις, ἐπισκευαστῆς τῇ διαδοχῇ γενομένης· ὥστε ἡ μὲν αὐ- D ξητικὴ ὕλης ἐπέχει λόγον πρὸς τὴν γεννητικήν. Πρὸς δὲ τὴν αὐξητικὴν ἡ θρεπτική.

Ὅτι ὁ νοῦς κατὰ Ἀριστοτέλην δύναιτ' ἂν ἐντελέχεια τοῦ σώματος λέγεσθαι, καὶ κατὰ τοῦτο ἀχώριστός ἐστι τοῦ σώματος, οὔτε τῇ οὐσίᾳ, οὔτε πάσαις αὐτοῦ ταῖς ἐνεργείαις. ἀλλὰ ταύταις, ἃς ἴσχει ἐκ τῆς σχέσεως τῆς πρὸς τὸ σῶμα, ὧν μάλιστά εἰσιν αἱ πρακτικαί. Αὗται δὲ ἐνέργειαι ἀχώριστοι εἰσὶ τοῦ σώματος· ἅμα γὰρ τῷ φθαρῆναι τὸ σῶμα, συμφθείρονται καὶ αἱ τοιαῦται τοῦ νοῦ ἐνέργειαι, ἃς ἐκ τῆς σχέσεως ἔσχε τοῦ σώματος. Καὶ ὥσπερ ὁ κυβερνήτης, ἐντελέχεια ὢν τῆς νεὼς, ἐπειδὴ δὴ οὐ μόνον κυβερνήτης ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ὁ ἄνθρωπος, ὡς

δὲ ἄνθρωπος μένων ἐντελέχεια τῆς νεώς, ταύτῃ καὶ ἀχώριστός ἐστιν· οὕτω καὶ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ, ἐντελέχεια οὖσα τοῦ σώματος, ταύτῃ ἄνευ σώματος οὐκ ἂν εἴη. Ἐπειδὴ δὲ ἔχει τινὰς καὶ χωριστὰς σώματος ἐνεργείας, τὰς περὶ τῶν νοητῶν φημι, εἰς ἃς οὐ μόνον οὐ συμβάλλεται τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ ἐμποδίζει· πρόδηλον ὅτι καὶ τὴν οὐσίαν ἕξει χωριστὴν νοῦς τότε οὖσα καὶ λεγομένη, οὐκέτι μέν τοι ψυχὴ εἰ μὴ δυνάμει· ὥσπερ καὶ ἐν σώματι οὖσα, οὐ δυνάμει ἐστὶ νοῦς.

Ὅτι τὰ ζῶα, φησὶ, μετέχει τῆς θρεπτικῆς καὶ αἰσθητικῆς δυνάμεως· διὰ δὲ τὴν αἰσθητικὴν καὶ τῆς ὀρεκτικῆς, καὶ κατασκευάζει, ὅτι πάντως ἔνθα κἂν μία αἴσθησις ᾖ, ἀνάγκη εἶναι ἐπιθυμίαν καὶ ὄρεξιν. Διὰ τοῦτο οὖν τὰ ζῶα αἴσθησιν ἔχει πάντα· ἐν πᾶσι γὰρ πάντως ἐστὶν ἡ ἁφὴ, κἂν μή τις ἄλλη τῶν αἰσθήσεων. Ἡ δὲ αἴσθησις τοῦ ἡδέος καὶ τοῦ λυπηροῦ ἀντιλαμβάνεται· ἔνθα δὴ τὸ ἡδὺ, ἐκεῖ πάντως καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ ὄρεξις. Ἡ γὰρ ἐπιθυμία τοῦ ἡδέος ἐστὶν ἔφεσις· ἔνθεν, καὶ τὰ μόνης τῆς ἁφῆς μετέχοντα, ὁρῶνται διαχεόμενα προσιόντων τῶν ἡδέων· συστελλόμενα δὲ, λυπηροῦ τινος προσπελάσαντος. Ὁρίζει δὲ τὴν ὄρεξιν, ἐπιθυμίᾳ, θυμῷ, βουλήσει· ἕκαστον γὰρ τούτων ὄρεξίς τίς ἐστι. Δῆλον δὲ ὅτι ἁπλῆ μὲν ὄρεξις τῷ αἰσθητικῷ ἁπλῶς ὑπάρχουσα φαίνεται. Οὐ πᾶσα δὲ ὄρεξις παντὶ αἰσθητικῷ· τοῖς μὲν γὰρ τὴν ἁφὴν μόνην ἔχουσιν ἡ κατ' ἐπιθυμίαν ὑπάρχει ὄρεξις· τοῖς δὲ πάσας τὰς αἰσθήσεις, καὶ ἡ κατὰ θυμόν. Ὁρῶνται γὰρ τὰ τοιαῦτα ἀμυντικὰ ὄντα. Ἡ δὲ βούλησις μόνου ἐστὶ τοῦ λόγου, ὥστε ὁμωνύμως ἡ ὄρεξις, καὶ ἡ ἐπιθυμία δὲ ὡσαύτως. Καὶ γὰρ ἡ ὄρεξις λέγεται μὲν καὶ κοινῶς, ἐπί τε θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας, καὶ τοῦ λόγου· καὶ γὰρ τῶν θείων ὀρέγεσθαί φαμεν, καὶ ἐπιστήμης ὀρέγεσθαι. Ἔστι δὲ καὶ ἰδικώτερον λεγομένη ὄρεξις, ἐπὶ τῶν φυσικῶν κινήσεων, ἀντιδιαστελλομένη πρὸς τὸν λόγον. Καὶ ἐπιθυμία ὡσαύτως, ἡ μὲν ἐστὶ κοινὴ, ἡ δὲ ἀντιδιαστελλομένη πρὸς θυμὸν, καὶ τὸν λόγον.

Ὅτι οὐ λέγουσι τὸ φῶς σῶμα· ἐπεὶ δὲ λέγουσί τινες τὸ φῶς σῶμα εἶναι, λέγουσι σφαῖράν τινα φωτὸς προϊέναι ἐκ τοῦ ἡλίου. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἥλιος σφαιρικός· ἔστι δὲ σφαιρικὸς καὶ ὁ ἀήρ· ἀνάγκη πᾶσα τὴν τοῦ φωτὸς σφαῖραν προϊοῦσαν πρὸς ἡμᾶς, ἢ ὠθεῖν τὴν σφαῖραν τοῦ ἀέρος· καὶ οὕτω τὸν τόπον αὐτῆς καταλαβοῦσαν, φωτίζειν τὸν περὶ ἡμᾶς τόπον. Εἰ καταλαμβάνει, ἔσται κενὸν ἀέρος τὸ πεφωτισμένον ἡμισφαίριον, ὅπερ ἀδύνατον. Εἰ δὲ μὴ ὠθεῖ, οὐδὲ φωτίζει, ὥστε μὴ ἀφικνούμενον εἰς ἡμᾶς· εἰ δὲ χωρήσει δι' αὐτῆς, ἔσται σῶμα διὰ σώματος κεχωρηκός· ὅ τι περ ἀδύνατον. Εἰ δὲ λέξουσί τινες, ὡς ἄλλο σῶμα δύναται χωρῆσαι διὰ σώματος· μάλιστα μὲν ὁ λόγος ἀδύνατος. Οὕτω γὰρ ἤμελλεν ὁ οὐρανὸς ἐν κέγχρῳ δύνασθαι λέγεσθαι. Ἔπειτα εἰ διὰ τὸ ἄϋλον εἶναι, δύναται χωρῆσαι διὰ τοῦ σώματος, ἐχώρησεν ἂν οὐ μόνον δι' ἀέρος, ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλου ὁτουοῦν. Τίς γὰρ ἡ ἀποκλήρωσις εἴη, ἄϋλον σῶμα διὰ σώματος εἶναι χωροῦν, μὴ καὶ διὰ παντὸς χωρεῖν; ὥστε ἔδει καὶ διὰ τῶν στερεῶν σωμάτων χωρῆσαι τὸ φῶς· διὰ γῆς λέγω, καὶ τῶν ὁμοίων. Διατί

A tio navis : sic etiam ab eo non quit separari, ita etiam animus noster, qui animæ motio est, hoc pacto sine corpore esse nequit, sed quoniam aliquas habet a corpore separabiles actiones, de rebus intellectilibus dico, ad quas non conducit corpus, sed eas etiam impedit, manifestum est mentis separabilem fore substantiam, quæ tunc et mens est, et dicitur, at non anima nisi potestate : quemadmodum etiam cum est in corpore, non est mens potestate.

Animalia, inquit, alendi et sentiendi vim habent, et per sentiendi potestatem, etiam appetendi. Quod sic probat, quia ubi vel unus sensus fuerit, ibi cupiditatem et appetentiam esse necesse est. Quare animalia omnia sensum habent : in omnibus enim B omnino est tactus, etsi nullus sit alius sensus. At sensus jucundum et molestum percipit : ubi vero jucundum, ibi cupiditas et appetentia sit oportet : cupiditas enim jucundi est appetitus : et quæ solum habent tactum animalia, diffundere se videntur si jucunda accesserint; contrahi vero si quid molesti appropinquet. Appetentiam autem cupiditate, ira et voluntate definit; horum enim quodlibet appetentia est : simplex vero appetitus in instrumento sentiendi prorsus inesse videtur. At non omni sensui, omnis inest appetitus. Iis enim, quæ solum habent tactum, secundum cupiditatem appetitus inest. At quæ omnibus sensibus prædita sunt, iis etiam ad iram propensio est. Hæc enim ad ulciscendum comparata videntur. At voluntas solius est rationis, ut et appetitus æquivoce, itiC demque cupiditas communiter : item de ira et concupiscente et ratione dicitur appetitus : nam et divinas res dicimur expetere, tum et scientiam. Sed proprie ac presse magis dicitur appetitus de naturalibus motibus rationi oppositus. Itemque cupiditas alia communis est, alia irascenti et rationi opposita.

Lucem non vocant corpus : quia vero lucem nonnulli corpus esse dicunt, sphæram quamdam luminis oriri ex sole asserunt. Quoniam vero et sol rotundus est, tum etiam aer, prorsus necesse est, sphæram luminis, quæ ad nos venit, vel sphæram aeris expellere : sicque occupato ejus loco circumjectum nobis locum illuminare. Si occupat, aere vacua erit dimidia sphæra, quæ illuminata est, quod D absurdum : at si non expellit, neque item illuminat, ut quæ ad nos perventura non sit. At si eam penetrabit, corpus a corpore penetrabitur, quod fieri non potest. Sin vero dicent aliqui posse a corpore penetrari corpus, absurdissimum id profecto est. Sic enim posset in milii grano cœlum contineri. Deinde, si quod materiæ sit expers lux, corpus penetrare potest, penetrasset non solum aerem, sed aliud quodlibet corpus : nam quæ illa conditio esset, et immateriatum corpus, corpus penetraret, nec omne corpus? Itaque oporteret etiam lucem solida quoque corpora penetrare, terram dico et similia. Quidni ergo, cum sol sub

terra est, non eum supra terram videmus, luce terram quoque penetrante? Deinde, si lux corpus, aerem corpus penetret, illum oporteat densiorem et crassiorem fieri, contra quam experimur: tenuior enim fit aer illustratus, quemadmodum si aquam terra capiat, et major fiat ex utrisque locus, omnino necesse est corpus ex utrisque densius fieri: sic aerem cum lux accesserit crassiorem fieri necesse est: nunc vero multo secus tenuior enim et subtilior fit.

A οὖν μὴ καὶ ὑπὸ τὴν γῆν ὄντος τοῦ ἡλίου ὁρῶμεν ὑπὲρ τὴν γῆν, τοῦ φωτὸς καὶ διὰ τῆς γῆς χωροῦντος. Ἔπειτα εἰ σῶμα ὂν τὸ φῶς, χωρεῖ διὰ σώματος τοῦ ἀέρος, ἔδει καὶ τὸ ὅλον πυκνότερον καὶ παχύτερον γίνεσθαι. Νῦν δὲ τοὐναντίον· λεπτομερέστερος γὰρ ὁ ἀὴρ φωτιζόμενος γίνεται, ὥσπερ καὶ ἐν γῇ (10) χωρήσει ὕδωρ· καὶ μείζων ὁ ἐξ ἀμφοῖν γίνεται τόπος, Ἀνάγκη πᾶσα τὸ ἐξ ἀμφοῖν σῶμα παχύτερον γίνεσθαι. Οὕτω δὲ καὶ τὸν ἀέρα ἀνάγκη παχύτερον γενέσθαι, γενομένου τοῦ φωτός· νῦν δὲ τοὐναντίον λεπτομερέστερος γίνεται.

(10) Forte καὶ εἰ γῇ.

ΨΕΛΛΟΥ

ΟΤΙ ΤΑ ΚΙΝΗΜΑΤΑ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ ΕΟΙΚΑΣΙ ΤΑΙΣ ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΙΩΝ ΚΙΝΗΣΕΣΙ.

PSELLI

QUOD ANIMÆ MOTUS CŒLESTIBUS MOTIBUS SIMILES SINT.

Τῶν πρωτοτύπων οὐρανοῦ κινημάτων
Καὶ τῶν ἐν αὐτῷ προσφυῶν παθημάτων
Εὕρῃς παρ' ἡμῖν εἰκόνας κεκρυμμένας.
Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν, οἷα λαμπρὸς φωσφόρος,
Τὸν ἥλιόν πως εἰκονίζει πανσόφως·
Τῆς δ' αὖ σελήνης ἐστὶν ἡ ψυχὴ τύπος.
Ο μὲν γὰρ, ὡς κάλλιστος, ὡς φωστὴρ μέγας,
Ὅλος διαυγής ἐστιν ἀστραπηβόλος·
Ψυχὴ δὲ, προσπεσοῦσα σώματος φύσει,
Ἐξ ἡμισείας ὥσπερ αὐγάζει μόνον.
Τὸ μὲν γὰρ, εἰς νοῦν προσφυῶς ἀνηγμένον,
Φωτὸς μετέσχεν, ὥσπερ ἐκ πρώτου φάους·
Τὸ δ' αὖ γε, πρὸς αἴσθησιν ἐμπεσὸν κάτω,
Καὶ φωτὸς ἠμοίρησε καὶ σκότους γέμει.
Ο μὲν γὰρ ἀκούτησε τῶν ἄνω λόγων,
Βρύει διαυγεῖ γνωστικῶς λαμπηδόνι·
B Ἡ δὲ, πρὸς αὐτῇ τῇ σκιᾷ καθημένη,
Ἐκεῖθεν ἠμαύρωσεν αὐτῆς τὴν φύσιν
Καί πως σκοτώδης, ἀχλύος πεπλησμένη,
Ὑποδραμοῦσα τὸν νοητὸν φωσφόρον,
Συνέσχεν αὐτοῦ τὰς διαυγεῖς λαμπάδας.
Κἀκεῖ μέν ἐστι γῆ, σελήνη, φωσφόρος,
Ψυχὴ δὲ καὶ σὰρξ ὧδε καὶ νοῦς προσφόρως.
Ἓν οὖν πρὸς ἓν πως ἀντίθες, πλὴν εὐλόγως,
Πρὸς ἥλιον νοῦν, σῶμα πρὸς γῆν εὐθέτως,
Τὴν ψυχικὴν δὲ πρὸς σελήνην οὐσίαν·
Ὁ μὲν γὰρ αὐτόχρημα φωτὸς οὐσία·
Τὸ σῶμα λαμπρότητος ἐστερημένον·
Ψυχὴ δὲ, τυγχάνουσα μέση τῶν δύο,
Τὸ μὲν τέτευχε φωτὸς, ὡς νοῦ πλησίον,
Τὸ δ' οὐ τέτευχεν, ἐγγὺς οὖσα σωμάτων.

Primitivorum cœli motuum, et earum quæ ipsi innatæ sunt passionum, invenias apud nos reconditas imagines. Mens enim nostra, ut splendidus lucifer, solem quodam modo sapientissimo repræsentat. Lunæ autem est et anima repræsentatio. Ille quidem, ut pulcherrimum et magnum luminare, totius splendidus et fulgura jaciens. Anima autem quæ in corporis naturam incidit, tanquam dimidia parte tantum splendet. Quod enim in mentem apte adductum est, luminis est particeps tanquam ex prima luce; quod autem ad sensus infra decidit, luminis exsors est, et tenebris plenum. Altera quidem audiit superna verba et referta est splendida C secundum scientiam claritate; altera vero, juxta ipsam umbram sedens, inde obscuravit suam naturam. Et quodam modo tenebroso, caligine repleta, intelligibilem lucem præter currens, splendidos illum radios coarctavit. Et est quidem illic terra, luna, splendor, animæ ibi vero, et caro et mens similiter. Unum igitur alteri quodam modo opponit, cæterum probabiliter. Soli mentem, corpus terræ, animalem substantiam lunæ. Mens quidem omnino lucis substantia, corpus splendore caret; anima vero, inter ea media, lumen sortita ut menti propinqua, aliunde non sortita est, cum corporibus vicina sit.

ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ ΜΙΧΑΗΛ

ΕΙΣ

ΤΗΝ ΨΥΧΟΓΟΝΙΑΝ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

MICHAELIS PSELLI

COMMENTARIUS

IN PSYCHOGONIAM PLATONICAM.

(Ex editione Caroli Guilielmi Linder, Upsaliensis.)

ARGUMENTUM LIBRI.

In prima parte cum de duobus illis rerum generibus disputatur, quorum alterum « est sempiternum, constans, omnis expers vicissitudinis, nec unquam ortum, alterum, quod habet ea quæ subjecta mutationis vicissitudini atque generata sunt (*a*), » ex quibus generibus componitur animæ harmonia, tum inde ab ipsis suis initiis ea repetitur numerorum proportionibus declarata ac descripta harmonia, ad quam tota exigitur animæ mundanæ fabricatio (*b*). Accedit inversa quædam atque immutata harum rerum interpretatio (c). In secunda harmoniam illam solis numerorum proportionibus persequitur. In tertia duorum illorum orbium, circuli æquinoctialis dico et zodiaci, descriptio, ad eamdem, quam in prima parte allegoricam, ut aiunt, sententiam revocata. In quarta denique parte semitonii sumendi lex et regula constituta. His in rebus enarrandis Psellus auctorem secutus est Proclum Diadochum, philosophum illum inter Neoplatonicos, qui vocantur, eminentem. Ejus sententiis pro suis sæpenumero ita usus est, ut multis locis ipsa verba Procli transcriberet. Vides igitur in Psello prorsus eamdem Platonicæ rationis perturbationem et confusionem, quam apud Neoplatonicos illos, qui cum Platonis doctrinam ad suarum voluntatum similitudinem revocarent, tum ad ea, quæ Platonis erant, explicanda adhibebant verba Aristotelis, ita ut mirum in modum omnia inter se permutata sint et perversa.

(*a*) Psell. Psychog. I, § 3.
(*b*) Psell. Psychog. I, § 5 sqq.
(*c*) Psell. Psychog. I, § 12 sqq.

COMMENTARIUS

IN PSYCHOGONIAM PLATONICAM.

Α'.

α'. Τὸ μὲν λεγόμενόν ἐστιν, ὅτι οὐ μάτην ἡ τῶν ἐφεξῆς λόγων εὕρεσις ἡμῖν μεμηχάνηται τοῦ πρὸς

I.

1. Dictum quidem est, non temere a nobis concinnatam esse perpetuæ de relatione ad aliquid dispu-

tationis compositionem, ostendique, omne augendorum in numeris habitum principium æqualitatem esse, propterea quod ex illa omnes habitus oriuntur ad eamque extremam resolvuntur; quæ quidem definitio principiorum est, sed utilem eam nobis esse et ad vitæ usum et ad ipsius philosophiæ contemplationem. At hæc, inquies, commentatio quid proficit? imo et ad Platonis de animæ procreatione doctrinam et ad intervalla harmonica exponenda et explicanda. Intervallum autem harmonicum est a voce ad vocem migratio ictus, velut a graviori ad acutiorem vel ex contrario. Vox enim est certa quædam unius chordæ resonantia; qui vero in ratione diesis vel semitonii vel toni a chorda quadam efficitur ad proximam transitus, sive ad graviora fit sive ad acutoria, intervallum appellatur, idemque modulatio. Ex modulationibus systema ortum: quarum quidem ex tribus conjunctis intervallum quaternarium constat (diatessaron), ex quatuor autem quinarium (diapente), eorumque prius in sequitertia ratione versatur, in sesquialtera posterius: quæ ipsæ primæ et simplices consonantiæ (symphoniæ) apud musicos vocantur: ex quaternario autem et quinario intervallo componitur septem vocum intervallum (diapason), quod in dupla ratione cernitur. Quidquid tum vocis convenientia tum unisonum systema appellatur, systema sine obstaculis (dissonantiis) est, sincerissimumque cantum habet. Eodem modo reliqua systemata, ne omnia persequamur, quoniam de hac re nunc dicere propositum non est, sed ita, ut ea, de quibus mentio est, demonstremus.

2. Sesquitertium igitur intervallum in genere diatonico (siquidem tria sunt modulationum genera: enharmonium, chroma, diatonum) in semitonium (semitonium autem, quod dicitur, non vere illud quidem semitonium est, sed limma) atque in tonos dispertitur, ita ut in semitonium et duo deinceps tonos genus diatonicum dividatur. Tonus autem sesquioctava ratione constat, isque in illud limma, quæ quidem minor toni particula est, et apotomen, quæ est major, discedit. In genere autem enharmonio id diesin et diesin et duo simul sonos (quaternarii intervalli) ratio describitur, in chromate vero in semitonium et semitonium et tria simul semitonia.

A τι ποσοῦ (1), καὶ δείκνυται, ὅτι ἡ ἰσότης στοιχεῖόν ἐστι τοῦ παντοίου τῶν ἐν ἀριθμοῖς σχέσεων πληθυσμοῦ, διότι ἐξ αὐτῆς πᾶσαι αἱ σχέσεις γεννῶνται καὶ εἰς αὐτὴν ἐσχάτην ἀναλύονται, ὅπερ ὅρος στοιχείων ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς πραγματειώδη καὶ φιλόσοφον ὄντως θεωρίαν χρησιμεύει ἡμῖν· τίνα δὲ εἰσιν, Εἰς ἃ ἡμῖν ἡ παροῦσα χρησιμεύει θεωρία, λέγεις; εἴς τε τὴν Πλάτωνος ψυχογονίαν καὶ εἰς τὰ ἁρμονικὰ διαστήματα. Ἔστι δὲ ἁρμονικὸν διάστημα ἡ ἀπὸ φθόγγου εἰς φθόγγον μετάβασις τῆς πληγῆς, οἷον ἀπὸ τοῦ βαρυτέρου εἰς τὸ ὀξύτερον, ἢ τὸ ἀνάπαλιν. Φθόγγος γάρ ἐστιν ἡ τῆς μιᾶς χορδῆς ποιά τις ἀπήχησις. Ἡ δ' ἀπ' αὐτῆς πρὸς τὴν ἐφεξῆς καὶ διάφορος αὐτῇ κατὰ βαρύτητα ἢ ὀξύτητα ἐν λόγῳ διεσιαίῳ ἢ ἡμιτονιαίῳ ἢ τονιαίῳ μετάστασις καλεῖται διάστημα· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐμμέλεια. B Ἐκ δὲ τῶν ἐμμελειῶν τὸ σύστημα· ἐκ τριῶν μὲν τὸ διὰ δ', ἐκ τεσσάρων δὲ διὰ ε', καὶ τὸ μὲν διὰ δ' ἐν ἐπιτρίτῳ, τὸ δὲ διὰ ε' ἐν ἡμιολίῳ λόγῳ συνεστὼς, αἳ καὶ πρῶται καὶ ἁπλαῖ συμφωνίαι καλοῦνται παρὰ τοῖς μουσικοῖς· ἐκ δὲ τοῦ διὰ δ' καὶ διὰ ε' ἡ διὰ πασῶν σύγκειται, ἐν διπλασίενι λόγῳ θεωρουμένη. Ἥτις καὶ ὁμοφωνία καλεῖται καὶ ὁμόφωνον σύστημα, σύστημα ἐκ ἐνστημάτων (2) μέλος ἔχον κατακορέστατον. Καὶ ἐφεξῆς τὰ λοιπὰ συστήματα, ἵνα μὴ πάντα ἐπεξέρχωμαι, ἐπεὶ οὐδὲ περὶ τούτων νῦν πρόκειται λέγειν, ἀλλὰ ὅσον ἐνδείξασθαι τὰ λεγόμενα.

C β'. Καταδιαιρεῖται οὖν τὸ ἐπίτριτον ἐν μὲν διατονικῷ γένει [τρία γὰρ τὰ ἐναρμόνια γένη, ἐναρμόνιον, χρῶμα καὶ διάτονον] εἰς ἡμιτόνιον [ἔστι δὲ τὸ λεγόμενον ἡμιτόνιον οὐ κυρίως ἡμιτόνιον, ἀλλὰ λεῖμμα] καὶ τόνον, ἤγουν εἰς ἡμιτόνιον καὶ δύο τόνους ἐφεξῆς τὸ διατονικὸν διαιρεῖται. Ὁ δὲ τόνος ἐν ἐπογδόῳ συνίσταται λόγῳ, διὰ τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι τὸ λεγόμενον λεῖμμα (3) ὅπερ ἐστὶ τὸ ἔλαττον τμῆμα τοῦ τόνου, καὶ τὴν ἀποτομὴν, ὅπερ ἐστὶ τὸ μεῖζον. Ἐν δὲ τῷ ἐναρμονίῳ εἰς δίεσιν καὶ δίεσιν καὶ δίτονον· ἐν δὲ τῷ χρώματι εἰς ἡμιτόνιον καὶ ἡμιτόνιον καὶ τριημιτόνιον καταδιαιρεῖται λόγος.

(1) Τὸ πρός τι ποσόν idem fere esse atque id quod *relationem ad aliquid* vocat Quintilianus (Inst. Or. 8, 4, 21), vel, ut verius dicam, *modum relationis ad aliquid*, apparet cum ex hoc loco tum ex Procli Comment. in Timæum Plat. pag. 213 v. 36 sqq. (ed. Basil. 1534): Καὶ ἀριθμητικὴν ἄρα καὶ γεωμετρικὴν αὐτὴν ῥητέον (int. ψυχικὴν οὐσίαν), ἀλλὰ καθ' ὅσον ἀριθμητική ἐστιν, ἔχει καὶ τὴν ἁρμονικὴν ὁμοῦ κατ' οὐσίαν· τὸ γὰρ πλῆθος ἡρμοσμένον ἐστὶ τὸ ἐν αὐτῇ καὶ ἐν ταὐτῷ τό τε καθ' αὑτὸ καὶ τὸ πρός τι ποσὸν συνείληφεν. Cæterum ex tota hac, quæ § 1 continetur, verborum complexione apparet, alterum ante hoc opus a Psello conscriptum esse, in quo de *relatione ad aliquid* sive de proportione quærebatur. Incertum est, fueritne ejusmodi fere opus, quod in Διδασκαλίᾳ παντοδαπῇ, libro Pselliano (cap. 59, supra col. 725), Τίνι διαφέρει ἀρχὴ καὶ στοιχεῖα inscribitur, an aliud huic simile, quod aut communi librorum antiquorum strage perierit aut etiamnunc in bibliothecis lateat. LINDER.

(2) Σύστημα ἐκ ἐνστημάτων. Hæc verba, quanquam non satis intelligi possunt, habent tamen quomodo restituantur. Quod ostendit vox illa ἐκ. Quæ si Pselli esset, profecto ἐξ scriberetur. Quid? D si a librario aliquo attenuata et quasi detruncata fuit ita, ut pro ἐκτὸς legenda sit? Ego vero credo LINDER.

(3) Διὰ τοῦτο — λεῖμμα. Mirum quantum hic corruptus est locus, cujus emendandi quædam ratio inita est ab eo qui, plurium verborum lacunam hic esse ratus, in margine cod. ms. hoc edidit emendationis specimen: διὰ τοῦτο δὲ οὐκ ἐστὶ (forte: ἡμιτόνιον) τὸ λεγόμενον λεῖμμα forte: ὅτι ὁ τόνος διαιρεῖται εἰς τὸ λεῖμμα), ὅπερ, etc. Qua in re tamen haud scio an justo plus videre sibi visus sit is qui hoc conjectura assecutus est. Sed fieri potuit, ut hoc modo scriberet Psellus: διαιρεῖται δὲ οὗτος εἰς τὸ λεγόμενον, etc. Quod certe universæ verborum continuationi respondet, quare ad hanc emendationem conversionem nostram accommodare non dubitavimus. LINDER.

γ΄. Εἰς ταῦτα οὖν τὰ ἁρμονικὰ διαστήματα ἡ μέθοδος τῆς εὑρέσεως τῶν ἐφεξῆς ἐπιμορίων συμβάλλεται λόγων· εἶπε δὲ διαστήματα, ἀλλ' οὐ συστήματα, ἵνα τὴν στοιχειωδεστάτην σχέσιν τῶν ἐναρμονίων λόγων, καὶ ἐξ ὧν ἄλλαι σύγκεινται σχέσεις· δηλώσῃ. Εἰς ταῦτα γοῦν, ὡς εἴρηται, καὶ εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος συμβάλλεται ψυχογονίαν. Θεωρεῖ γὰρ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ τῷ διαλόγῳ τὴν ψυχὴν ἁπλῶς ἐκ τοῦ δημιουργοῦ γενομένην νοῦ, καὶ οὐ κατὰ χρόνον, ἀλλὰ κατ' οὐσίαν· καὶ γὰρ ἐν τῷ Φαίδρῳ (4) ἀγέννητον καὶ ἀνώλεθρον αὐτὴν δείκνυται, ὥστε τὴν κατ' οὐσίαν αὐτῆς ἀπὸ τῶν νοητῶν αἰτίων πάροδον γένεσιν λέγει τῆς ψυχῆς. (5) Ἔστι γὰρ τῶν ὄντων τὰ μὲν νοητὰ καὶ ἀγένητα, τὰ δὲ αἰσθητὰ καὶ γενητά, τὰ δὲ μεταξὺ τούτων νοητὰ καὶ γενητά. Τὰ μὲν γάρ ἐστιν ἀσύνθετα πάντα καὶ ἀμέριστα καὶ διὰ τοῦτο ἀγένητα, τὰ δὲ σύνθετα καὶ μεριστὰ καὶ διὰ τοῦτο γενητά, τὰ δὲ ἐν μέσῳ τούτων νοητὰ καὶ γενητά, ἀμέριστά τε ὄντα καὶ μεριστὰ τὴν φύσιν ἁπλᾶ τε καὶ σύνθετα τρόπον ἕτερον. Ἄλλη οὖν ἡ ἐπὶ ψυχῆς γένεσις, καὶ ἄλλη ἡ ἐπὶ σώματος· ἡ μὲν προτέρα καὶ πρεσβυτέρα, προσεχεστέρα γάρ ἐστι τῷ πάντων Δημιουργῷ, ἡ δὲ δευτέρα καὶ νεωτέρα, πορρωτέρω γάρ ἐστι τῆς μιᾶς αἰτίας. Οἶδε γὰρ ὁ Πλάτων οὐ μόνον ἐπὶ σωμάτων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ψυχῶν χώραν ἔχουσαν τὴν γένεσιν, καθόσον καὶ αὗται χρόνου μετέχουσιν· καθὼς καὶ ἐν τῷ Φαίδρῳ φησὶ διὰ χρόνου θεᾶσθαι τὸ ὂν αὐτάς. Πᾶσα γὰρ ἡ μεταβατικὴ κίνησις, κἂν ἀσωμάτων ἐστὶν οὐσιῶν ἐνέργεια, συνεζευγμένον ἔχει τὸν χρόνον αὐτῇ· καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ μεταβατικῶς τοὺς ὅρους νοεῖ, καὶ κατὰ μὲν τὰς ἐνεργείας χρόνου μετάληψιν, κατὰ δὲ τὴν οὐσίαν αἰῶνι συντέτακται. Θεωρεῖται γὰρ ἐν τῇ ψυχῇ οὐσία καὶ δύναμις καὶ ἐνέργεια· καὶ ἔστιν αὕτη ἐκ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος συγκειμένη, οὐσίας, ταὐτοῦ, θατέρου.

3. Ad illa igitur harmonica intervalla explicanda confert superparticularium proportionum inveniendarum via et ratio (intervalla dico, non systemata, ut harmonicarum rationum et habitus quam maxime elementicius ac simplex declaretur, et cognoscantur ii ex quibus cheteri [habitus] constant) : ad illa igitur et ad Platonis de animæ procreatione doctrinam (psychogoniam) explicandam confert. Enimvero Plato ille in dialogo qui Timæus inscribitur, sic statuit, animam a mente illa opifica rerum et procreatrice simpliciter ortam esse, neque id ab uno temporis principatu, sed ad essentiæ rationem : in Phædro enim dialogo non creatam eam esse ostendit nec interituram, ita ut eum, qui ad essentiæ rationem fiat, animæ ex causis intelligibilibus egressum generationem animæ intelligat. Eorum enim, quæ sunt, alia et mente comprehenduntur neque ullo generata sunt ortu, alia sensibus subjecta sunt et ortum habent, alia inter duo illa quasi medium tenentia et intelligibilia sunt et generata. Eorum enim partim neque conjuncta sunt et individua ob eamque rem sine ortu, partim conjuncta et dividua eamque ob causam generata; in medio autem consistunt ea, quæ et intelligibilia sunt et orta, quæ et individua sua natura sunt et dividua, quæ cum simplicia tum vario modo composita. Alia igitur in anima est generatio, alia in corpore : una prior et antiquior, quippe propior hujus universitatis effectori, altera autem posterior et recentior, utpote ab una illa causa remotior. Ac vidit sane Plato, non in corpora solum cadere generationem, sed in animas etiam, quatenus ipsæ temporis participes sint : quæ eædem in Phædro dialogo per tempus intueri dicuntur id, quod est. Omnis enim transitivus motus, etiamsi in incorporalium naturam efficientia positus sit, secum conjunctum habet tempus, namque anima transeundo terminos (sibi constitutos) sentit, et si ad efficientiam (sive actionis veritatem) spectamus, temporis societatem habet, si ad essentiam, adjuncta æternitati est. In anima enim cernitur essentia et potentia (sive vis atque indoles) et efficientia, ac constat hæc quidem ex generibus ejus, quod est, Essentia, Eodem, Altero.

δ΄. Ἀλλὰ γὰρ τριφυῆ τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν ὁ Πλάτων ὁρᾷ. Ἄλλη γάρ ἐστιν ἡ ὕπαρξις αὐτῆς· καὶ ἄλλη ἁρμονία ἡ ἐν αὐτῇ, καθ' ἣν τὸ οὐσιῶδες αὐτῆς συνέχεται πλῆθος, οὔτε μιᾶς οὔσης οὐσίας, ὡς ὁ νοῦς, οὔτε εἰς ἄπειρον διαιρουμένης, ὡς τὸ σῶμα μετ' αὐτήν, ἀλλ' εἰς πλείω μὲν οὐσιώδη μέρη, ἐξ ὧν ἐστι, πεπερασμένα δὲ καθ' ἀριθμόν, ὧν πλείω εἶναι μέρη ψυχῆς ἀδύνατον, μηκέτι διαιρετῶν ὄντων εἰς ἄλλα

4. At enim triplicem putat Plato animæ essentiam. Alia est enim substantia ejus, alia harmonia, qua essentialis ejus multitudo continetur: quandoquidem nec una est essentia, sicut mens, nec in immensum discedit, ut corpus post illam (i. e. ab illa secretum), sed in plures, ex quibus fit, partes essentiales numerorumque ratione conclusas, quæ quoniam amplius dividi nequeunt, nequaquam pau-

(4) Ἐν τῷ Φαίδρῳ. Perperam hoc Psellus : in Phædro dialogo enim Plato de anima disserens pag. 245. D., sic loquitur : Εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἀρχὴ γίγνοιτο. Ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. Et p. 246. A. : Ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη. At vero in Timæo dialogo hæc verba leguntur pag. 51. E. sq. : Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων ὁμολογητέον ἓν μὲν εἶναι τὸ κατὰ ταῦτα εἶδος ἔχον ἀγένητον καὶ ἀνώλεθρον. In hunc errorem Psellus inductus est ab eo, quem auctorem secutus est, Proclo, ut in Tim. p. 175, v. 30 sqq., Ἔστι δὲ — inquit γένεσις ἐπὶ τῆς ψυχῆν οὐχ ἡ κατὰ χρόνον· ἀγένητον γὰρ καὶ ἀνώλεθρον ἔδειξεν ἐν Φαίδρῳ τὴν ψυχήν. Ejusd. p. 172, v. 21 sqq. Διὸ καὶ ὁ ἐν Φαίδρῳ Σωκράτης ἀγένητον αὐτὴν ἅμα καὶ γενητὴν ἅμα καὶ αὐτοκίνητον ἔλεγεν. Cæterum de universa hac re cfr. ea quæ idem Proclus disputat in Tim. pag. 69. v. 51 — p. 73 v. 50. Ejusd. ib. p. 174. v. 51 sqq. LINDER.

(5) Inde ab initio hujus § ea quæ sunt apud Procl. Comm. in Tim. p. 175, v. 32 sqq., ad verbum expressa Psellus transcripsit, ita ut non prius quam in insequenti § ab his verbis : οἶδε γάρ, etc., est exorsus, sui juris esse incipiat. LINDER.

non solum materiata norit, sed etiam immateriata. Atque in re non parum implicata sic statuit, rationabilem non solum nosse, quæ a materia secreta sunt, sed etiam materiata. Qui enim præstantiora novit, deteriora multo magis. At immateriata cognoscit. Plane igitur et his ignobiliora considerabit, hoc est materiata. Si enim mens, quæ cum ratione cognitio est, sola immateriata novit, neque tamen materiata, mens erit quodammodo non mens. Quæ enim materiata non intelliget, erit in ipsis non mens. Sed absurdum est, mentem aliquo pacto amentem esse : non igitur sola immateriata novit, sed etiam materiæ immersa. Hæc Aristoteles. Itaque res materiatas mentem nosse hinc perspicere licet : nisi enim ex materia concreta sciret, quomodo sensum corrigeret, qui remum videt in aqua fractum, et solem pedali magnitudine ? Quanquam et alia nobis suppetit regula, quia quod rerum differentiam novit, res ipsas multo magis. At discrimen eorum, quæ sine materia sunt, cum materiatis, novit : ergo et materiata. Sed fortasse dixeris, minus apte dici, mentem res extrarias scire ; id enim sensus est, res materiatas et particulares cognoscere : generales enim tantum, et quæ universæ sunt, mens novit : sensus autem est nosse singularia, quæque sunt materiata. Sed responderi ad hoc potest, mentem subjecto unam esse, ratione vero diversam. Mens enim vel per se tantum agit : et tunc, quæ universa sunt tantum novit · vel cum sensu operantur, eo usa tanquam instrumento, sicque materiata et particularia cognoscit. Quemadmodum enim recta ipsa linea, subjecto eadem est, at ratione diversa ; quæ enim nunc recta est, incurvari et inflecti potest : sic etiam mens eadem est subjecto. Recta item mentem repræsentat : quæ per se agit ipsa, et immateriata novit : interdum inflectitur recta ; et mens ad sensum inflectitur, eoque pro instrumento utitur, cum materiata novit. Hic primus est nodus, ejusque solutio. Secunda difficultas cum hac sumptione proponitur : quod a potestate, fit actu, omnino mutatur : at mutatio, affectio est. His sic præsumptis, reliquam difficultatem subjicit. Si mens materiata cognoscit, aliquid ab iis patitur a cognitione, quæ potestate fuerat, ad cognitionem actu deducta. Quod vero a potestate ad actum deducitur, id mutatur. Quod vero mutatur, id patitur. Ergo mens a materiatis patitur, et quia nihil pati potest ab eo, quod dissimiles est materiæ; planum est igitur, mentem ejusdem esse materiæ cum materiatis, et eamdem esse materiatam et incorruptam. Ea est difficultas, quam dissolventes, dicimus male assumptum esse, ubicunque est agens, ibi et quod patitur : id enim falsum est.

A κὴ οὐ μόνον τὰ ἄϋλα οἶδεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔνυλα. Ὁ γὰρ εἰδὼς τὰ κρείττονα, πολλῷ πλέον καὶ τὰ χείρονα ἴδε τὰ ἄϋλα. Σκοπήσει πάντως (5) καὶ τὰ χείρονα τῶν ἀΰλων · ἅ ἐστι τὰ ἔνυλα. Εἰ γὰρ ὁ νοῦς ὅ ἐστιν ἡ λογικὴ γνῶσις. μόνον οἶδε τὰ ἄϋλα, μὴ γινώσκει δὲ καὶ τὰ ἔνυλα, ἔσται ὁ νοῦς κατά τι ἄνους · τὰ γὰρ ἔνυλα μὴ νοῶν, ἄνους ἔσται κατ' αὐτά · ἀλλὰ μὲν ἄτοπον τὸν νοῦν κατά τι ἄνουν εἶναι. Οὐκ ἄρα τὰ ἄϋλα μόνον οἶδεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔνυλα. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἀριστοτέλης. Ὅτι δὲ καὶ τὰ ἔνυλα οἶδεν ὁ νοῦς ἐντεῦθεν ἔστι συνιδεῖν. Εἰ γὰρ μὴ ἠπίστατο τὰ ἔνυλα, πῶς ἐπιδιωρθοῦται τὴν αἴσθησιν, ὁρῶσαν τὴν κώπην ἐν ὕδατι κεκλασμένην, καὶ τὸν ἥλιον ποδιαῖον ; ἄλλως τε δὲ ἔχομεν κανόνα, ὅτι τὸ ἐπιστάμενον διαφορὰν πραγμάτων, πολλῷ μᾶλλον αὐτὰ τάδε · (6) τὴν διαφορὰν τῶν ἀΰλων πρὸς τὰ ἔνυλα, οἶδεν ἄρα καὶ B τὰ ἔνυλα. Ἀλλ' ἐρεῖς ἴσως ὅτι ἄτοπόν ἐστι τὸ νοῦν τὰ ἔξω εἰδέναι · ταῦτα γὰρ αἰσθήσεώς ἐστι τὸ τὰ ἔνυλα καὶ τὰ κατὰ μέρος γινώσκειν · ὁ μὲν γὰρ νοῦς τὸ καθόλου οἶδε μόνον · τῆς δὲ αἰσθήσεώς ἐστι τὸ εἰδέναι μερικὰ, ἅ τινά ἐστιν ἔνυλα. Ἔστι δὲ εἰπεῖν πρὸς τοῦτο. ὅτι ὁ νοῦς τῷ μὲν ὑποκειμένῳ εἷς ἐστι, τῷ δὲ λόγῳ διάφορος. Ὁ γὰρ νοῦς ἢ καθ' ἑαυτὸν μόνον ἐνεργεῖ, καὶ τότε τὸ καθόλου μόνον οἶδεν · ἢ μετὰ αἰσθήσεως ἐνεργεῖ, ὀργάνῳ αὐτῇ κεχρημένος · καὶ τότε τὰ ἔνυλα καὶ μερικὰ οἶδεν. Ὥσπερ γὰρ ἡ αὐτὴ εὐθεῖα, τῷ μὲν ὑποκειμένῳ ἡ αὐτή ἐστι, τῷ δὲ λόγῳ ιάφορος. Ἡ γὰρ νῦν εὐθεῖα οὖσα δύναται κλασθῆναι καὶ ἐπικαμπὴς γενέσθαι · οὕτω καὶ ὁ νοῦς ὁ αὐτός ἐστι τῷ ὑποκειμένῳ · ἄλλοτε εὐθεῖα ἀναλογεῖ, ὁ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐνεργεῖ καὶ τὰ ἄϋλα οἶδεν, C ἄλλοτε δὲ κεκλασμένη εὐθεῖα, ἐπικαμπόμενος (7) πρὸς τὴν αἴσθησιν, καὶ ὀργάνῳ αὐτῇ κεχρημένος, ὅτε καὶ τὰ ἔνυλα οἶδε. Τοῦτε μὲν οὖν ἐστι τὸ πρῶτον ἄπορον καὶ ἡ λύσις αὐτοῦ. Δεύτερον ἄπορον, ὃν καὶ λῆμμα προλαμβάνεται, τοιοῦτον, ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ δυνάμει εἰς τὸ ἐνεργείᾳ γενόμενον, πάντως ἀλλοιοῦται, ἡ δὲ ἀλλοίωσις πάθος ἐστί. Τούτου προληφθέντος πρόεισι λοιπὸν τὸ ἄπορον. Εἰ γινώσκει ὁ νοῦς τὰ ἔνυλα, δῆλον ὅτι πάσχει ὑπ' αὐτῶν, ἀπὸ τῆς δυνάμει γνώσεως εἰς τὴν ἐνεργείᾳ γνῶσιν (8). Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ δυνάμει ἀγόμενον εἰς τὸ ἐνεργείᾳ ἀλλοιοῦται. Τὸ δὲ ἀλλοιούμενον, πάσχει. Ὁ νοῦς ἄρα πάσχει ἀπὸ τῶν ἐνύλων · καὶ ἐπειδὴ οὐδὲν ἐκ τοῦ ἀνομοΰλου πάσχει, δῆλον ἄρα ὅτι ὁμόϋλός ἐστιν ὁ νοῦς τοῖς ἐνύλοις. Καὶ ἔστι καὶ αὐτὸς ἔνυλος καὶ ἄφθαρτος. Αὕτη ἡ ἀπορία, D ἣν ἐπιλυσόμενοί φαμεν, ὅτι κακῶς εἴληπται, ὅτι ποῦ ποιοῦν καὶ πάσχει · οὗτος ὁ λόγος ψευδής ἐστι. Τότε γὰρ τὸ ποιοῦν ἀντιπάσχει, ὅτε ὁμόϋλον ἔσται τῷ πάσχοντι. Ἐπειδὴ οὖν ὁ νοῦς οὐκ ἔστιν ὁμόϋλος τοῖς ἐνύλοις, οὐκ ἀνάγκη πάσχειν αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐνύλων ὅτε γινώσκει αὐτά. Ποιεῖ γὰρ καὶ ὁ δημιουργὸς, εὐεργετῶν ἡμᾶς · καὶ ὅμως οὐκ ἀντπάσχει ὑφ' ἡμῶν · ὥστε ἐκεῖνα μόνα τῶν ποιούντων ἀντιπάσχει, ὅσα ὁμόϋλά ἐστι τοῖς πάσχουσιν. Ὅτι ἴδιόν ἐστι τῷ

(5) Hiatum sic replere videor, ἀλλ' οἶδε τά ἄϋλα. Σκοπήσει οὖν πάντως.

(6) Deest ἀλλ' οἱ δὲ τήν, etc., aut quidpiam hujusmodi.

(7) Forte legendum, καὶ ὁ νοῦς, ἐπικαμπτόμενον.

(8) Subesse puto, ἀγομένην.

(18) Αἱ ποιναί. Pulcherrima declaratio hujus oraculi peti potest e Synesii libro *De insomniis*, pag. 109, ubi sic inquit : Αἱ παρ' ἀξίαν καλούμεναι ξυμφοραί, μέγα μέρος συμβάλλονται πρὸς τὸ λῦσαι τὴν σχέσιν ἣν ἔχομεν πρὸς τὰ τῇδε, etc. Id est, « Calamitates insolitæ maxime conferunt ad tollendam propensionem qua in res caducas ferimur. » Et paulo post, Ποιναὶ γὰρ ὑλαῖαι τότε δὴ καὶ παρ' εἱμαρμένην κινοῦνται κατὰ τῶν ἀμφηνιασάντων πρὸς τοὺς νόμους αὐτῆς. Καὶ τοῦτο ἄρα αἱ καλούμεναι πεῖραι, ἃς Ἡρακλέα τε ἀνατλῆναί φασιν ἱεροὶ λόγοι. Hoc est, « Pœnæ sane etiam præter fati necessitatem moventur adversus feroces et legum frena excutientes atque hæ profecto ærumnæ sunt et celebres illi labores quos Herculem sustinuisse perhibent sacri D sermones.

(19) Ἡγείσθω, Marsil. lib. XIII, *De anim. imm.* cap. IV, ut supra indicavi.

(20) Ὦ τολμηροτάτης. Idem refert lib. XIV, cap. 1 : *O, homo naturæ audentissimæ artificium.*

(21) Ἀθρησεῖς. In vet. cod. regiæ bibliothecæ scribitur ἀθρήσῃς πάντα λ., et linea penult. κεραυνοῖς.

(22) Πάντοθεν. Hic est ordo versuum hujus paginæ in codice regio. Primus est πάντοθεν, secundum ὦ πῶς ἔχει κόσμος, tertius ἡνίκα, quartus λαμπόμενον, quintus κλῦθι, sextus πάντα γάρ, septimus δευτέρῳ, octavus Πατὴρ οὐ φόβον, nonus ἑαυτὸν ὁ Πατὴρ cum proximo οὐδ' ἐν, decimus ἔστι δὲ δή τι undecimus εἰσὶν πάντα, duodecimus μάνθανε τό, decimus tertius νοούμεναι, decimus quartus βουλαῖς, quintus autem in istius paginæ ordine σύμβολα, etc., plane omissus est.

Λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλου κατὰ βενθεα κόσμου,
Κλῦθι πυρὸς τὴν φωνήν.
Σύμβολα πατρικὸς νόος ἐνέσπειρε (22) ταῖς ψυχαῖς.
Μάνθανε (23) τὸ νοητὸν, ἐπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει.
Ἔστι δὲ (24) δή τι νοητὸν, ὅ χρή σε νοεῖν νόου ἄνθει.
Εἰσὶν πάντα (25) πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα·
Πάντα (26) γὰρ ἐξετέλησε Πατὴρ, καὶ νῷ παρέδωκε.
A Δευτέρῳ, ὃν πρῶτον κληΐζεται (27) ἔθνεα ἀνδρῶν.
Νοούμεναι ἴυγγες πατρόθεν νοέουσι καὶ αὐταὶ,
Βουλαῖς ἀφθέγκτοισι κινούμεναι (28) ὥστε νοῆσαι.
Ὦ πῶς κόσμος ἔχει νοεροὺς ἀνοχῆας (29) ἀκαμπεῖς!
Ἑαυτὸν ὁ Πατὴρ ἥρπασεν·
Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.
Πατὴρ (30) οὐ φόβον ἐνθρώσκει, πειθὼ δ' ἐπιχεύει.

Si sæpius mihi locutus fueris prorsus videbis memorabilem; neque enim cœlestis, curvaque et devexa apparet tunc tibi moles. Stellæ non splendent, lunæ lumen tectum est, terra non stat, videntur vero omnia esse fulmina.

Ne vocaveris imaginem naturæ ipsius Dei per se conspicuam.

Undique simplici amnio tende habenas ignis.

Cum videris absque forma sacrum ignem micantem saltando per profunda totius mundi, audi ignis sonitum.

Mens ipsius Dei indidit animis hominum signa paterna.

Percipe id quod potest intellectu percipi : nam est extra mentem.

Est sane quiddam intelligentia perceptibile, quod oportet te intelligere flore mentis.

Omnia sunt producta ex uno igne : quippe cum omnia Pater perfecerit, et menti tradiderit secundæ, quam primam vocant nationes hominum.

Species quæ mente percipiuntur paterna mente perceptæ et ipsæ intelligunt, consilii tacitis motæ
B ut intelligant.

O quomodo mundus hic habet rectores vi intelligendi præditos qui non flectuntur!

Seipsum summus parens Deus a reliquis omnibus subduxit : neque in sua potentia intellectili ignem suum inclusit.

Pater non metum immittit, sed obsequium infundit.

JOANNIS OPSOPŒI NOTÆ.

(23) Μάνθανε. Marsilius lib. I, De anim. immortalitate cap. 6 : « Aliud mens erit, aliud veritas. Quod sic aperit Zoroaster : Scito intelligibile ipsum esse extra mentem. »

(24) Ἔστι δέ. Idem lib. XIII, cap. 5 : « Est intelligibile aliquid quod intelligere te oportet mentis flore. Florem mentis appellat Zoroaster ipsum animæ centrum, quod Plato nominat mentis caput. »

(5) Εἰσὶν πάντα. Idem lib. II, cap. 7 : « Esse ipsum rebus omnibus est commune. Esse igitur ubicunque sit, pendet ex Deo. Quod mystice tetigit Zoroaster : Omnia sunt ex uno igne genita.

(26) Πάντα γάρ. Ficinus lib. IV, cap. 1 : « Essentia angelorum principio informis est quodammodo, et tanquam passivum subjectum quoddam exponitur ad actum intelligendi, et formarum idearumque ornatum suscipiendum. De quo Zoroaster ait : Omnia perfecit pater, et menti præbuit secundæ. » Porro corrige ἐξετέλησε, et scribe ἐξετέλεσσε. Ita enim in hoc verbo syllabam producunt poetæ, non vocalis brevis in longam mutatione.

(27) Κληΐζεται. Regium exemplar habet κληΐζεται πᾶν γένος ἀνδρῶν, et ita quoque correxerat Ranconetus. Sed laborabit carmen, nisi illi hac ratione subvenias : κληΐζετ' ἅπαν γένος ἀνδρῶν. Recepta lectio tamen non est improbanda,

(28) Κινούμεναι. Marsil. Ficinus lib. I De anim. immort.. cap. 5 : « Angeli movent, non moventur; de quibus Zoroaster, Mundus habet intellectuales rectores immobiles. »

(29) Ἀνοχῆας· Idem lib. IV, cap. 1 : « Angelus
C animam uno excedit, quod manet : Deo cedit uno, quod multiplex est. Deus tamen per hoc unum abit super omnia ad infinitum. Quod ita cecinit Zoroaster : Pater per se ipsum rapuit, neque in mente quidem quæ illum sequitur, proprium inclusit ignem ; » q. d., nullam habet cum cæteris comparationem.

(30) Πατὴρ etc. Idem lib. III, cap. ult. : « Si animos pulsat, quia illi sursum deorsumque libere volubiles sunt, pulsat, et libere, ita ut alliciat ; non trahat, non cogat, sed persuadeat ; quod Zoroaster ita testatur : Pater non incurrit metum, sed persuasionem inducit. »

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΑ ΧΑΛΔΑΙΚΑ ΛΟΓΙΑ

—

SAPIENTISSIMI PSELLI

EXPOSITIO

IN ORACULA CHALDAICA.

—

Est etiam simulacro locus suus in regione undique [et omnino lucida.

Idola sive simulacra dicuntur a philosophis, quæ congenita quidem sunt præstantioribus, attamen illis inferiora et deteriora. Exempli gratia, Deo mens congenita est, menti anima rationis particeps, animæ ratione præditæ irrationalis, irrationali natura, naturæ corpus, et corpori materia. Idolum itaque et imago Dei mens est, mentis anima rationalis, animæ rationalis irrationalis, irrationalis natura, naturæ corpus, corporis materia. Hic autem irrationalem animam vocat Chaldaicum oraculum animæ rationalis simulacrum, eo quod huic illa connata est, sed conditione inferori : aitque simulacro partem attributam esse in regione undiquaque collustrata. Quo significat animam rationis expertem quæ imaginem animæ ratione præditæ refert, virtutum auxilio dum in hac vita moratur lustratam, curriculo vitæ humanæ finito ad regionem quæ supra lunam est redire, eique sorte assignari locum undique luminosum, id est circumcirca et omni ex parte splendore fulgentem. Nam qui subter lunam locus est, undique tenebricosus est, et circumcirca caligine septus. Lunaris vero alternatim lucidus et obscurus est, hoc una ex parte lumine clarus, ex altera tenebris oppletus : quemadmodum etiam ipsa luna media ex parte illuminata est, et ex media obtenebrata. Locus vero ille supra lunam, utrinque lucidus est sive omni ex parte collustratus. Dicit itaque oraculum, non solum animæ ratione præditæ superlunarem illam regionem undique luminosam esse destinatam, sed etiam illius imaginem animam brutam hac sorte dotatam, ut in regionem omni ex parte lucidam adsciscatur, modo splendida et pura e corpore exierit. Græcorum siquidem do-

A ῎Εστι καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα·

Εἴδωλα (1) λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὰ συμφυῆ μὲν κρείττοσιν, ἐλάττονα δὲ ἐκείνων τυγχάνοντα· οἷον συμφυὴς ὁ νοῦς τῷ Θεῷ, καὶ τῷ νῷ ἡ λογικὴ ψυχὴ, καὶ τῇ λογικῇ ψυχῇ ἡ ἄλογος, καὶ σῇ ἀλόγῳ ἡ φύσις, καὶ τῇ φύσει τὸ σῶμα, καὶ τῷ σώματι ἡ ὕλη. Εἴνωλον μὲν τοῦ μὲν Θεοῦ, ὁ νοῦς· τοῦ δὲ νοῦ, ἡ λογικὴ ψυχή· τῆς δὲ λογικῆς ψυχῆς, ἄλογος· τῆς δὲ ἀλόγου, ἡ φύσις, τῆς δὲ φύσεως, τὸ σῶμα, τοῦ δὲ σώματος, ἡ ὕλη. Ἐνταῦθα δὲ τὸ Χαλδαϊκὸν λόγιον ε῞δωλόν φησι τὴν ἄλογον ψυχὴν τῆς λογικῆς. Συμφυὴς γὰρ αὐτὴ (2) ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ χείρων ἐκείνης. Καί φησιν ὅτι καὶ εἰδώλῳ μερίς ἐστιν εἰς τόπον ἀμφιφάοντα, τουτέστιν, ἡ ἄλογος ψυχὴ ἥτις ἐστὶν εἴδωλον τῆς λογικῆς ψυχῆς, καθαρθεῖσα δι' B ἀρετῆς ἐν τῷ βίῳ, ἄνεισιν εἰς τὸν ὑπὲρ σελήνην τόπον μετὰ τὴν διάλυσιν τῆς τοῦ ἀνθρώπου ζωῆς· καὶ ἐπικληροῦται εἰς τὸν ἀμφιφαῆ, τουτέστιν ἀμφοτέρωθεν λάμποντα, καὶ ὁλολαμπῆ. Ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ σελήνην τόπος ἀμφικνεφής ἐστι, τουτέστιν ἀμφοτέρωθεν σκοτεινός. Ὁ δὲ σεληνιακὸς, ἑτεροφαὴς, ἢ ἑτεροκνεφής· τουτέστι, τῷ ἡμίσει (3) περιλάμπων, τῷ δὲ ἡμίσει σκότους μεστός. Και γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ σελήνη τοιαύτη ἐστὶ, τῷ μὲν ἡμίσει μέρει πεφωτισμένη, καὶ τῷ ἡμίσει ἀφώτιστος. Ὁ δὲ ὑπὲρ σελήνην τόπος ἀμφιφαὴς ἐστιν, ἤτοι διόλου πεφωτισμένος. Λέγει οὖν τὸ λόγιον, ὅτι οὐ μόνον ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀποκληροῦται εἰς τὸν ὑπὲρ σελήνην τόπον τὸν ἀμφιφαῆ, ἀλλὰ μερίς ἐστι καὶ τῷ εἰδώλῳ αὐτῆς, ἤτοι τῇ ἀλόγῳ ψυχὴ, ἀποκληρωθῆναι εἰς τὸν ἀμφιφαῆ C τόπον, ὅταν διαυγὴς καὶ καθαρὰ ἐξέλθῃ τοῦ σώματος. Ὁ μὲν γὰρ Ἑλληνικὸς λόγος ἀθάνατον τιθεὶς καὶ τὴν ἄλογον τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν, μέχρι τῶν ὑπὸ σελήνην στοιχείων αὐτὴν ἀνάγει· τὸ δὲ Χαλδαϊκὸν

JOANNIS OPSOPOEI NOTÆ.

(1) Εἴδωλα. Hanc Pselli expositionem transtulit Gregoras Nicephorus in sua scholia, quæ commentatus est super librum Synesii de insomniis, pag. 111 et 115 editionis Parisinæ.

(2) Αὐτή. Legendum est αὐτῇ pro αὐτή, nempe animæ ratione præditæ.

(3) Τῷ ἡμίσει. Deest μέν, ut ex Nicephoro, et opposita δὲ particula apparet : Τῷ μὲν ἡμίσει.

λόγιον καθαῖρον αὐτὴν καὶ ὁμόφρονα τῇ λογικῇ ψυχῇ A ποιοῦν, εἰς τὸν ἐπέκεινα τῆς σελήνης τὸν ἀμφιφαῆ ταύτην ἀποκαθιστᾷ. Καὶ τὰ μὲν τῶν Χαλδαίων δόγματα, τοιαῦτα. Οἱ δὲ τῆς εὐσεβείας ὑφηγηταὶ καὶ τῶν Χριστιανικῶν δογμάτων ὑποφῆται καὶ κήρυκες, οὐδαμοῦ τὴν ἄλογον ψυχὴν ἀνάγουσιν, ἀλλὰ θνητὴν διαῤῥήδην ὁρίζονται, Ἄλογον δὲ ψυχὴν τίθενται, τὸν θυμὸν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ὀρεγομένην γενέσεως. Οὕτω γοῦν ὁ Νυσσαεὺς Γρηγόριος ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ διέξεισιν.

ctrina irrationalem hominis animam facit interitus nesciam, eamque usque ad elementa sub luna sita extollit; at Chaldaicum oraculum expiatam illam et cum rationis participe anima amice conspirantem in regionem hanc quæ ultra lunam est, undique lucidam transvehit. Atque hæc quidem sunt statuta Chaldæorum. Pietatis vero doctores et Christianorum dogmatum interpretes ac præcones nusquam locorum brutam animam ad superiora educunt, sed aperte interitui obnoxiam esse profitentur. Habent autem pro anima bruta iram et cupiditatem generationis appetitricem. Atque ita enarrando tradit Gregorius Nyssenus oratione *De anima*.

Μηδὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψῃς.

Ὕλης σκύβαλον φησι τὸ λόγιον, τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα τὸ ἐκ τεσσάρων στοιχείων συγκείμενον καί, B ὥσπερ ἐν διδασκαλίας λόγῳ καὶ παραινέσεως φησὶ πρὸς τὸν διδασκόμενον, ὅτι Μὴ μόνον τὴν ψυχήν σου πρὸς τὸν Θεὸν μετεώριον, καὶ τῆς βιωτικῆς συγχύσεως ὑπερτέραν ποίησον, ἀλλ' εἰ δυνατόν, μηδὲ αὐτὸ τὸ σῶμα ὅπερ ἠμφίεσαι, καὶ ὅπερ σκύβαλόν ἐστι τῆς ὕλης, τουτέστι πράγμασι ἀπεῤῥιμμένον καὶ καταπεφρονημένον, καὶ ὕλης παίγνιον, εἰς τὸν περίγειον καταλείπῃς κόσμον. Κρημνὸν γὰρ τὸν ἐνταῦθα τόπον ὀνομάζει τὸ λόγιον. Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ μετεώρου τόπου τοῦ οὐρανοῦ, ἡ φύσις ἡμῶν ἐνταῦθα κατακρημνίζεται, Παραινεῖ οὖν, ἵνα καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα. ὅπερ φησὶν ὕλης σκύβαλον, πυρὶ θείῳ ἐκδαπανήσωμεν, ἢ ἀπολεπήναντες εἰς αἰθέρα κουφίσωμεν, ἢ μετερασθῶμεν ὑπὸ Θεοῦ εἰς τόπον ἄϋλον καὶ ἀσώματον· ἢ ἐνσώματον μέν, αἰθέριον δέ, ἢ οὐράνιον οὗ δὴ τετύχηκεν ὅ τε Θεσβίτης Ἠλίας, καὶ πρὸ C τούτου Ἐνώχ, μετατεθέντες ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, καὶ εἰς θειοτέραν λῆξιν ἀποκαθιστάντες, καὶ μηδὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον, ἤτοι τὸ ἑαυτῶν σῶμα κρημνῷ καταλιπόντες. Κρημνὸς δέ ἐστιν, ὥσπερ εἰρήκαμεν, ὁ περίγειος τόπος. Τὸ δὲ τοιοῦτον δόγμα εἰ καὶ θαυμαστόν ἐστι καὶ ὑπερφυές, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ βουλήματι ἡ δαπανὴ κεῖται τοῦ σώματος, καὶ ἡ πρὸς τὸν θειότερον τόπον τούτων μετάστασις· μόνης δὲ τῆς θείας ἤρτηται τὸ πρᾶγμα χάριτος, τῆς τῷ ἀποῤῥήτῳ πυρὶ τὴν ὕλην ἐκδαπανώσης τοῦ σώματος. καὶ τὴν ἐμβριθῆ καὶ γεώδη φύσιν ὀχήματι πυρίνῳ μετεωριζούσης εἰς οὐρανόν.

Ne vero materiæ fæces in præcipitio relinquas.

Materiæ fæces appellat oraculum hominis corpus e quatuor elementis compositum, et tanquam docendo et exhortando discipulum alloquitur : Non solum animam tuam ad Deum eleva, et ut vitæ hujus turbas superet effice, sed, si fieri potest, ne quidem ipsum corpus quo amictus es, quodque materiæ fæx est rejicula et neglecta, et materiæ ludicrum, in terrestri mundo relinque. Præcipitium namque nominat oraculum locum hunc inferiorem. A cœlo enim tamquam loco edito natura nostra huc præcipitatur. Admonet igitur, ut et ipsum corpus, quod per materiæ fæcem innuit, igne divino absumamus et expurgemus, aut decorticatim in æthera elevemus, aut a Deo ceu transvasemur in locum materiæ et corporis expertem ; vel corporem eum quidem, sed æthereum, vel cœlestem, quem consecuti sunt Elias Thesbites et ante hunc Enoch, ab ac vita in longe diviniorem conditionem translati, materiæ sedimento, suo nempe ipsorum corpore, in præruptis locis nomine destituto. Est autem præruptus locus quemadmodum diximus, regio terrestris. Atque hoc dogma licet admirabile sit et excellens, non tamen in nostra voluntate sita est corporis illustratio et ad diviniorem locum translatio, sed pendet res tota a divina gratia, ut hæc ineffabili igne corporis materiam exurat, et prægravantem terrenamque naturam igneo vehiculo in cœlum evehat.

Μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι.

Τοῦτο τὸ λόγιον καὶ Ηλωτῖνος ἐν τῷ περὶ ἀλόγου D ἐξαγωγῆς τίθησιν. Ἔστι δ' ὁ λόγος παραίνεσις ὑπερφυής τε καὶ ὑπερήφανος. Φησὶ γὰρ μηδέ τι τὸν ἄνθρωπον πραγματεύεσθαι περὶ τὴν ἐξαγωγὴν τῆς ψυχῆς, μηδὲ φροντίζειν πῶς ἂν ἐξέλθοι τοῦ σώματος· ἀλλὰ τῷ φυσικῷ λόγῳ τῆς διαλύσεως παταχωρεῖν. Αὐτὸ γὰρ τὸ ἐμμέριμνον εἶναί τινα περὶ τῆς τοῦ σώματος λύσεως, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἐξαγωγῆς τῆς ψυχῆς, μετάγει τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν κρειττόνων, καὶ ἀπασχολεῖ περὶ τὴν τοιαύτην φροντίδα, ἔνθεν τοι οὐδὲ καθαίρεται τελεώτατα ἡ ψυχή. Ἀσχολουμένοις οὖν ἡμῖν περὶ τὴν ἀνάλυσιν, ἐάν τηνικαῦτα ὁ θάνατος παραγένηται, οὐκ ἐλευθέρα παντάπασιν ἔξεισιν ἡ

Ne exigas animam, *ne in exeundo habens aliquid periclitetur.*

Hoc oraculum refert etiam Plotinus in libro de animæ irrationalis eductione. Est autem insignis et magni momenti exhortatio : homini nimirum nihil quidquam moliendum esse de animæ eductione, neque despiciendum quo pacto illa e corpore egrediatur; sed negotium naturali dissolutionis rationi permittendum. Anxietas enim et sollicitudo de corporis solutione, et animæ ex illo eductione, mentem a melioribus cogitationibus avocat, et curis ejusmodi occupat, unde perfecte anima purgari nequit. Si enim tunc mors nobis adveniat, quando curis de resolutione distringimur, anima non exit prorsus libera, sed retinens aliquid de vita affecti-

bus implicata. Affectum enim definit Chaldæus hominis de morte sollicitudinem. Nullius enim alterius rei curam habendam esse vult quam præstantiorum illuminationum. Verum neque de his admodum sollicite cogitandum, sed ubi teipsum angelicis et divinis potentiis nos in altiora extollentibus permiseris, omnibus quæ in corpore sunt, dicam et in anima, sentiendi instrumentis obstructis, absque ullis negotiorum curis et mentis agitationibus vocantem Deum sequendum esse.

A ψυχή, ἀλλ' ἔχουσά τι τῆς ἐμπαθεστέρας ζωῆς. Πάθος γὰρ ὁρίζεται ὁ Χαλδαῖος τὸ φροντίζειν περὶ τοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον. Δεῖ γὰρ, φησὶ, μηδενὸς ἑτέρου φροντίζειν, ἢ τῶν κρειττόνων ἐλλάμψεων· μᾶλλον δὲ μηδὲ περὶ τούτων φροντίζειν· ἀλλ' ἀφεικότα ἑαυτὸν ταῖς ἀναγούσαις ἡμᾶς ἀγγελικαῖς ἢ θειοτέραις δυνάμεσι, καὶ τὰ τοῦ σώματος μύσαντα αἰσθητήρια, εἰπεῖν δὲ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς, ἀπολυπραγμονήτως καὶ ἀνενοήτως ἕπεσθαι τῷ καλοῦντι Θεῷ.

Nonnulli simplicius oraculum exposuerunt: *Ne educas* enim, inquiunt, *ne exeat aliquid habens*, id est, Ne te ante mortis naturalis terminum interimas, licet phisolophiæ totus omni studio incubueris: nondum enim omnibus numeris absolutam lustrationem adeptus es. Unde licet anima e corpore via ista exsilierit, exibit tamen vitæ hujus corruptione quodammodo infecta. Si enim nos homines in hoc corpore tanquam in custodia et statione collocati sumus, quemadmodum sane Plato hac sententia divinitus accepta in arcanis sermonibus dixerat, nemo certe sibi mortem inferre debet antequam Deus moriendi necessitatem immiserit. Atque hæc expositio melior est priore, et Christianæ doctrinæ prorsus congrua:

Τινὲς δὲ ἁπλούστερον ἐξηγήσαντο τὸ λόγιον· Μὴ ἐξάξῃς γὰρ, φασὶν, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι· τουτέστι, Μὴ προανέλῃς σαυτὸν τοῦ φυσικοῦ θανάτου, κἂν πάνυ πεφιλοσόφηκας· οὔπω γὰρ τῆς τελεοτάτης καθάρσεως ἔτυχες. Ἔνθεν καὶ ἀφιπταμένη ἡ ψυχὴ B τοῦ σώματος διὰ τῆς τοιαύτης ἐξαγωγῆς, ἔχουσί τι τῆς θνητοειδοῦς ζωῆς ἔξεισιν. Εἰ γὰρ καὶ ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ σώματί ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ δὴ καὶ Πλάτων εἰρήκει ἐν ἀποῤῥήτοις λόγοις ἄνωθεν τὴν δόξαν μεμαθηκώς, ἀλλ' οὐ δεῖ ἑαυτὸν ἀποκτεῖναί τινα, πρὶν ἀνάγκην ὁ Θεὸς ἐπιπέμψῃ. Καὶ κρείττων ἡ ἐξήγησις αὕτη τῆς προτέρας, καὶ τῷ Χριστιανικῷ λόγῳ συμβαίνουσα·

Animo tuo ne subjicias immensa terræ spatia.

Non est enim veritatis planta in terra.
Neque metire mensuram solis canonibus collectis:

Sempiterno Patris consilio fertur, non tua causa:
Relinque lunæ impetum: perpetuo currit vi necessitatis.
C
Astrorum procursus tua gratia non est conditus.
In aere avium latum remigium nunquam verax est:
Et victimarum viscerumque frusta, hæc omnia ludibrio sunt,
Erroris negotiatorum fulcra. Tu fuge ista,
Si velis sacrum pietatis hortum recludere,
Ubi virtus, sapientia et æquitas consociantur.

Μὴ τὰ (4) πελώρια μέτρα γαίης ὑπὸ σὴν φρένα βάλλου·
Οὐ γὰρ ἀληθείης φυτὸν ἐνὶ χθονί.
Μηδὲ μέτρει μέτρα ἠλίου (5) κανόνας συναθροίσας·
Ἀϊδίῳ (6) βουλῇ φέρεται Πατρὸς, οὐχ ἕνεκέν σου·
Μήνης ῥοῖζον ἔασον· ἀεὶ τρέχει ἔργῳ ἀνάγκης·
Ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη·
Αἴθριος ὀρνίθων ταρσὸς πλατὺς, οὔ ποτ' ἀληθής,
Καὶ θυσιῶν (7) σπλάγχνων τε τομαί· τάδ' ἀθύρματα πάντα,
Ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα. Φεῦγε σὺ ταῦτα,
Μέλλων εὐσεβίης ἱερὸν παράδεισον ἀνοίγειν,
Ἔνθ' ἀρετὴ, σοφίη τε καὶ εὐνομίη συνάγονται.

Chaldæus abducit discendi studiosum ab omni Græcorum sapientia, et soli Deo adhærere docet. *Ne animo tuo comprehendas* (inquit) *terræ infinitam mensuram: non est enim veritatis planta in terra*; id est, Non sollicite mente tua inquiras magna terræ spatia, quemadmodum geographi facere solent terram dimetiendo: quia veritatis semen in terra non est. *Neque metere vias solis regulis ad eam rem observatis et collectis: sempiterno patris consilio volvitur, non propter te*; id est, Ne circa motum et doctrinam astrorum occuperis. Hæc enim non vitæ tuæ causa moventur, sed perpetuo volvuntur secundum voluntatem Dei. *Relinque lunæ impetum,*

Ἀπάγει τὸν μαθητευόμενον ὁ Χαλδαῖος πάσης Ἑλληνικῆς σοφίας, καὶ μόνῳ προσκολλᾷν οἴεται τῷ Θεῷ. Μὴ τὰ πελώρια γὰρ, φησὶ, μέτρα γαίης ὑπὸ σὴν φρένα βάλλου· οὐ γὰρ ἀληθείης φυτὸν ἐνὶ χθονί. τουτέστι, Μηδὲ τὰ μεγάλα μέτρα τῆς γῆς πολυπραγμόνει τῇ σῇ φρενὶ, ὥσπερ οἱ γεωγράφοι ποιοῦσι καταμετροῦντες τὴν γῆν· σπέρμα γὰρ ἀληθείας οὐκ ἔστιν ἐν γῇ. Μηδὲ μέτρει μέτρα ἡλίου D κανόνας συναθροίσας· ἀϊδίῳ βουλῇ φέρεται Πατρὸς, οὐχ ἕνεκα σοῦ· τουτέστι. Μὴ ἀσχολοῦ περὶ ἀστρονομίαν· οὐ γὰρ ἕνεκεν τῆς σῆς ζωῆς τὸν δρόμον ποιεῖται, ἀλλ' ἀϊδίως κινεῖται κατὰ τὸ τοῦ Θεοῦ βούλημα. Μήνης ῥοῖζον ἔασον, ἀεὶ τρέχει

JOANNIS OPSOPOEI NOTÆ.

(4) Μὴ τά. Horum versuum sententia expressa exstat in Sibyllinorum oraculorum lib. III.

(5) Ἡλίου. Metrum requirit ἠελίου. Sed id in his magicis oraculis non admodum curiose observatur.

(6) Ἀϊδίῳ. Marsilius Ficinus lib. IV *De animorum immortalitate*, cap. ult., agnoscit hunc versum.

(7) Καὶ θυσιῶν. Citatur hic versus a Synesio in lib. *De insomniis*, pag. 102, nonnihil varians. Verba ejus sunt: Ἀλλὰ τοῦτο μὲν παρειλήφθω παραστατικὸν τῆς ἀξίας, τῆς κατὰ τὴν ἐν φαντασίᾳ ζωὴν πρὸς τοὺς ἀπογινώσκοντας αὐτῆς καὶ τὰ ἐλάττω, ὡς οὐδὲν θαῦμα οὕτω γινώσκειν ὑπὸ περιττῆς σοφίας προστετηκότας τοῖς ὑπὸ τῶν λογίων ἀποκηρύκτοις. Φησὶ γάρ·
Οὐ θυσιῶν σπλάγχνων τε τομαί· τάδ' ἀθύρματα πάντα.
Καὶ φεύγειν αὐτὰ παρακελεύεται.

ἔργῳ ἀνάγκης. τουτέστι, τὸ τῆς σελήνης εὔτροχον (A) κίνημα μὴ πολυπραγμόνει· τρέχει γὰρ αὕτη οὐ διὰ σὲ, ἀλλ' ὑπὸ κρείττονος ἀνάγκης ἀγομένη. Ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη, τουτέστιν, οἱ προηγούμενοι τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων, ἢ τῶν πλανωμένων, οὐ χάριν σοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβον. Αἴθριος ὀρνίθων ταρσὸς, πλατὺς, οὔ ποτ' ἀληθής. τουτέστιν, ἡ διὰ τῶν πετομένων ὀρνίθων ἐν τῷ ἀέρι τέχνη, ἣν δὴ καὶ οἰωνιστικὴν ὀνομάζουσιν, οὐκ ἔστιν ἀληθὴς, περιεργαζομένη πτήσεις αὐτῶν, καὶ κλαγγὰς, καὶ καθέδρας. Ταρσὸν δὲ πλατὺν, τὴν τῶν ποδῶν αὐτῶν λέγει βάσιν πλατεῖαν οὖσαν, διὰ τὴν τῶν δακτύλων ἔκτασιν διειργομένων τῷ μεταξὺ δέρματι. Καὶ θυσιῶν σπλάγχνων τε τομαὶ, τάδ' ἀθύρματα πάντα, τουτέστιν, ἡ θυτικὴ καλουμένη ἐπιστήμη, ἤγουν ἡ διὰ τῶν θυσιῶν τῶν μελλόντων ζητοῦσα τὴν πρόγνωσιν, καὶ ἡ διὰ τομῆς τῶν σπλάγχων τῶν (B) σφαζομένων ἱερείων, παίγνιά εἰσιν ἄντικρυς. Ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα· τουτέστιν ἀφορμαὶ κέρδους ἀπατειλαί. Μὴ τοίνυν (φησὶ) πολυπραγμόνει σὺ μαθητευόμενος ὑπ' ἐμοῦ, μέλλων εὐσεβείης ἱερὸν παράδεισον ἀνοίγειν. Ἱερὸς δὲ παράδεισος εὐσεβείας κατὰ Χαλδαίους, οὐχ ὃν ἡ τοῦ Μωυσέως βίβλος φησὶν, ἀλλ' ὁ λειμὼν τῶν ὑψηλοτάτων θεωριῶν, ἔνθα τὰ ποικίλα τῶν ἀρετῶν δένδρα, καὶ τὸ ξύλον τὸ γνωστικὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, τουτέστιν ἡ διακριτικὴ φρόνησις, ἡ διαιροῦσα τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος· καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, τουτέστι τὸ φυτὸν τῆς θείας ἐλλάμψεως τῆς καρποφορούσης τῇ ψυχῇ ζωὴν ἱερωτέραν καὶ κρείττονα. Ἐν τούτῳ γοῦν τῷ παραδείσῳ καὶ ἀρετὴ καὶ σοφία καὶ εὐνομία φέρονται. Ἔστι δὲ ἀρετὴ, μία μὲν ἡ γενικὴ, πολλαὶ (C) δὲ αἱ κατ' εἴδη διαιρούμεναι. Σοφία δέ ἐστιν ἡ τούτων ἁπάντων περιεκτικὴ, ἣν ὡς μόνα ἄῤῥητον ὁ θεῖος προβάλλεται νοῦς. Τῶν δὴ τοιούτων Χαλδαϊκῶν παραινέσεων, τὰ μὲν πλείω καὶ ταῖς καθ' ἡμᾶς εἰσηγήσεσι κατάδηλά πώς εἰσι· τινὰ δὲ καὶ ἠθέτηται. Τοῦ γὰρ καθ' ἡμᾶς δόγματος διαῤῥήδην φάσκοντος διὰ τὸν ἄνθρωπον τὴν ὁρατὴν γεγενῆσθαι κτίσιν, ὁ Χαλδαῖος τὸν λόγον οὐ παραδέχεται, ἀλλ' ἀϊδίως τίθεται κινεῖσθαί τι κατ' οὐρανὸν, ἔργῳ ἀνάγκης, οὐχ ἕνεκεν ἡμῶν.

Δίζεο [καὶ] ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν ἢ τίνι τάξει
Σώματι θητεύσας ἐπὶ τάξιν ἰθὺς ἀναστήσεις,

.....Ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.

(D) Τουτέστι, ζήτει τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς, πόθεν παρήχθη καὶ ἐδούλευσε σώματι, καὶ πῶς ἂν τις ταύτην ἀνακτησάμενος καὶ ἐγείρας διὰ τῶν τελεστικῶν ἔργων, πεναγάγῃ ὅθεν ἀφίκετο· ἱερῷ λόγῳ ἑνώσας· τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν. Ἱερός ἐστιν ἡμῖν ὁ λόγος, ἡ νοερὰ ζωὴ, μᾶλλον δὲ ἡ ὑψηλοτέρα δύναμις τῆς ψυχῆς, ἣν ἄνθος νοῦ ἐν ἑτέροις ὀνομάζει τὸ λόγιον. Ἀλλ' οὗτος ὁ ἱερὸς λόγος ἀδυνατεῖ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν ὑψηλοτέραν ἀναγωγὴν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θείου περίληψιν. Καὶ ὁ μὲν τῆς εὐσεβείας λόγος χειραγωγεῖ τοῦτον πρὸς Θεὸν, διὰ τῶν ἐκεῖθεν ἐλλάμψεων· ὁ δὲ Χαλδαῖος διὰ τῆς τελεστικῆς ἐπιστήμης. Τελεστικὴ δὲ ἐπιστήμη ἐστὶν, ἡ οἷον τελειοῦσα τὴν

semper necessitatis opere currit, hoc est, ne anxie scruteris lunæ volubilem motum, non enim propter te currit illa, sed agitatur a necessitate potiore. *Stellarum progressus tua causa factus non est;* id est, stellarum duces ac præfecti, tam fixarum quam erraticarum, essentiam sive substantiam suam non in tui gratiam nacti sunt. *Ætheriæ avium plantæ latæ non sunt veraces*, id est, ars, ex avium in aere volantium inspectione, quam etiam auguralem scientiam nominant, curiose illarum volatum, garritum, et sedes observans, vera non est. Latam autem plantam vocat, dilatatum pedum gressum, ob digitorum extensionem cute inter illos media quam longissime diducta. *Et victimarum viscerumque sectiones, hæc omnia ludibria sunt;* id est, ars sacrificandi, tam ea quæ futura per victimas, quam quæ per viscerum mactatarum hostiarum dissectionem inquirit, manifesta ludicra sunt. *Negotiatorum erroris fulcra*, id est, lucri fraudulentæ captationes. Ne igitur (ait) tu mem disciplinæ traditæ istiusmodi curiose indageris, si quidem sacrum pietatis hortum tibi patere velis. Est autem sacer pietatis hortus sive paradisus secundum Chaldæos, non quem Moysis liber prædicat, sed altissimarum contemplationum pratum, in quo sunt variæ virtutum arbores et lignum cognitionis boni et mali, id est prudentia dijudicatrix, bona a pravis segregans; lignum denique vitæ, id est planta illustrationis divinæ, quæ animæ fructum sanctioris et melioris vitæ producit. In hoc igitur paradiso sunt virtus, sapientia et æquitas. Est autem virtus una quidem genere, sed plures specie diversæ. Sapientia vero omnes virtutes in se complectitur, quam ut solam ineffabilem mens divina profert. Atque exhortationum istarum Chaldaicarum pars magna quodammodo e nostrorum institutis aperta est, pars vero falsa et ex ethnicorum doctrina desumpta. Nam cum nostra doctrina manifeste asserat creaturam omnem visui subjectam hominum causa conditam fuisse, Chaldæus istud verbum omnino non admittit, sed perpetuo cursu cœlestia ferri tradit vi necessitatis, non propter nos.

Scrutare animæ rivum, unde aut quo ordine.
Corpori mercenaria opera præstita ad dignitatem iterum extollas,
Sacræ rationi opere adjuncto.

Hoc est, quære animæ originem, unde producta corpori inservierit, et quo pacto illa sacrarum cæremoniarum opere refocillata, lustrata atque erecta, eo unde venerat reduci queat, *sacra ratione conjuncta*. Id quod ita intelligendum venit. Sacra ratio in nobis est vita intellectu prædita aut potius suprema animæ facultas, quam mentis florem alicubi oraculum appellat. Verum sacra ista ratio nequit suo opsius ductu et auspicio ad superiora aspirare et res divinas comprehendere. Atque pietatis quidem institutum ad Deum illam manu dicit ope illuminationum sive institutionum cœlitus immissarum; Chaldæus vero ritum ac cæremoniarum

scientia. Quæ scientia rituum initiatrix animam perfectam reddit ope et potentia materialium terrestrium. Huic igitur (ait) sacræ rationi cum opus universi, id est cum sacræ rationi animæ, sive præstantiori illius facultati cæremoniarum opus conjunxeris. Et Gregorius quidem Theologus e nostris, ratione et contemplatione animam ad divina evehit, ratione quæ in nobis principatum obtinet intellectuque prædita est, contemplatione, quæ superne veniens illuminatio est. Plato vero ratione et intellectu essentiam generationis expertem principioque carentem a nobis comprehendi posse statuit. At Chaldæus ait non aliter nos ad Deum deduci posse, nisi animæ vehiculum materialibus cæremoniis aptum reddamus atque firmemus; arbitratur enim animam lignis, herbis et carminibus lustrari, agilioremque ad ascensum reddi.

A ψυχὴν διὰ τῆς τῶν ἐνταῦθ' ὑλικῶν δυνάμεως. Τούτῳ γοῦν, φησὶ, τῷ ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας, τουτέστι συνάψας τῷ ἱερῷ λόγῳ τῆς ψυχῆς, ἤτοι τῇ κρείττονι δυνάμει τὸ τῆς τελεστῆς ἔργον. Καὶ ὁ μὲν καθ' ἡμᾶς Θεολόγος Γρηγόριος λόγῳ καὶ τῇ θεωρίᾳ τὴν ψυχὴν ἀνάγει πρὸς τὰ θειότερα· λόγῳ τῷ καθ' ἡμᾶς τῷ νοερωτέρῳ καὶ κρείττονι, θεωρίᾳ τῇ ὑπὲρ ἡμᾶς ἐλλάμψει. Ὁ δὲ Πλάτων λόγῳ καὶ νοήσει περιληπτὴν ἡμῖν τὴν ἀγέννητον οὐσίαν τίθεται· ὁ δὲ Χαλδαῖος οὐκ ἄλλως φησὶν ἡμᾶς ἀνάγεσθαι πρὸς Θεὸν, εἰ μὴ δυναμώσομεν τὸ τῆς ψυχῆς ὄχημα διὰ τῶν ὑλικῶν τελετῶν· οἴεται γὰρ καθαίρεσθαι τὴν ψυχὴν λίθοις καὶ πόαις καὶ ἐπῳδαῖς, καὶ εὔτροχον εἶναι πρὸς τὴν ἀνάβασιν.

Ne deorsum vergas, locus præruptus in terra subjacet,
De gradibus trahens septem vias habentibus, sub [quibus
Necessitatis solium est.

B Μὴ [δὲ] κάτω νεύσῃς, κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται,
Ἑπταπόρου σύρων κατὰ βαθμίδος, ὑφ' ἣν ὁ τῆς
Ἀνάγκης θρόνος ἐστίν.

Oraculum admonet animam quæ a Deo proxima est, ut huic soli tota mente adhæreat, neque ad terrena cursum inflectat: quod immensus a Deo in terram pateat hiatus, qui animas per limina septem tramitum detrahat. Sunt autem limina septem tramitum, septem errantium stellarum orbes. Si itaque superne deorsum anima nutaverit, per septem illardm orbes in terram feretur. Sed istud septem circulorum iter tanquam per gradus quosdam ad necessitatis solium deducit: quo cum anima pervenerit, inevitabili mundi terreni desiderio tenetur.

Τὴν μετὰ Θεὸν οὖσαν ψυχὴν τὸ λόγιον νουθετεῖ ἐκείνῳ μόνῳ προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ μὴ κάτω τὴν ῥοπὴν ποιεῖσθαι· πολὺς γὰρ ὁ ἀπὸ Θεοῦ κατὰ γῆν κρημνὸς, σύρων τὰς ψυχὰς διὰ τῆς ἑπταπόρου βαθμίδος. Ἑπτάπορος δὲ βαθμὶς, αἱ τῶν ἑπτὰ πλανητῶν σφαῖραί εἰσι. Νεύσασα γοῦν ἄνωθεν ἡ ψυχὴ, φέρεται ἐπὶ γῆν διὰ τῶν ἑπτὰ τούτων σφαιρῶν. Ἡ δὲ τῶν ἑπτὰ κύκλων ὡς διὰ βαθμίδος κάθοδος ἐπὶ τὸν θρόνον ἄγει τῆς ἀνάγκης· οὗ δὴ γενομένη ἡ ψυχὴ τὸν περίγειον κόσμον ποθεῖν ἀναγκάζεται.

C

Nomina barbara nunquam mutaveris:

Id est, singulæ gentes habent nomina quædam divinitus data, quæ incredibilem vim habent in sacris. Ne igitur illa commutes aut transferas in Græcorum sermonem, ut est nomen Seraphim, Cherubim, Michael, Gabriel. Sic enim juxta Hebræorum dialectum prolata singularem et ineffabilem efficaciam in sacrorum administratione habent at in Græca nomina commutata, prorsus imbecillem. Ad me quod attinet, Chaldæorum sacra omnino non probo, neque illorum doctrinæ assentior. Vix autem oraculi obscuritatem tibi retexi.

Ὀνόματα (8) βάρβαρα μή ποτ' ἀλλάξῃς.

Τουτέστιν, εἰσὶν ὀνόματα παρ' ἑκάστοις ἔθνεσι θεοπαράδοτα, δύναμιν ἐν ταῖς τελεταῖς ἄῤῥητον ἔχοντα. Μὴ οὖν μήτ' ἀλλάξῃς αὐτὰ εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον· οἷον τὸ Σεραφεὶμ, καὶ τὸ Χερουβεὶμ, καὶ τὸ Μιχαὴλ, καὶ τὸ Γαβριήλ. Οὕτω μὲν λεγόμενα κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον, ἐνέργειαν ἐν ταῖς τελεταῖς ἔχει ἄῤῥητον· ἀμειφθέντα δὲ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασιν, ἀσθενῆ. Ἐγὼ δὲ οὐ τὰς Χαλδαϊκὰς δέχομαι τελετὰς, οὔτε τῷ δόγματι πάνυ προστίθεμαι. Ἀνεκάλυψα δέ σοι μόλις τοῦ λόγου τὴν κρυφιότητα.

Mundus habet quadamtenus sustentatores intellectu [præditos et immobiles.

Πῶς ἔχει κόσμος νοεροὺς ἀνοχῆας ἀκαμπεῖς.

Chaldæi posuerunt potentias in mundo, quas nominarunt mundi duces sive rectores, quod mundum motibus cum providenti cura regant. Has igitur potentias sive facultates appellat oraculum sustentatores, quod mundum universum sustineant. Atque immobilitate quidem declaratur illarum vis firma ac stabilis, sustentatione vero custodiæ atque conservationis cura. Istas autem facultates designant per solas mundorum causas et immobilitatem. Sunt

D Δυνάμεις ἐν τῷ κοσμῷ οἱ Χαλδαῖοι τίθενται, καὶ ὠνόμασεν αὐτὰς κοσμαγωγοὺς ὡς τὸν κόσμον ἀγούσας προνοητικαῖς κινήσεσι. Ταύτας οὖν τὰς δυνάμεις ἀνοχῆας καλεῖ τὸ λόγιον, ὡς τὸν πάντα κόσμον ἀνεχούσας· τῷ μὲν ἀκαμπεῖ τῆς σταθερᾶς αὐτῶν δηλουμένης δυνάμεως· τῷ δὲ ἀνοχικῷ, τῆς φρουρητικῆς. Ταύτας δὲ τὰς δυνάμεις, διὰ μόνης τῶν κόσμων αἰτίας καὶ ἀκλινοῦς ὁρίζονται. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεραι δυνάμεις λεγόμεναι παρ' αὐτοῖς μείλικτοι, οἷον

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ.

(8) Ὀνόματα. Refert oraculum cum sua interpretatione Nicephorus in scholiis ad Synesium pag. 96. Vide quoque eruditam ejus explicationem apud Origenem, lib. contra Celsum.

ἔντονοι καὶ ἀνεπίστροφοι πρὸς τὰ τῇδε, καὶ τὰς A ψυχὰς ποιοῦσαι τοῖς θελγητρίοις μὴ μειλίσσεσθαι πάθεσιν.

vero et aliæ nonnullæ potentiæ quas implacabiles vocant, ut quæ validæ atque fixæ ad hæc inferiora nunquam flectuntur, et in causa sunt ut animæ ab affectuum illicebris neutiquam demulceantur.

'Ενέργει περὶ τὸν (9, 10) 'Εκατινὸν στρόφαλον.

'Εκατινὸς στρόφαλος σφαῖρά ἐστι χρυσῆ, μέσον σάπφειρον περικλείουσα, διὰ ταυρείου στρεφομένη ἱμάντος, δι' ὅλης (11) αὐτῆς ἔχουσα χαρακτῆρας· ἣν δὴ στρέφοντες ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις. Καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖν εἰώθασιν ἴυγγας (12), εἴτε σφαιρικὸν εἶχον, εἴτε τρίγωνον, εἴτε καὶ ὅτι σχῆμα. Ἃ δὴ δονοῦντες τοὺς ἀσήμους ἢ κτηνώδεις ἐξεφώνουν ἤχους, γελῶντες, καὶ τὸν ἀέρα μαστίζοντες. Διδάσκει οὖν τὴν ταχετὴν ἐνεργεῖν, ἤτοι τὴν κίνησιν τοῦ τοιούτου στροφάλου, ὡς δύναμιν ἀπόρρητον ἔχουσαν. 'Εκατινὸς δὲ καλεῖται, ὡς τῇ 'Εκάτῃ ἀνακείμενος· ἡ δὲ B 'Εκάτη θεός ἐστι παρὰ Χαλδαίοις, ἐν δεξιᾷ μὲν αὐτῆς ἔχουσα τὴν πηγὴν τῶν ἀρετῶν. Ἔστι δὲ τὸ πᾶν φλύαρον.

Operare circa Hecatinum circulum.

Hecatinus circulus orbis est aureus, in medio sapphirum inclusum complectens, loro bubulo conversus, undiquaque varias figuras et characteres habens : quem rotantes, perficiebant invocationes. Atque istiusmodi sunt quæ Jungas vocare solent sive orbicularem, sive triangularem, sive aliam quamcunque figuram habeant. Atque dum circumagitant orbem illum, sonos inconditos vel etiam belluinos cum clamore emittunt ridentes et aerem flagris ferientes. Docet itaque ritus operationem, sive circuli ejusmodi agitationem, ut quæ vires arcanas habeat. Vocatus autem circulus ille Hecatinus quia Hecatæ dedicatus est. Quæ Hecate Chaldæis dea est, et in dextra sui parte virtutum fontem habet. Est autem hoc oraculum plane futile.

Πολλάκις ἢν λέξῃς μοι, ἀθρήσεις πάντα λέοντα.
Οὔτε γὰρ οὐράνιος κυρτὸς τότε φαίνεται ὄγκος,
'Αστέρες οὐ λάμπουσι, τὸ μήνης φῶς κεκάλυ-[πται,
Χθὼν οὐχ ἕστηκεν· βλέπεται δὲ πάντα κεραυνοί,

Si sæpe me allocutus fueris, videbis ubique leonem.
Neque enim cœlestis et convexa moles tunc apparet,
Stellæ non micant, lunæ lumen occultatum est,
Terra non stat fixa : videntur autem omnia fulmini-[bus plena.

Ἓν τῶν ἐν οὐρανῷ δώδεκα ζωδίων λεγομένων ἐστὶν ὁ λέων, οἶκος ἡλίου λεγόμενος οὗ τὴν πηγήν, ἤτοι τὴν αἰτίαν τῆς λεοντοειδοῦς ἐξ ἀστέρων συνθέσεως, λεοντοῦχον ὁ Χαλδαῖος καλεῖ. 'Εν οὖν ταῖς τελεταῖς, φησίν, ἐὰν ἐξ ὀνόματος καλέσῃς τὴν ταύτην πηγήν, C οὐδὲν ἕτερον ἴδῃς ἂν ἐν οὐρανῷ ἢ φάσμα λεόντιον. Οὔτε γὰρ ὁ κυρτὸς τοῦ ἀνθρώπου ὄγκος ἤτοι ὁ περιφερὴς φανεῖταί σοι, οὔτε ἀστέρες αὐγάσουσιν, ἀλλὰ καὶ ἡ σελήνη κεκάλυπται, καὶ σεισμοῖς τὰ πάντα δονεῖται. Οὐκ ἀναιρεῖ δὲ τὴν οὐσίαν ἡ τοιαύτη λεοντοῦχος πηγή, ἀλλὰ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ἰδίας ὑπάρξεως ἀποκρύπτει τὴν θεωρίαν αὐτῶν.

Leo est unum ex cœli animalibus Zodiaco assignatis : alias solis domus dicitur : cujus fontem, id est leoniformis e stellis compositionis causam, Chaldæus λεοντοῦχον vocat, quasi dicas *leonitenentem.* Ait igitur, si inter sacra fontem istum nomine suo vocaveris, nihil aliud in cœlo præterquam spectrum leoninum videbis. Neque enim concava et rotunda hominis (potius *cœli* moles tibi apparebit, neque stellæ lucebunt; imo ipsa luna occultabitur, et concussionibus omnia agitabuntur. Horum autem essentiam non tollit fons iste sedi leonis assignatus, sed propriæ illorum substantiæ principatus in causa est ut ipsa occultata non conspiciantur.

Πάντοθεν ἀπλάστῳ ψυχῇ πυρὸς ἡνία τεῖνον.

Ἄπλαστον ψυχὴν ὀνομάζει τὸ λόγον τὴν ἀμόρφωτον καὶ ἀδιατύπωτον, ἢ τὴν ἁπλουστάτην καὶ καθαρωτάτην· ἡνία δὲ τοῦ πυρὸς τῆς τοιαύτης ψυχῆς, τῆς θεουργικῆς ἐστι ζωῆς ἡ εὔλυτος ἐνέργεια, ἀνατείνουσα τὸν νοῦν τὸν πύρινον εἰς αὐτὸ τὸ θεῖον φῶς. D Πάντοθεν οὖν τῇ ἀπλάστῳ ψυχῇ τὰ τοῦ πυρὸς ἡνία τεῖνον, τουτέστι, καὶ ἀπὸ τῆς νοερᾶς δυνάμεως, καὶ ἀπὸ τῆς διανοητικῆς, καὶ ἀπὸ τῆς δοξαστικῆς, ἔστω τῇ ψυχῇ σπούδασμα, ἵνα καταλλήλως ἑκάστῃ δυνάμει τὰς θείας εἰσδέξηται φωταγωγίας. Τοῦτο γάρ φησι τό, πυρὸς ἡνία τεῖνον, 'Αλλ' ἡ φύσις ὀκλάζουσα, καὶ κατὰ τὰς δευτέρας ζωὰς ἐνεργεῖ.

Animæ figuræ experti undique tende ignis habenas.

Ἄπλαστον animam vocat oraculum forma et figura omni carentem, vel simplicissimam et purissimam : ignis autem habenas istiusmodi animæ, expeditam atque liberam deificæ vitæ operationem, quæ igneam mentem ad divinun lumen excitat atque erigit. *Informi* itaque *animæ ignis habenas tende*, id est huic rei stude atque operam nava, ut omnes potentiæ, et in intellectu, et in cogitatione, et in opinione consistentes, quælibet inquam sibi conformes et congruentes suscipiant illuminationes divinas. Nihil enim aliud sibi vult illud, *ignis habenas tende.* Sed natura labascero solet, et alterius vitæ deterioris scilicet, studio teneri.

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ.

(9-10) 'Εκατινόν. Legitur cum expositionis parte in Nicephori scholiis ad Synesium pag. 96 edit. Græcæ, ubi ἑκατικὸς scribitur.

(11 Δι' ὅλης. Nicephorus legit. δι' ὅλης δὲ τῆς ἐπιφανείας χαρακτῆρας καὶ σχήματα διάφορα.

(12) Ἴυγγας. Suidas ἔστι δὲ καὶ ὀργάνιόν τι ἴυγξ καλούμενον, ὅπερ εἰώθασιν αἱ φαρμακίδες στρέφειν ὡς κατακηλοῦμεναι τοὺς ἀγαπωμένους.

O homo audaci e natura productum *artificium.*

Artificium equidem homo dicitur, utpote arcana et incredibili arte a Deo constructus. Eumdem hominem appellat oraculum audacem naturam, ut qui circa res excellentes versetur, modo stellarum cursum dimetiens, modo supernaturalium potentiarum ordines accurate inquirens, atque adeo etiam quæ longe extra orbem cœlestem sunt contemplans, et de Deo aliquid disserere contendens. Isti enim animi disquisitionum conatus, naturæ sunt confidentis. Audaciam autem dixit et confidentiam, non ut calumniaretur, sed ut naturæ impetum denotaret.

In sinistræ Hecates ilibus situs est fons virtutis,
Intus totus manens, virginitatem nunquam deserens.

Chaldæi Hecaten deæ loco habent quæ medium ordinem ducat, et quasi centrum sit omnium potentiarum. In dextris ejus partibus collocant fontem animarum, in sinistris fontem bonorum sive virtutum : aiuntque animarum quidem fontem ad propagationem esse proclivem, virtutum vero fontem intra propriæ essentiæ limites coercitum manere, virginis intactæ instar incorruptum, eamque quam habet firmitatem et immobilitatem ab implacabilium potentiarum facultate adeptum esse, et virginali zona accinctum.

Quando videris absque forma sacrosanctum ignem
Lucentem exsultando totum per mundi profunda,
Audi ignis vocem.

Agit oraculum de divino igne a plurimis hominibus conspecto, monetque, ne, si quis tale lumen certa aliqua forma et figura repræsentatum videat, huic ulterius fidem adhibeat, neque illinc emissam vocem pro verissima excipiat. Contra si id ab omni forma et figura liberum visui offeratur, non decipieris; sed quodcunque ex illo interrogaveris, certo verum erit. Nominatur autem iste ignis sacrosanctus, quod cum decore a sacris viris sit conspectus, et totus hinc illinc subsultans, magno lætitiæ scilicet et gratiæ indicio, per mundi abstrusa apparuerit.

Ne vocaveris imaginem naturæ per se conspicuam.

Inspectio per se dicitur, quando qui sacris initiatus est, divina videt lumina. At si hic nihil videat, sed ille qui sacra ordinat atque disponit, spectrum aliquod per se contueatur, id initiati respectu superinspectio appellatur. Notandum autem est imaginem in sacris evocari solitam, mente perceptibilem esse debere, et a corpore omni prorsus separabilem. Naturæ autem forma sive imago, non est undiquaque mente perceptibilis, quia natura ut plurimum facultas est corporum administratrix. Ne igitur, inquit, in sacris cæremoniis advoces naturæ imaginem sua sponte conspicuam. Tibi enim nihil secum afferet præterquam quatuor naturalium elementorum congeriem.

A ᾿Ω τολμηρᾶς ἐκ φύσεως, ἄνθρωπε, τέχνασμα.

Τέχνασμα μὲν γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ὡς παρὰ Θεοῦ ἀποῤῥήτῳ τέχνῃ συντεθεὶς, τολμηρὰν δὲ φύσιν αὐτὸν ὠνόμασε τὸ λόγιον, ὡς τὰ κρείττονα περιεργαζόμενον, καὶ δρόμον μὲν ἀστέρων καταμετροῦντα, ὑπερφυῶν δὲ δυνάμεων τάξεις διακριβοῦντα, καὶ ἐξωτάτω τῆς οὐρανίου σφαίρας διασκοποῦντα, καὶ περὶ Θεοῦ τι λέγειν διατεινόμενον. Αἱ γὰρ ἐπιβολαὶ αὗται τῶν νοημάτων, τολμηρᾶς φύσεως. Οὐ διασύρων δὲ ἐνταῦθα τὴν τόλμαν εἶπεν, ἀλλὰ τὴν ὁρμὴν τῆς φύσεως τέθεικεν.

Λαιῆς ἐν λαγόσιν Ἑκάτης ἀρετῆς πέλε πηγὴ,
Ἔνδον ὅλη μένουσα, τὸ παρθένιον (13) οὐ προϊεῖσα.

B Τὴν Ἑκάτην οἱ Χαλδαῖοι θεὸν ὁρίζονται μεσαιτάτην ἄγουσαν τάξιν, καὶ οἷον κέντρον ἔχουσαν τῶν ὅλων δυνάμεων. Καὶ ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς αὐτῆς μέρεσι τιθέασι τὴν πηγὴν τῶν ψυχῶν· ἐν δὲ τοῖς ἀριστεροῖς, τὴν πηγὴν τῶν ἀγαθῶν, καί φασιν, ὅτι ἡ μὲν πηγὴ τῶν ψυχῶν ἕτοιμός ἐστιν εἰς τὰς ἀπογεννήσεις· ἡ δὲ πηγὴ τῶν ἀρετῶν ἐν ὅροις μένει ἔνδον τῆς ἰδίας οὐσίας, καὶ οἷον παρθένος ἐστὶ καὶ ἀμιγὴς, τὸ στάσιμον τοῦτο καὶ ἀκίνητον ἀπὸ τῆς τῶν ἀμειλίκτων λαβοῦσα δυνάμεως, καὶ ζωστῆρι κοσμηθεῖσα παρθενικῷ.

Ἡνίκα βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὐΐερον πυρ
Λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλον κατὰ βένθεα κόσμου,
Κλῦθι πυρὸς φωνήν.

C Περὶ τοῦ ὁρωμένου πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων θείου φωτὸς τὸ λόγιον διέξεισιν, ὡς εἰ μὲν ἐν σχήματι καὶ μορφῇ θεώῃ τις τὸ τοιοῦτον φῶς, μηκέτι τούτῳ προσχέτω τὸν νοῦν, μηδὲ τὴν ἐκεῖθεν πεμπομένην φωνὴν ἀληθεστάτην νομισάτω. Εἰ δὲ ἴδοι τοῦτο ἀσχημάτιστον, καὶ ἀμόρφωτον, ἀνεξαπάτητος ἔστω· καὶ ὅπερ ἂν ἐκεῖθεν ἐρωτηθείη, ἀληθές ἐστιν ἄντικρυς. Εὐΐερον δὲ τὸ τοιοῦτον πῦρ ὠνόμασεν, ὡς ἐν καλῷ τοῖς ἱεροῖς ἀνδράσιν ὁρώμενον καὶ σκιρτηδὸν ὅλον προφαινόμενον, ἤτοι ἱλαρῶς καὶ χαριέντως, κατὰ τὰ βάθη τοῦ κόσμου.

Μὴ φύσεως καλέσῃς αὔτοπτον ἄγαλμα.

Αὐτοψία ἐστὶν, ὅταν αὐτὸς ὁ τελούμενος τὰ θεῖα φῶτα ὁρᾷ. Εἰ δὲ οὗτος μὲν οὐδὲν ὁρῴη, ὁ δὲ τὴν τε-
D λετὴν διατιθέμενος αὐτοπτεῖ τι φαινόμενον, ἐποπτεία τοῦτο πρὸς τὸν τελούμενον λέγεται. Δεῖ δὲ τὸ καλούμενον ἄγαλμα ἐν ταῖς τελεταῖς νοητὸν εἶναι, καὶ σωμάτων παντάπασι χωριστόν. Τὸ δὲ τῆς φύσεως μόρφωμα οὐκ ἔστι παντάπασι νοητόν· ἡ γὰρ φύσις σωμάτων ἐστὶν ὡς ἐπιτοπλεῖστον διοικητικὴ δύναμις· μὴ οὖν καλέσῃς, φησὶν, ἐν ταῖς τελεταῖς αὔτοπτον φύσεως ἄγαλμα. Ἐποίσει γάρ σοι μεθ' ἑαυτοῦ φυσικῶν τεττάρων μόνον πληθύν.

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ.

(13) Παρθένιον. Versus requirit παρθένον genere neutro, ut supra, quod vix alibi reperias.

Η φύσις πείθει πιστεύειν εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνούς.
Καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα, χρηστὰ καὶ ἐσθλά.

Οὐχ ὅτι αὐτὴ πείθει τοῦτο, ἀλλ' ὅτι κληθείσης πρὸ τῆς παρουσίας αὐτῆς πολὺς ἐπιῤῥεῖ δαιμόνων χορὸς, καὶ πολυειδεῖς προφαίνονται μορφαὶ δαιμονιώδεις, ἀπὸ πάντων μὲν τῶν στοιχείων ἀνεγειρόμεναι, ἀπὸ πάντων δὲ τῶν μερῶν τοῦ σεληνιαίου δρόμου συγκείμεναί τε καὶ μεριζόμεναι· καὶ ἱλαραὶ καὶ χαρίεσσαι πολλάκις φαινόμεναι, φαντασίαν τινὸς ἀγαθότητος πρὸς τὸν τελούμενον ὑποκρίνονται.

Ψυχὴ μερόπων Θεὸν ἄγξει εἰς ἑαυτὴν,
Οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα, ὅλη μεμέθυσται.
Ἁρμονίαν αὔχει γὰρ, ὑφ' ᾗ πέλε σῶμα βρότειον.

Τὸ θεῖον, φησὶ, πῦρ ἡ ψυχὴ βιάζεται εἰς ἑαυτὴν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἄγχειν) διὰ τῆς ἀθανασίας καὶ τῆς καθαρότητος. Τότε γὰρ ὅλη μεθύσκεται, τουτέστι, πληροῦται τῆς κρείττονος ζωῆς καὶ ἐλλάμψεως, καὶ οἷον ἐξίσταται ἑαυτῆς. Εἶτα πρὸς αὐτὴν ὁ λόγος φησὶν, ἁρμονίαν αὔχει, τουτέστι σεμνύνου τῇ ἀφανεῖ καὶ νοητῇ ἁρμονίᾳ, ᾗ συνδέδεσαι, ἀριθμητικοῖς λόγοις καὶ μουσικοῖς. Ὑπὸ ταύτῃ γὰρ τῇ νοητῇ ἁρμονίᾳ καὶ τὸ βρότειον καὶ σύνθετον συνηρμόσθη σῶμα ἐκεῖθεν ἐπιχορηγουμένην ἔχον τὴν σύστασιν.

Ἡγείσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον· ὄμματα δὲ πάντα
Ἄρδην ἐκπέτασον ἄνω.

Ψυχῆς βάθος αἱ τριπλαῖ αὐτῆς δυνάμεις εἰσίν· αἱ νοεραὶ, αἱ διανοητικαὶ, αἱ δοξαστικαί· ὄμματα δὲ, αἱ τριπλαῖ αὐτῶν γνωστικαὶ ἐνέργειαι. Τὸ μὲν γὰρ ὄμμα γνώσεως σύμβολον· ἡ δὲ ζωὴ, ὀρέξεως. Ἀνοιγέσθω οὖν, φησὶ, τὸ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον βάθος, καὶ τὰς γνωστικάς σοι δυνάμεις ἄρδην ἐκπέτασον ἄνω, καὶ ὅλον σαυτὸν, ἵνα τὸ ἡμεδαπὸν ἐρῶ μετάθες ἐπὶ τὸν Κύριον.

Μὴ πνεῦμα μολύνῃς μηδὲ βαθύνῃς τὸ ἐπίπεδον.

Δύο χιτῶνας ἐπενδύουσι τὴν ψυχὴν οἱ Χαλδαῖοι· καὶ τὸν μὲν πνευματικὸν ὠνόμασαν, ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου ἐξυφανθέντα αὐτῇ· τὸν δὲ αὐγοειδῆ, λεπτὸν καὶ ἀναφῆ· ὅνπερ ἐπίπεδον ὠνόμασε. Μήτε οὖν, φησὶ, τὸν πνευματικὸν χιτῶνα τῆς ψυχῆς μολύνῃς ἀκαθαρσίᾳ παθῶν, μήτε τὸν ἐπίπεδον αὐτῆς βαθύνῃς προσθήκαις τισὶν ὑλικαῖς· ἀλλὰ τήρησον ἀμφοτέρους ἐπὶ τῆς φύσεως, τὸν μὲν καθαρὸν, τὸν δὲ ἀβαφῆ.

Ζήτησον παράδεισον.

Παράδεισός ἐστι Χαλδαϊκὸς, πᾶς ὁ περὶ τὸν Πατέρα χορὸς τῶν θείων δυνάμεων, καὶ τὰ ἐμπύρια κάλλη τῶν δημιουργικῶν πηγῶν· Ἄνοιξις δὲ αὐτοῦ δι' εὐσεβείας, ἡ μετουσία τῶν ἀγαθῶν, φλογίνη δὲ ῥομφαία, ἡ ἀμείλικτος τοῖς ἀναξίως προσερχομένοις δύναμις. Καὶ τούτοις μὲν κέκλεισται διὰ τὴν ἀν-

A *Natura suadet, ut credamus genios sanctos esse.*
Et pravæ materiæ germina, utilia et bona.

Non quod ipsa natura hoc ratione suadeat, sed quod si quando illa evocetur ante adventum ejus frequens dæmonum cœtus affluat, et varii generis formæque spectra dæmoniaca præcurrant et appareant, ab omnibus partim elementis excitata, partim ab omnibus lunaris cursus portionibus composita et discreta : imo cum lætitia et gratia quadam blanditiæ sæpius occurrentia speciem bonitatis initiato præbent.

Anima hominum Deum in seipsum constringet,
Si nihil caduci obtinens, tota inebriata est.
Harmoniam jacta namque, sub qua corpus vitale est.

B Ait quod anima in seipsam vi compellat ignem divinum (id enim sibi vult τὸ ἄγχειν, constringere) ratione immortalitatis et puritatis. Tunc enim tota inebriata est, id est impletur præstantiori vita et illuminatione, et quasi extra seipsam movetur. Deinde ipsam animam alloquitur oraculum dicens, *Harmoniam jacta*, id est gloriare de obscura et intelligibili coagmentatione, qua colligata es arithmeticis et musicis proportionibus. Sub hac enim intelligibili harmonia etiam vitale et compositum corpus coagmentatum est structura illinc suppeditata.

Principatum teneat animæ profunditas divina : oculos autem omnes
In altum sursum extendito.

C Animæ profunditas innuit triplices ejus potentias, quæ in intellectu, cogitatione et opinione sitæ sunt ; oculi vero triplices earum operationes cognoscendi vi præditas. Est enim oculus cognitionis signum, ut et vita appetitionis. Vult igitur ut reseretur animæ immortalis profunditas, et quas habes vi cognoscendi præditas potentias, sursum in altum eleves, imo teipsum totum, ut nostrorum verbis utar, ad Dominum transferas.

Ne spiritum coinquines, neque superficiem in profundum augeas.

Chaldæi duabus tunicis animam induunt, et unam quidem spiritualem nominarunt, a sensibili mundo ipsi contextam, alteram vero luciformem, tenuem et intactilem, quæ superficies hic vocatur. Ne
D igitur, inquit, spiritualem animæ tunicam affectuum immunditia contamines, neque superficiem illius additamentis quibusdam materialibus in altitudinem excrescere facias, sed ambas ut natura sua sese habent conserves, hanc puram, illam nullo colore infectam.

Quære paradisum.

Totus divinarum potentiarum chorus Patrem ambiens, et ignitæ pulchritudines fontium publicis officiis destinatorum, paradisus Chaldæis dicitur. Apertio autem illius quæ fit pietate intercedente, est bonorum fruitio : gladius vero flammeus, potentia indigne accedentibus implacabilis. Atque his

quidem occlusus est, quod idonei illiusque felicitatis capaces non sint; piis autem patet. In hunc hortum contendunt omnes, quæ homines Deo similes reddunt, virtutes.

Vas tuum habitabunt animalia terræ.

Vas est ipsa temperatura animæ ex compositione orta; animalia terrestria, dæmones qui circa terram oberrant. In nostra itaque vita affectibus plena ejusmodi animalia sedem suam collocabunt. Dæmonum enim essentia affectibus complicata est, in iisdemque sedem suam fixam habent et ordinem materialem. Ideo quicunque affectibus dediti sunt, dæmonibus cohærent et agglutinantur. Simile enim simili attrahunt, movendi vim atque facultatem ex ipsis affectibus consecuti.

Si extenderis igneam mentem ad pietatis opus,
Etiam fluidum corpus servabis.

Id est, si mentem tuam illuminatam ad superiora extuleris, et divini ignis opus ad pietatis opera evexeris (sunt autem Chaldæis pietatis opera, rituum ac cæremoniarum rationes certæ), non solum animam affectibus insuperabilem reddes; sed etiam corpus tuum salubrius efficies. Est enim et hoc sæpissime opus divinarum illustrationum, corporis nempe materiam absumere, et naturæ eum sanitatis habitum acquirere, ut posthac nec affectibus nec morbis ullis corripiatur.

At vero e finibus terræ exsiliunt canes terrestres,

Non verum signum homini monstrantes.

Sermo est de dæmonibus materialibus: et hos canes nominat, quia animarum carnifices sunt: terrestres vero, quia e cœlo ceciderunt, et circa terram volutantur. Hi (ait) a divinæ vitæ beatitudine longissime positi, et intellectuali contemplatione destituti, futura portendere nequeunt. Unde fit ut omnia quæ dicunt aut monstrant, falsa sint et nulla certitudine suffulta. Per formas enim entia cognoscunt. At id quod facultate sigillatim et, ut ita dicam, individualiter futura cognoscendi præditum est, individuis et formarum expertibus intelligentiis utitur.

Omnia enim perfecit Pater, et menti tradidit
Secundæ: quam primam vocat omne genus hominum.

Primus Trinitatis Pater cum universam creaturam condidisset, eam menti tradidit: quam mentem totum genus humanum, paternæ excellentiæ ignarum, Deum primum appellavit. At nostra doctrina contrarium tenet: quod ipsa prima mens, Filius, inquam, magni Patris, omnem creaturam condiderit atque operando perfecerit. Pater enim in Mosaicis scriptis Filio indicat formam sive ideam productionis creaturarum: Filius vero ipsiusmet operator et conditor est operis creati.

A ἐπιτηδειότηται τοῖς δὲ εὐσεβέσιν ἀνέῳγεν. Εἰς ὃν ἀνατείνονται πᾶσαι αἱ θεουργικαὶ ἀρεταί.

Σὸν ἀγγεῖον (14) θῆρες χθονὸς οἰκήσουσιν.

Ἀγγεῖον μέν ἐστι τὸ σύνθετον κρᾶμα τῆς ψυχῆς· θῆρες δὲ χθονὸς, οἱ περὶ γῆν καλινδούμενοι δαίμονες. Τὴν οὖν ζωὴν ἡμῶν πλήρη γενομένην παθῶν, οἱ τοιοῦτοι θῆρες οἰκήσουσι. Καὶ γὰρ οὐσίωται ἐν τοῖς πάθεσι τὰ τοιαῦτα γένη, καὶ τὴν ἕδραν ἔχει καὶ τὴν τάξιν ὑλικὴν, διὸ καὶ οἱ ἐμπαθεῖς πρὸς ταῦτα συγκολλῶνται, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἐφελκόμενοι, κινητικὴν δύναμιν ἔχοντες ἐκ τῶν παθῶν.

B Ἐκτείνας πύρινον νοῦν
Ἔργον ἐπ' εὐσεβίης, ῥευστὸν καὶ σῶμα σαώσεις.

Τουτέστιν, ἐὰν ἐκτείνῃς τὸν φωτισθέντα σοι νοῦν ἄνωθεν καὶ τοῦ θείου πυρὸς ἔργον γενόμενον εἰς τα τῆς εὐσεβείας ἔργα (ἔργα δὲ εὐσεβείας παρὰ Χαλδαίοις, αἱ τῶν τελετῶν μέθοδοι), οὐ μόνον τὴν ψυχὴν ἀνάλωτον ποιήσεις τοῖς πάθεσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμά σου ὑγιεινότερον. Ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο πολλάκις ἔργον τῶν θείων ἐλλάμψεων, ἐκδαπανᾷν τὴν ὕλην τοῦ σώματος, καὶ ὑγιᾶ τὴν φύσιν κατασκευάζειν, καὶ μήτε πάθεσιν, μήτε νόσοις ἁλίσκεσθαι.

Ἐκ δ' ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσι κύνες χθόνιοι,
Οὔτ' ἀληθὲς σῆμα βροτῷ δεικνύντες.

C Περὶ δαιμόνων ἐνύλων ὁ λόγος· καὶ κύνας μὲν τούτους καλεῖ, ὡς τιμωροὺς τῶν ψυχῶν· χθονίους δὲ (15), ὡς ἐξ οὐρανοῦ πεπτωκότας, καὶ κυλινδουμένους περὶ τὴν γῆν. Οὗτοι γοῦν, φησὶ, πόῤῥω τῆς θείας τεταγμένοι ζωῆς, καὶ τῆς νοερᾶς θεωρίας ἀπολιμπανόμενοι, προσημαίνειν τὸ μέλλον οὐ δύνανται. Ὅθεν πᾶν ὃ λέγουσι, ψευδές ἐστι καὶ ἀνυπόστατον· μορφωτικῶς γὰρ τὰ ὄντα γινώσκουσι. Τὸ δὲ τῶν μελλόντων ἑνιαίως γνωστικὸν ἀμερίστοις χρῆται καὶ ἀμορφώτοις νοήσεσιν.

Πάντα γὰρ ἐξετέλεσε Πατὴρ, καὶ νῷ παρέδωκε
Δευτέρῳ· ὃν πρῶτον κληΐζεται πᾶν γένος ἀνδρῶν.

Τὴν πᾶσαν κτίσιν δημιουργήσας ὁ τῆς Τριάδος D πρῶτος Πατὴρ, παρέδωκε ταύτην τῷ νῷ· ὃν τινα νοῦν τὸ ξύμπαν γένος τῶν ἀνδρῶν, ἀγνοοῦντες τὴν πατρικὴν ὑπεροχὴν, Θεὸν πρῶτον καλοῦσι. Πλὴν τὸ παρ' ἡμῖν δόγμα ἐναντίως ἔχει, ὡς αὐτὸς ὁ πρῶτος νοῦς, ὁ Υἱὸς τοῦ μεγάλου Πατρὸς, τὴν κτίσιν πᾶσαν ἐδημιούργησεν. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ λέγει παρὰ τῇ Μωσαϊκῇ βίβλῳ πρὸς τὸν Υἱὸν τὴν ἰδέαν τῆς παραγωγῆς τῶν κτισμάτων· ὁ δὲ Υἱὸς αὐτουργὸς τοῦ ποιήματος γίγνεται.

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ.

(14) Σὸν ἀγγεῖον. Hanc oraculi expositionem verbotenus suo in Synesium commentario inseruit Nicephorus, pag. 814.

(15) Χθονίους δέ. Vide Nicephori scholia pag. 117.

Ποιναὶ μερόπων ἄγχτειραι.

Οἱ μὲν γὰρ ἀναγωγοὶ ἄγγελοι ἀνάγουσι τὰς ψυχὰς ἐφ' ἑαυτοὺς ἐκ τῆς γενέσεως ἐφελκόμενοι. Αἱ δὲ ποιναὶ, ἤτοι αἱ τιμωρητικαὶ τῶν διδομένων φύσεων καὶ βάσκανοι τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, ἐνδεσμοῦσι ταύτας τοῖς ὑλικοῖς πάθεσι, καὶ οἷον ἀπάγχουσι, καὶ οὐ μόνον τοὺς τῶν παθῶν πλήρεις αἰκίζονται, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς τὴν ἄϋλον οὐσίαν ἐπεστραμμένους· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι εἰς τὴν ὕλην καὶ τὴν γένεσιν ἐλθόντες δέονται τῆς τοιαύτης καθάρσεως. Πολλοὺς γὰρ ὁρῶμεν καὶ τῶν ὁσίως καὶ καθαρῶς πολιτευομένων, ἀπροσδοκήτοις συμφοραῖς περιπίπτοντας.

Σύμβολα πατρικὸς νοὺς ἔσπειρε ψυχαῖς.

Ὥσπερ (16) ἡ Μωσαϊκὴ βίβλος κατ' εἰκόνα Θεοῦ πλάττει τὸν ἄνθρωπον, οὕτω καὶ ὁ Χαλδαῖος τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ κόσμου φησὶ σύμβολα ἐγκατασπεῖραι ταῖς ψυχαῖς τῆς ἑαυτοῦ ἰδιότητος. Καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν πατρικῶν σπερμάτων οὐχ αἱ ψυχαὶ μόναι, ἀλλὰ καὶ αἱ ὑπερκείμεναι πᾶσαι τάξεις ἐβλάστησαν. Καὶ ἄλλα μὲν τὰ ἐν αὐταῖς ταῖς ἀσωμάτοις ὑπάρξεσι συνθήματα, ἀσωμάτως ὄντα καὶ ἑνοειδῶς· ἄλλα δὲ ἐν τοῖς κόσμοις συνθήματα καὶ σύμβολά εἰσιν, αἱ ἄρρητοι τοῦ Θεοῦ ἰδιότητες, αἱ καὶ τῶν ἀρετῶν ὑπερκείμεναι.

Βίῃ σῶμα λιπόντων ψυχαὶ καθαρώταται.

Εἴ τις εὐγνωμόνως ἀκούοι τοῦ ῥητοῦ, οὐκ ἐναντιώσεται τοῖς ἡμετέροις δόγμασι. Καὶ γὰρ οἱ στεφανῖται μάρτυρες βιαίοις αἰῶσι τὸ σῶμα λιπόντες, καθαρὰς τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς τετελέκασιν. Ἀλλ' οὐ τοῦτό φησιν ὁ Χαλδαῖος, ἀλλὰ πάντα βίαιον θάνατον ἐπαινεῖ· διότι, φησὶν, ἡ ψυχὴ ἐπιπόνως λιποῦσα τὸ σῶμα, βδελύττεται τὴν ἐνταῦθα ζωὴν, καὶ μισεῖ τὴν πρὸς τοῦτο ἐπιστροφὴν, καὶ χαίρουσα πρὸς τὰ ἄνω χωρεῖ. Αἱ δὲ ἐν νόσοις κατ' ἔκλυσιν τοῦ ζωτικοῦ σώματος ἀπολιποῦσαι τὸν βίον, οὐ μάλα τι δυσχεραίνουσι τὴν πρὸς τοῦτο νεῦσίν τε καὶ ῥοπήν.

Ὅτι ψυχὴ πῦρ οὖσα φαεινὸν δυνάμει Πατρὸς,
Ἀθάνατός τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστὶ
Καὶ ἔχει πολλὰ πληρώματα κόλπων.

Ἡ ψυχὴ ἄϋλον οὖσα καὶ ἀσώματον πῦρ, συνθέτων ὅλων καὶ τοῦ ὑλικοῦ σώματος ἐξῃρημένον, ἀθάνατός ἐστιν. Οὐ γὰρ ἐγκαταμέμικται αὐτῇ ὑλικόν τι καὶ σκοτῶδες· οὐδὲ σύνθετός ἐστιν, ἵνα διαλυθῇ εἰς τὰ ἐξ ὧν συνετέθη. Ἔστι δὲ καὶ δεσπότις ζωῆς, τοῖς νεκροῖς ζωὴν ἐπιλάμπουσα. Ἔχει δὲ καὶ πολλῶν πληρώματα κόλπων· τουτέστιν ἔχει δυνάμεις ὑποδεκτικὰς τῆς ὅλης διακοσμήσεως· δύναται γὰρ κατὰ τὰς διαφόρους ἀρετὰς εἰς τὰς διαφόρους ζώνας ἐγκατοικεῖν τοῦ οὐρανοῦ.

Πατὴρ οὐ φόβον ἐνθρώσκει, πειθὼ δ' ἐπιχέει.

Τουτέστιν, ὅτι τὸ θεῖον οὐκ ἔστι φριμάσσον καὶ ἀγανακτητικὸν, ἀλλὰ γλυκὺ καὶ γαληνιαῖον· ὅθεν οὐ φόβον ἐμποιεῖ ταῖς ὑποκειμέναις φύσεσιν, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ χάριτι πάντα ἐφέλκεται. Εἰ γὰρ ἦν φοβερὸν

A *Pœnæ viñcula sunt homines constringentia.*

Nam subvectores angeli animas a prima sui origine attractas ad se evehunt: contra pœnæ ultrices nimirum naturarum nobis concessarum, et tormenta humanarum animarum, materialibus illas affectibus irretiunt et quasi strangulant. Nec solum in hos sæviunt qui affectuum turbis obsessi sunt,sed et in illos qui ad abstractam ab omni materia essentiam conversi sunt:quod hi quoque quoniam progeniti sunt, et materiæ copulati,ejusmodi lustratione indigeant.Multos enim etiam ex iis qui sanctam et illibatam vitam egerunt,inopinis calamitatibus circumventos fuisse videre licet.

Signa insevit animabus mens paterna..

Quemadmodum liber Moysis hominem ad imaginem Dei formatum fuisse dicit, ita etiam Chal-
B dæus ait conditorem et mundi parentem signa ac notas suæ ipsius proprietatis animabus insevisse. Etenim non animæ tantum e paterno semine productæ sunt, sed omnes etiam ordines superiores suam originem inde habuerunt. Sed in substantiis incorporeis alia sunt signa, incorporea nempe et individua; alia item in mundis signa sunt et symbola inenarrabilium Dei proprietatum, ipsis etiam virtutibus longe excellentiorum.

Vi corpus relinquentium animæ sunt purissimæ.

Qui dictum istud æqua mente auscultaverit, reperiet id nostræ doctrinæ non adversari. Etenim coronati martyres qui afflictionis tempore cum cruciatu corpus reliquerunt, suas ipsorum animas lustrarunt et puras reddiderunt. At hoc non vult
C Chaldæus, sed laudat omnem mortem violentam, eo quod anima quæ corpus cum dolore deserit, hanc vitam abominatur et conversationem cum corpore odit,contra cum gaudio ad superiora revolat. At quæ in morbis animæ corpore hoc naturaliter dissoluto vitam relinquunt,non admodum ægre ferunt nutum et propensionem sui erga corpus.

Quia anima ignis est lucidus potentia patris,
Immortalisque manet, et vitæ domina est,
Et habet multa complementa sinuum.

Anima cum sit ignis materiæ corporisque expers, et ab universo compositorum genere et materiali corpore exempta, immortalis est.Nihil enim materiæ aut caliginis particeps illi immistum est:multo minus composita est, ut in ea ex quibus constituta
D fuit, resolvi possit. Est præterea vitæ domina, mortuos vitæ radiis illustrans. Habet etiam plurimorum sinuum complementa, id est obtinet potentias susceptrices totius administrationis, quia pro virtutum diversitate diversas zonas sive cœli regiones illi inhabitare licet.

Deus non injicit metum, sed obsequium infundit.

Id est, divina natura non fremit, neque indignabunda est, sed suavis et tranquilla. Ideo non immittit metum subjectis naturis,sed suadela et gratia omnia ad se trahit. Si enim formidabilis esset

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ.

(16) Ὥσπερ etc. Et hæc quoque transcripta sunt a Nicephoro pag. 126 dicti commentarii.

et minax, omnis rerum ordo dudum fuisset dissolutus, cum nihil sit quod ejus potentiam sustinere potuisset. Atque ista sententia quadamtenus a nostris vera censetur. Deus enim lux est et ignis consumens malos. Minæ autem Dei et terror sunt intermissio divinæ erga nos benignitatis propter *pravam rerum* administrationem.

Pater seipsum rapuit.
Ne quidem in intellectili sua potentia igne proprio [*incluso.*

Oraculi hic sensus est: supremus omnium Deus, qui et Pater dictus est, non solum primis et secundis naturis nostrisque animabus, sed etiam propriæ suæ potentiæ seipsum fecit incomprehensibilem et imperceptibilem. Potentia autem Patris est Filius. Pater enim, inquit, se subripuit ab omni natura. Sed istud dogma Christianæ fidei congruum non est: quæ docet in Filio Patrem exacte repræsentatum cognosci posse, perinde ac Filium in Patre: atque adeo Patris terminum esse Filium et divinum sermonem naturæ vires superantem.

Est intelligibile quoddam, quod mentis flore a te [*percipiendum est.*

Cuilibet rei mente comprehensibili oppositam potentiam anima habet, ut sensibilibus sensum, cogitabilibus cogitationem, intelligibilibus mentem. Dicit itaque Chaldæus, quod quamvis Deus intelligibilis sit, mente tamen comprehendi non possit, sed solo mentis flore. Flos autem mentis est singularis et individua animæ potentia. Quia itaque Deus proprie unum est, ne coneris eum mente percipere, sed individua potentia qua unum cognoscitur. Nam primo et per se unum solo quod in nobis est uno comprehendere licet, non cogitatione, neque mente.

Animæ expulsores, illam *respirare facientes, sunt* [*solutu faciles.*

Ne quis dicat cupere se quidem animam a corpore dissolvere, sed non posse, ait oraculum, facultates quæ animam e corporea natura foras trahunt, eamque a vitiis et ærumnis in corpore perpessis quasi respirare faciunt, abruptu faciles esse, id est, illas ipsas facultates liberas, nec ab ulla natura coercitas, ea potestate vigere, ut animam e corporeis vinculis generose admodum expedire et liberare valeant.

Oportet te festinare ad lucem et ad patris radios,

Unde immissa tibi est anima plurima mente vestita.

Quoniam anima non a semine subsistentiam habet, nec in corporeis temperamentis consistit, sed e supernis a Deo suam essentiam nacta est, ideo ad hunc conversa respicere et ad divinam lucem reverti debet. Plurima namque mente vestita in hæc inferiora venit: id est, accincta et instructa fuit a Patre et creatore commonefactionibus divi-

A καὶ ἀπειλητικὸν, διελύθη ἂν ἡ πᾶσα τάξις τῶν ὄντων, μηδενὸς ὑπομεῖναι δυναμένου τὴν ἐκείνου δύναμιν. Τοῦτο δὲ τὸ δόγμα ἐκ μέρους ἀληθεύει παρ' ἡμῖν. Ὁ γὰρ Θεὸς καὶ φῶς ἐστι καὶ πῦρ καταναλίσκον τοὺς μοχθηρούς. Ἀπειλὴ δὲ Θεοῦ καὶ φόβος, ἡ δι' οἰκονομίαν (17) ἐστὶ σχέσις τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ ἀγαθότητος.

Ὁ Πατὴρ ἑαυτὸν ἥρπασεν,
Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.

Ὁ μὲν νοῦς λογίου τοιοῦτος, ὡς ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ὃς δὲ καὶ Πατὴρ ὠνόμασται, ἀκατάληπτον ἑαυτὸν ποιεῖ καὶ ἀπερίληπτον, οὐ μόνον ταῖς πρώταις καὶ δευτέραις φύσεσι καὶ ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ἰδίᾳ δυνάμει. Δύναμις δὲ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός. Ἑαυτὸν γὰρ, φησὶν, ἥσπασεν ὁ Πατὴρ B ἀπὸ πάσης φύσεως. Οὐκ ἔστι δὲ τὸ δόγμα ὀρθόδοξον. Ἐν τῷ Υἱῷ γὰρ παρ' ἡμῖν ὁ Πατὴρ δεδογμάτισται, ὥσπερ καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί. Καὶ ὅρος τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς καὶ θεῖος λόγος ὑπερφυής.

Ἔστι τι νοητὸν ὃ χρή σε νοεῖν νόου ἄνθει.

Ἡ ψυχὴ ἑκάστῳ νοουμένῳ πράγματι κατάλληλον ἔχει καὶ δύναμιν· τοῖς μὲν αἰσθητοῖς, αἴσθησιν, τοῖς δὲ διανοητοῖς, διάνοιαν, τοῖς δὲ νοητοῖς, νοῦν. Φησὶν οὖν ὁ Χαλδαῖος, ὅτι εἰ καὶ νοητόν ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐ τῷ νῷ ἐστι ληπτὸν, ἀλλὰ τῷ ἄνθει τοῦ νοῦ. Ἄνθος δὲ τοῦ νοῦ, ἡ ἑνιαία τῆς ψυχῆς δύναμις. Ἐπεὶ οὖν ὁ Θεὸς κυρίως ἐστὶν ἓν, μὴ πειρῶ καταλαβεῖν αὐτὸν διὰ τοῦ νοῦ, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑνιαίας δυνάμεως. C Τὸ γὰρ πρώτως ἓν, μόνῳ τῷ παρ' ἡμῖν ἑνὶ ληπτόν πώς ἐστι, καὶ οὔτε διανοίᾳ, οὔτε νῷ.

Ψυχῆς ἐξωστῆρες ἀνάπνοες, εὔλυτοί εἰσιν.

Ἵνα μή τις λέγοι, ὅτι Βούλομαι μὲν ἀπολῦσαι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος, οὐ δύναμαι δὲ, φησὶ τὸ λόγιον, ὅτι αἱ ἐξωθοῦσαι τὴν ψυχὴν δυνάμεις ἀπὸ τῆς σωματικῆς φύσεως, καὶ οἷον ἀναπνεῖν αὐτὴν ποιοῦσαι ἀπὸ τοῦ ἐν σώματι μόχθου καὶ τῆς κακώσεως, εὔλυτοί εἰσι· τουτέστι, καὶ αὗται ἐλεύθεραί εἰσιν αἱ δυνάμεις, μὴ ὑπό τινος εἰργόμεναι φύσεως, καὶ ἀπολῦσαι καὶ τῆς σωματικῆς πέδης τὴν ψυχὴν γενναίως μάλα δεδύνηνται.

D Χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος καὶ πρὸς Πατρὸς [αὐγάς.
Ἔνθεν ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.

Ἐπειδὴ (18) οὐκ ἀπὸ σπερμάτων ἡ ψυχὴ τὴν ἀπόστασιν ἔλαβεν, οὐδὲ ἐν σωματικαῖς ὑφειστήκει κράσεσιν, καὶ ἄνωθεν ἀπὸ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔσχε, πρὸς ἐκεῖνον καὶ ἐπεστράφθω, καὶ πρὸς τὸ θεῖον φῶς ποιείτω τὴν ἄνοδον. Πολὺν γὰρ ἑσσαμένη νοῦν, ἐνταῦθα κατῆλθε· τουτέστιν, ἐνεδύσατο παρὰ τοῦ ποιητοῦ καὶ Πατρὸς ἀναμνήσεις τῶν θειοτέρων λέ-

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ.

(17) Δι' οἰκονομίαν posset verti, *in mundi gubernatione*, ut ad Deum referatur, non ad homines, juxta nostram interpretationem.

(18) Ἐπειδή. Retulit hæc Pselli verba in suum commentarium Nicephorus sub finem pag. 126.

ξεων, ὅτε τὴν ἐνταῦθα ἐλάμβανε κάθοδον, ἔνθεν τοι διὰ τῶν τοιούτων ἀναμνήσεων πάλιν ἐκεῖσε ἐπάνεισιν.

Εἰσὶ πάντα ἑνὸς ἐκγεγαῶτα.

Ἡμέτερον καὶ ἀληθὲς τὸ δόγμα. Πάντα γὰρ τὰ ὄντα, τά τε νοητὰ καὶ αἰσθητὰ, ἀπὸ μόνου Θεοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβον, καὶ πρὸς μόνον Θεὸν ἐπέστραπται· τὰ μὲν ὄντα, μόνως οὐσιωδῶς· τὰ δὲ ὄντα καὶ ζῶντα καὶ νοοῦντα, οὐσιωδῶς καὶ ζωτικῶς καὶ νοερῶς. Ἀφ' ἑνὸς οὖν πάντα γεγένηται, καὶ πρὸς ἓν αὖθις ἡ τούτων ἀναγωγή. Ἄπταιστον οὖν τὸ λόγιον, καὶ πλῆρες τοῦ ἡμετέρου δόγματος.

Ἃ νοῦς λέγει, τῷ νοεῖν δήπου λέγει.

Ὅταν, φησὶν, ἀκούσῃς διηρθρωμένης φωνῆς ἄνωθεν βροντώσης ἐκ οὐρανοῦ, μὴ ὑπολάβῃς ὡς ὁ τὴν φωνὴν ταύτην ἀφεὶς ἄγγελος ἢ Θεὸς, προφορικῷ λόγῳ συνήρθρωσεν. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀμερίστως μόνον ἐνόησε, σὺ δὲ, ὡς ἠδύνω, ἤκουσας τοῦ νοήματος συλλαβικῶς καὶ προφορικῶς. Ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν ἡμετέρων φωνῶν ἀφώνως ἀκούει, οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος τὰς τοῦ Θεοῦ ἐννοίας φωνητικῶς δέχεται, ἕκαστος καθὼς ἔχει φύσεως ἐνεθγῶν.

Ἀεὶ τούσδε χθὼν κατωρύεται ἐς τέκνα μέχρις.

Περὶ τῶν ἀθέων ὁ λόγος φησὶν, ὅτι μέχρι τῶν ἀπογόνων διατείνει τὴν κόλασιν αὐτοῖς ὁ Θεός. Τὰς γὰρ ὑποχθονίους κολάσεις ὑποδεικνύμενον τὸ λόγιον, αὐτοὺς, φησὶ, κατωρύεται, τουτέστιν, ἐπιμυκᾶται οὗτοις ὁ ὑπὸ γῆν τόπος, καὶ οἷον λεοντῶδες ἐπηχεῖ ὄρυγγα. Διὸ καὶ Πρόκλος φησί. Τῶν συγγενικῶν ψυχῶν ὁμοφυὴς ἐστὶν ἡ σύνταξις· καὶ αἱ μήπω ἀπολυθεῖσαι τῶν τῆς φύσεως δεσμῶν ἐν τοῖς τῶν ὁμογενῶν κατέχονται πάθεσι. Δεῖ οὖν καὶ ταύτας τυχεῖν τῆς ὅλης δίκης, καὶ ἀναπλησθείσας διὰ τὴν φυσικὴν συγγένειαν τῶν μιασμάτων καθαρθῆναι πάλιν ἐξ αὐτῶν.

Μὴ συναυξήσῃς τὴν εἱμαρμένην.

Εἱμαρμένην (19) οἱ σοφώτεροι τῶν Ἑλλήνων τὴν φύσιν κατονομάζουσι· μᾶλλον δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐλλάμψεων, ὧν ἡ τῶν ὄντων φύσις εἰσδέχεται. Ἔστι δὲ πρόνοια μὲν ἡ ἄμεσος ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εὐεργεσία. εἱμαρμένη δὲ, ἡ διὰ τῆς τοῦ εἱρμοῦ τῶν ὄντων συμπλοκῆς τὰ ἡμέτερα κυβερνῶσα. Καὶ ὑπὸ πρόνοιαν μὲν κείμεθα, ὅταν νοερῶς ἐνεργῶμεν· ὑπὸ εἱμαρμένην, δὲ ὅταν καὶ σωματικῶς. Μὴ οὖν αὐξήσῃς, φησὶ, τὴν εἱμαρμένην σαυτῷ, καὶ ὑπὲρ ταύτην γενοῦ, καὶ ὑπὸ μόνῳ Θεῷ κυβερνήθητι.

Οὐ γὰρ ἀπὸ Πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει.

Πάντα, φησὶν, ὁ Πατὴρ προάγει τέλεια καὶ αὐ-

nioris sortis atque conditionis, cum illinc huc iter suum affectaret, ut merito iisdem monitis incitata hinc illuc redire studeat.

Omnia ab uno igne producta sunt.

Dogma verum est et religioni nostræ consentaneum. Omnia namque quæcunque sunt, sive mente, sive sensu perceptibilia, essentiam suam a solo Deo acceperunt: et ad solum Deum conversa sunt. ea quidem quæ tantummodo sunt, essentialiter; quæ vero sunt et vivunt, essentialiter et vitaliter; et quæ sunt et vivunt (a) et intelligunt, essentialiter, vitaliter et intellectualiter. Ab uno igitur est omnium rerum productio, et ad unum iterum illarum reductio. Atque hoc oraculum omni caret reprehensione, et nostra doctrina refertum est.

Quæ mens loquitur, ea utique intelligendo loquitur.

Quando, ait, vocem articulatam superne e cœlo detonantem audiveris, ne existimes quod vocem illam edens sive angelus sive Deus tali sermone protulerit, qualem ore exprimere solemus: sed quod is quidem secundum suam ipsius naturam absque ulla divisione mente tantum ea quæ audivisti agitaverit, tu vero pro ea qua polles facultate, mentis cogitata, non secus ac syllabas et verba ore prolata, auditu perceperis. Quemadmodum enim Deus voces nostras exaudit absque vocum articulatione, ita etiam homo divinæ mentis conceptiones tanquam vocibus expressas excipit, quolibet scilicet pro suæ naturæ ratione et capacitate operante.

Perpetuo in hos terra subtus ululat usque ad liberos.

De impiis sermo est, quod eorum supplicia Deus etiam usque in posteros extendat. Nam pœnas quas sub terra subituri sunt, indicans oraculum, *in eos*, inquit, *subtus ululat*, id est adversus illos mugit et infremit locus subterraneus, et tanquam leonino rugitu obstrepit. Quapropter etiam Proclus ait, cognatarum animarum congenerem quoque sive consimilem esse compositionem; easque quæ nondum naturæ vinculis exsolutæ sunt, consimilibus quoque affectibus implicatas distineri. Oportere itaque et has omne supplicium explere, et cum ob naturalem cognationem inquinamentis infectæ atque refertæ fuerint, denuo ab illis repurgari.

Ne adauxeris fatum.

Fatum appellarunt sapientiores inter Græcos ipsam naturam, vel potius complementum illuminationum quas entium natura recipit. Et providentia quidem est immediata Dei beneficentia: fatum vero, quod connexione et serie rerum omnium terrena gubernat. Subjicimur autem providentiæ, cum intellectualiter operamur; fato vero cum etiam corporaliter. Ne igitur (ait) tuum ipsius fatum adaugere velis, idque superare, sed committe te solius Dei voluntati atque moderationi.

Non enim a paterno principio imperfectum quid procedit.

Omnia (ait) perfecta et numeris omnibus pro

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ.

(19) Εἱμαρμένην. Istam quoque fati descriptionem hinc decerpsit idem Niceph. pag. 110.
(a) Hæc in Græco desiderantur, fortasse ex homoioteleuto.

cujusque ordine et dignitate absoluta producit Pater: sed genitorum imbecillitas et remissio rebus interdum suggerit defectum et imperfectionem. Verum Pater denuo revocat defectum ad perfectionem, et ad sui sufficientiam convertit. Ejusmodi est quod apostolus Jacobus Domini frater in Epistolæ suæ initio alta voce pronuntiavit: Omne donum perfectum superne descendit a Patre luminum. Nihil enim imperfectum a perfecto prodit, præsertim cum ad id quod ab ipso primo affunditur confestim recipiendum fuerimus prompti atque parati.

Sed non admittit illam paterna mens, quousque exi-
[verit.

Mens paterna non admittit impetus voluntatum animæ, priusquam excluserit oblivionem divitiarum a Patre munificentissimo acceptarum, et in memoriam revocarit sacras quas ab ipso habuit tesseras, vocemque candoris indicem cum firma symbolorum patris genitoris sui memoria conjunctam emiserit. Est enim anima ex sacris verbis et divinis symbolis composita: quorum illa quidem profluxerunt a sacris formis, hæc autem a divinis unitatibus. Et sumus sane imagines sacrarum essentiarum, simulacra vero incognitorum symbolorum. Est autem et hoc scitu dignum, quamlibet animam a qualibet anima specie differre: totque esse animarum species, quot sunt animæ.

Quando conspexeris genium terrestrem accedere,

Sacrifica lapidem muizurim inclamando.

Dæmones circa terram volutantes natura sunt mendaces, utpote procul a divina cognitione remoti, et materia tenebricosa impleti. Quod si ex his verum aliquem sermonem audire cupias, aram appara, et sacrifica lapidem muizurim. Habet enim hic lapis vim advocandi majorem dæmonem, qui occulta ratione materiali genio applicatus rerum inquisitarum veritatem insusurrat, quam ille porro homini interroganti profert. Indicat autem nomen ipsum quo in provocatione utendum est una cum lapidis sacrificatione. Atque Chaldæi statuunt dæmonas quosdam bonos, quosdam malos esse: nostra autem pietatis doctrina omnes malos pronuntiat, ut qui præmeditata defectione bonitatem cum vitio et malignitate commutarunt.

Disce intelligibile extra mentem esse.

Licet enim omnia mente comprehensa sint, Deus tamen primum intelligibile extra mentem exsistit. At illud extra non metiaris intervallorum distantia, neque accipias secundum intellectualem diversitatem, sed secundum solum intelligibilem excessum, et subsistentiæ proprietatem, excessum

A τάρκη κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν. Ἡ δὲ τῶν γενομένων πολλάκις ἀσθένεια καὶ ὕφεσις παρυφίστησι τὴν ἔνδειαν αὐτοῖς καὶ τὸ ἀτελές. Ἀλλ' ὁ Πατὴρ πάλιν ἀνακαλεῖται τὴν ἔνδειαν πρὸς τὸν τέλειον, καὶ ἐπιστρέφει πρὸς τὴν αὐτάρκειαν. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ παρὰ τοῦ ἀποστόλου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου ἐκπεφωνημένον ἐν προοιμίοις τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῦ· Πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἐκ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων. Οὐδὲν γὰρ ἀτελὲς παρὰ τοῦ τελείου πρόεισι, καὶ μάλιστα ὅταν τύχωμεν τὸ παρ' αὐτοῦ πρώτως χεόμενον αὐτίκα ἕτοιμοι εἰς δέξασθαι.

Ἐλλ' οὐκ εἰσδέχεται κείνης πατρικὸς νοῦς, μέχρις ἂν
[ἐξέλθῃ.

Οὐ παραδέχεται ὁ Πατρικὸς νοῦς τὰς τῶν θελημάτων τῆς ψυχῆς ὁρμὰς, μέχρις ἂν αὐτὴ ἐπιλάθηται B μὲν τῆς λήθης ὧν πεπλούτηκε παρὰ τοῦ παναγάθου Πατρὸς, ἔλθῃ δὲ εἰς ἀνάμνησιν ὧν ἔσχεν ἐξ αὐτοῦ ἱερῶν συνθημάτων, καὶ φωνὴν ἀφήσει εὐγνώμονα, μνήμην ἑαυτῆς ἐνθεμένη τῶν τοῦ γεννήσαντος αὐτὴν πατρὸς συμβόλων. Συνέστη γὰρ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῶν ἱερῶν λόγων καὶ τῶν θείων συμβόλων· ὧν οἱ μὲν εἰσιν ἀπὸ τῶν ἱερῶν εἰδῶν, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν θείων ἑνάδων. Καὶ ἐσμὲν εἰκόνες μὲν τῶν ἱερῶν οὐσιῶν, ἀγάλματα δὲ τῶν ἀγνώστων συνθημάτων. Δεῖ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς πᾶσα ψυχὴ πάσης ψυχῆς κατ' εἶδος διέστηκε, καὶ ὡς ὅσαι ψυχαὶ, τοσαῦτα καὶ εἴδη τῶν ψυχῶν ἐστιν.

Ἡνίκα (29) δ' ἐρχόμενον δαίμονα πρόσγειον ἀθρή-
[σῃς.

Θύε λίθον μνίζουριν ἐπαυδῶν.

C Ψευδεῖς μὲν τὴν φύσιν οἱ πρόσγειοι δαίμονες, ἅτε πόῤῥω τῆς θείας γνώσεως ὄντες, καὶ τῆς ἀφεγγοῦς ὕλης ἀναπεπλησμένοι. Εἰ δὲ βούλει παρ' αὐτοῦ ἀληθῆ τινα δέξασθαι λόγον, παρασκεύαζε θυτήριον, καὶ θύε λίθον μνίζουριν. Ὁ δὲ λίθος οὗτος δύναμιν ἔχει προκλητικὴν ἑτέρου μείζονος δαίμονος, ὃς δὴ ἀφανῶς τῷ ὑλικῷ δαίμονι προσιὼν, προσφωνήσει τὴν τῶν ἐρωτωμένων ἀλήθειαν, ἣν ἐκεῖνος ἀποκριτεῖται τῷ ἐρωτῶντι. Λέγει δὲ καὶ ὄνομα προκλητικὸν μετὰ τῆς τοῦ λίθου θυσίας. Ὁ μὲν Χαλδαῖός τινας μὲν τῶν δαιμόνων ἀγαθοὺς, τινὰς δὲ κακοὺς τίθεται· ὁ δὲ ἡμέτερος εὐσεβὴς λόγος πάντας, κακοὺς ὁρίζεται, ἐκ προαιρετικῶν ἀποπτωμάτων τὴν κακίαν ἀνταλλαξαμένους τῆς ἀγαθότητος.

D

Μάθε τὸ νοητὸν, ἐπεὶ ἔξω νόου ὑπάρχει.

Εἰ γὰρ καὶ πάντα τῷ νῷ περιείληπται, ἀλλ' ὁ Θεὸς, τὸ πρῶτον νοητὸν, ἔξω τοῦ νοῦ ὑπάρχει, τὸ δ' ἔξω, μὴ διαστηματικῶς νοήσῃς, μηδὲ καθ' ἑτερότητα νοερὰν, ἀλλὰ κατὰ μόνην τὴν νοητὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν ἰδιότητα τῆς ὑπάρξεως, νοῦ παντὸς ἐπέκεινα οὖσαν, δι' οὗ τὸ ὑπερούσιον δείκνυται. Ἡ γὰρ

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ

(20) Ἡνίκα etc. Hoc præceptum magicum cum explicatione sua citatur in iisdem Nicephori ad Synesium scholiis pag. 96, ubi metri ratione servata scribitur, ἡνίκα δαίμονα δ' ἐρχόμενον, etc. et statim μνήζουριν, de quo lapide vide August. Steuchum lib. VIII, *De perenni philosophia* cap. 28, de dæmonum autem divisione secundum Chaldæos, Nicephorum in schol. pag. 117.

οὐσία ἐκείνη, ὁ νοῦς ἐστιν ὁ πρώτως νοητὸς, οὗ ἐστιν ἔξω τὸ αὐτονόητον· πλὴν ὁ Θεὸς καὶ τοῦ νοητοῦ καὶ τοῦ αὐτονοήτου ἐπέκεινα. Καὶ μηδ' ὅτι νοητὸν ἐκεῖνο τὸ θεῖόν φαμεν, μηδ' ὅτι αὐτονόητον. Κρεῖττον γὰρ παντὸς καὶ ῥήματος καὶ νοήματος, ὡς πάντη ἀνεννόητον καὶ ἀνέκφραστον, καὶ σιγῇ μᾶλλον τιμώμενον, ἢ θαυμασίαις φωναῖς σεμνυνόμενον. Ἔστι γὰρ καὶ τοῦ σεμνύνεσθαι ὑψηλότερον, καὶ τοῦ ἐκφωνεῖσθαι, καὶ τοῦ ἐννοεῖσθαι.

A inquam longe ultra omnem mentem, quo superessentiale demonstratur. Illa enim essentia est mens primo intelligibilis, extra quam gradu superius est ipsum per se intelligibile. Deum excipe, qui et intelligibile et ipsum per se intelligibile longe transcendit. Divinam enim illam naturam dicimus neque intelligibilem, neque per se intelligibilem. Superat enim omne verbum et intellectum, ita ut nec mente percipi, nec verbis explicari possit, et silentio magis honorari, quam venerandis vocibus prædicari debeat. Excellentior enim est omni prædicatione, elocutione et intellectus comprehensione.

Αἱ ἴυγγες νοούμεναι, πατρόθεν νοέουσι· καὶ αὖται
Βουλῶν ἀφθέγκτων κινούμεναι ὥστε νοῆσαι.

Junges intellectæ, a patre intelligunt : et hæ
Consiliorum nihil sonantium moventur ut intelligant.

Αἱ ἴυγγες (21) δυνάμεις εἰσί τινες μετὰ τὸν Πατρικὸν βυθὸν ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμεναι· ἃς νοεῖται κατὰ τὸν Πατρικὸν νοῦν τὸν τὴν αἰτίαν αὐτῶν ἑνοειδῶς ἐν ἑαυτῷ προστησάμενον. Αἱ δὲ βουλαὶ τοῦ Πατρὸς διὰ τὴν νοητὴν ὑπερβολὴν ἄφθεγκτοι. Τὰ δὲ τῶν ἐξῃρημένων συνθήματα νοερὰ κἂν νοῆται ὑπὸ τῶν δευτέρων, ὡς ἄφθεγκτα νοεῖται, καὶ ὡς ἐξῃρημένα τῶν νοητῶν προόδων. Ὡς γὰρ αἱ τῶν ψυχῶν νοήσεις κἂν νοῶσι τὰς νοερὰς τάξεις, ὡς ἀμεταβάτους νοοῦσιν, οὕτω καὶ αἱ τῶν νοερῶν ἐνέργειαι τὰ νοερὰ συνθήματα νοοῦσαι, ὡς ἄφθεγκτα νοοῦσιν ἐν ὑπάρξεσιν ὑφεστηκότα ἀγνώστοις.

Junges sunt potentiæ quædam proximæ post fundum paternum e tribus trinitatibus compositæ :
B quas intelligere ait per paternam mentem, quæ causam illarum in unitatis forma sibi ipsi repræsentatam exhibet. Consilia autem Patris ob intelligibilem excellentiam nullum sonum edunt. Atqui abstractarum rerum notæ et signa intellectu prædita etiamsi a secundis sive inferioribus intelliguntur, ea tamen tanquam nihil sonantia et ab omni intelligibili excursu separata intelliguntur. Ut enim amarum intelligentiæ licet ordines intellectu præditos intelligunt, eos tamen ut immobiles intelligunt : sic etiam intellectualium operationes symbola intellectus capacia intelligentes, ea absque soni emissione intelligunt, in substantiis incognitis subsistentia.

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ.

(21) Αἱ ἴυγγες. Retinui Græcam dictionem *junges* in versione, quod ea Lælius poeta apud Apuleium usus sit in his versibus :
Philtra omnia undique eruunt :
Antipathes illud quæritur,
Trochili, iunges, tæniæ
Radiculæ, herbæ, surculi, etc.
Nominis rationem et significationem vide apud Pindari et Theocriti scholiastas, Suidam item et Nicephorum ad hæc Synesii verba αἱ μάγων ἴυγγες αὗται, pag. 96.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΕΚΘΕΣΙΣ ΚΕΦΑΛΑΙΩΔΗΣ ΚΑΙ ΣΥΝΤΟΜΟΣ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΧΑΛΔΑΙΟΙΣ ΔΟΓΜΑΤΩΝ.

—

EJUSDEM PSELLI

SUMMARIA ET BREVIS DOGMATUM CHALDAICORUM EXPOSITIO.

—

Ἑπτά φασι σωματικοὺς κόσμους, ἐμπύριον ἕνα καὶ πρῶτον, καὶ τρεῖς μετ' αὐτὸν αἰθερίους, ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους· ὧν ὁ ἔσχατος χθόνιος εἴρηται καὶ μισοφαὴς, ὅς ἐστιν ὁ ὑπὸ σελήνην τόπος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ καὶ τὴν ὕλην ὃν καλοῦσι βυθόν. Μίαν ἀρχὴν τῶν πάντων δοξάζουσι, καὶ ἓν αὐτὴν καὶ ἀγαθὸν ἀπογυμνοῦσιν. Εἶτα πατρικόν τινα βυθὸν σέβονται, ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμενον. Ἑκάστη δὲ τριὰς ἔχει πατέρα, δύναμιν, καὶ νοῦν. Εἶτά ἐστιν ἡ νοητὴ ἴυγξ· μετὰ δὲ ταύτην, οἱ συνοχεῖς, ὁ ἐμπύριος, ὁ αἰθέ-

C Chaldæi statuunt septem mundos corporeos, igneum unum eumque primum, post hunc tres ætherios, deinde tres materiales : e quibus ultimus terrestris dicitur et lucis osor, qui locus est subter lunam, in sese etiam materiam complectens, quem fundum nominant. Unicum arbitrantur esse rerum omnium principium, idque profitentur unum esse et bonum. Deinde colunt paternum quoddam fundum ex tribus trinitatibus compositum. Quælibet autem trinitas habet patrem, potentiam, et

mentem. Postea sequitur junx mente comprehensibilis. Huic proximi sunt mundorum rectores, igneus, ætherius, et materialis. Post rectores cæremoniarum principes. His succedunt perennium fontium patres, qui et mundi ductores nominantur, quorum primus semel supra dictus est : post quem Hecate, deinde is quem bis supra nominavimus : ab hoc sunt tres implacabiles, et omnium ultimus succinctor. Venerantur etiam fontanam trinitatem fidei, veritatis et amoris. Ponunt item solem imperatorem, et a fonte materiali archangelicum, sensionis fontem, fontanum judicium, fulmineum fontem, speculorum fontem, characterum fontem incognitis signis et symbolis incumbentem, et summitates fontanas, Apollinis, Osiridis, Mercurii, Materiales vero fontes dicunt esse centrorum, elementorum et somniorum zonam. Item animam fontanam. Fontibus subjungunt principia : quod principiis superiores et excellentiores sint fontes. Principiorum autem animalia procreantium summitas vocatur Hecate : medietas, anima inchoativa : extremitas, virtus inchoativa. Sunt apud illos quoque Hecatæ ἄζωνοι, quæ zonas non habent, ut Chaldaica τριεκδότις, κωμάς, et ἐκκλυστική. Dii autem ἄζωνοι illis dicuntur Sarapis et Dionysus sive Bacchus : Osiridis item σειρά (*quasi ad geniorum series catenæ more connexa*) et Apollinis appellantur ἄζωνοι dii quod expedite potestate sua in zonis utuntur, et supra deos conspicuos collocati sunt. Ζωναῖοι contra qui zonas habent, libere circa cœli zonas volvuntur et gubernandi munus obeunt, habent enim Chaldæi deorum genus Zonæum, quod sensibilis mundi partes inhabitat, et regiones circa materialem locum sorte distributas cingit. Post zonas est circulus non errans seu fixus septem orbes complectens, in quibus stellæ sunt. Porro alius illis est mundus solaris, ætherio fundo subserviens; alius Zonæus, unus e septem. Animarum humanarum duplicem ponunt causam e fonte perenni promanantem, paternam nempe mentem, et animam fontanam. Prodit autem, ut illi volunt, particularis anima a fontana, juxta Patris voluntatem : et habet essentiam per se generatam et animatam. Aliunde enim non movetur. Nam si, ut in oraculo fertur, ignis divini pars est et ignis lucidus, atque paternæ mentis conceptus, profecto forma est materiæ expers et per se subsistens. Illa enim omnia cum divina natura communicant, cujus particula est anima. Aiunt omnia in qualibet anima esse, sed et cuilibet inexplicabilem et incognitam fandorum et infandorum signorum

A ριος, καὶ ὁ ὑλαῖος. Μετὰ δὲ τοὺς συνοχεῖς, οἱ τελετάρχαι· μετὰ δὲ τούτους, οἱ πηγαῖοι πατέρες, οἱ καλούμενοι καὶ κοσμαγωγοί· ὧν ὁ πρῶτος ὁ ἅπαξ ἐπέκεινα λεγόμενος· μεθ' ὃν ἡ Ἑκάτη, εἶτα ὁ δὶς ἐπέκεινα· μεθ' ὃν τρεῖς ἀμείλικτοι· καὶ τελευταῖος ὁ ὑπεζωκός. Σέβονται δὲ καὶ πηγαίαν τριάδα πίστεως καὶ ἀληθείας καὶ ἔρωτος. Φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον, ἀπὸ τῆς ὑλικῆς πηγῆς καὶ ἀργαγγελικὸν, καὶ πηγὴν αἰσθήσεως, καὶ πηγαίαν κρίσιν, καὶ κεραύνιον πηγὴν, καὶ πηγὴν διοπτρῶν καὶ χαρακτήρων πηγὴν ἐπιβατεύουσαν τοῖς ἀγνώστοις συνθήμασι· καὶ πηγαίας ἀκρότητας, Ἀπόλλωνος, Ὀσίριδος, Ἑρμοῦ. Ὑλικὰς δὲ πηγάς φασιν, κέντρων καὶ στοιχείων, καὶ ὀνείρων ζώνην, καὶ πηγαῖαν ψυχήν. Μετὰ δὲ τὰς πηγὰς λέγουσιν εἶναι B ἀρχάς. Αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν· τῶν δὲ ζωογόνων ἀρχῶν, ἡ μὲν ἀκρότης, Ἑκάτη καλεῖται. Ἡ δὲ μεσότης, ψυχὴ ἀρχική. Ἡ δὲ περάτωσις, ἀρετὴ ἀρχική. Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἄζωνοι (22) Ἑκάται, ὡς ἡ τριεκδότις ἡ Χαλδαϊκὴ, καὶ ἡ κωμὰς, καὶ ἡ ἐκκλυστική. Ἀζωνικοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς θεοὶ, ὁ Σάραπις, καὶ ὁ Διόνυσος καὶ ἡ τοῦ Ὀσίριδος σειρὰ (23), καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἄζωνοι δὲ καλοῦνται οἱ εὐλύτως ἐνεξουσιάζοντες ταῖς ζώναις καὶ ὑπεριδρυμένοι τῶν ἐμφανῶν θεῶν. Ζωναῖοι δὲ, οἱ τὰς ἐν οὐρανῷ ζώνας ἀπολύτως περιελίττοντες, καὶ τὰ τῇδε διοικοῦντες. Θεῖον γὰρ γένος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ζωναῖον, τὸ κατανειμάμενον τὰς τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου μερίδας, καὶ ζωσάμενον τὰς περὶ τὸν ὑλαῖον τόπον διακληρώσεις. Μετὰ δὲ τὰς ζώνας ἐστὶν ὁ ἀπλανὴς κύκλος, περιέχων τὰς ἑπτὰ σφαίρας, ἐν C αἷς τὰ ἄστρα. Καὶ ἄλλος μὲν παρ' αὐτοῖς ὁ ἡλιακὸς κόσμος τῷ αἰθερίῳ βάθει δουλεύων· ἄλλος δὲ ὁ ζωναῖος, εἷς ὢν τῶν ἑπτά. Τῶν δὲ ἀνθρωπίνων ψυχῶν αἴτια διττὰ πηγαῖα τίθενται· τόν τε πατρικὸν νοῦν, καὶ τὴν πηγαίαν ψυχήν. Καὶ προέρχεται μὲν αὐτοῖς ἡ μερικὴ ἀπὸ τῆς πηγαίας κατὰ βούλησιν τοῦ πατρός· ἔχει δὲ καὶ αὐτόγονον οὐσίαν καὶ αὐτόζωον. Οὐ γάρ ἐστιν ὡς ἑτεροκίνητος. Εἰ γὰρ κατὰ τὸ λόγιον μοῖρα τοῦ πυρός ἐστι τοῦ θείου καὶ πῦρ φαεινὸν καὶ νόημα πατρικὸν, εἶδός ἐστιν ἄϋλον καὶ αὐθυπόστατον. Τοιοῦτον γὰρ πᾶν τὸ θεῖον, οὗ μέρος ἡ ψυχή· καὶ πάντα φασὶν εἶναι ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ. Καθ' ἑκάστην δὲ ἰδιότητα ἄγνωστον ῥητοῦ καὶ ἀποῤῥήτου συνθήματος· καὶ καταβιβάσουσι δὲ τὴν ψυχὴν πολλάκις ἐν τῷ κόσμῳ δι' αἰτίας πολλάς· ἢ διὰ πτερο- D ρύησιν (24), ἢ διὰ βούλησιν πατρικήν. Δοξάζουσι δὲ τὸν κόσμον ἀΐδιον καὶ τὰς τῶν ἄστρων περιόδους· τὸν δὲ ᾅδην πολλαχῶς καταμερίζουσι. Καὶ νῦν μὲν αὐτὸν θεὸν ὀνομάζουσιν ἀρχηγὸν τῆς περιγείου λήξεως· νῦν δὲ τὸν ὑπὸ σελήνην τόπον φασί· νῦν δὲ

JOANNIS OPSOPÆI NOTÆ.

(22) Ἄζωνοι. Servius in illud *Æneid.* XII. *et diis communibus aras:* « Ut autem altioris scientiæ hominibus placet, dii communes sunt qui ἄζωνοι dicuntur, id est qui certi certas non habent partes, sed generaliter a cunctis coluntur. Ubique enim eos esse manifestum est, ut mater Deum, cujus potestas in omnibus zonis est. »

(23) Σειρά. Σειρά idem videtur denotare quod Synesii σίῤῥαιον, cujus significationem vide apud Nicephorum pag. 114.

(24) Πτερορύησιν. Scribendum est πτεροῤῥύησιν, et hoc est e Platonis philosophia in Phædro, ubi Adrastiæ legem exponit. Ἣν δὲ (inquit) βαρυνθεῖσα ἡ ψυχὴ πτεροῤῥυήσῃ τε καὶ ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, et quæ sequuntur.

τὴν μεσαιτάτην τοῦ αἰθερίου κόσμου καὶ τοῦ ὑλαίου· νῦν δὲ τὴν ἄλογον ψυχὴν, καὶ τιθέασιν ἐν αὐτῇ τὴν λογικὴν, οὐκ οὐσιωδῶς, ἀλλὰ σχετικῶς, ὅταν συμπαθῶς ἔχῃ πρὸς αὐτὴν καὶ προβάλῃ τὸν μερικὸν λόγον. Ἰδέας δὲ νομίζουσι, νῦν μὲν τὰς τοῦ Πατρὸς ἐννοίας, νῦν δὲ τοὺς καθόλου λόγους, καὶ φυσικοὺς καὶ ψυχικοὺς καὶ νοητούς· νῦν δὲ τὰς ἐξῃρημένας τῶν ὄντων ὑπάρξεις. Τοὺς δὲ περὶ μαγειῶν λόγους συνιστῶσιν ἀπό τε τῶν ἀκροτάτων δυνάμεων, ἀπό τε τῶν περιγείων ὑλῶν. Συμπαθῆ δὲ τὰ ἄνω τοῖς κάτω φασὶ καὶ μάλιστα τὰ ὑπὸ σελήνην. Ἀποκαθιστῶσι δὲ τὰς ψυχὰς μετὰ τὸν λεγόμενον θάνατον κατὰ τὰ μέτρα τῶν οἰκείων καθάρσεων, ἐν ὅλοις τοῖς τοῦ κόσμου μέρεσι. Τινὰς δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβάζουσι, καὶ μέσας αὐτὰς διορίζονται τῶν τε ἀμερίστων καὶ μεριστῶν φύσεων. Τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων ἐδέξαντο· οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον καὶ Ἰάμβλιχον, Πορφύριόν τε καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολούθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο.

symbolorumve proprietatem. Volunt animam in mundum demitti ob multas causas, aut propter pennarum defluvium, aut propter paternam voluntatem. Arbitrantur mundum æternum esse, ut et stellarum conversiones. Plutonem sive infernum in varias partes dividunt, eumque modo deum appellant, ordinis illius qui circa terram sortem suam obtinuit, ducem; modo regionem sublunarem : modo medias inter ætheriam et materialem mundum partes obeuntem; modo animam rationis expertem : in ea rationalem animam constituunt, non essentialiter, sed proportione quadam, quando convenienter ad illam affecta est, particulari ratione projecta. Ideas definiunt modo esse Patris intelligentias : modo universales rationes, naturales, animales et intellectiles : modo substantias a rebus ipsis abstractas. Astruunt omnem magicæ scientiæ rationem perfici a summis potentiis et terrenis materiis, familiaritatem item et convenientiam superiora cum inferioribus habere, præsertim quæ sub luna sunt. Collocant animas post mortem, juxta modulum et mensuram lustrationum singulis familiarum et convenientium, in omnibus mundi partibus : quasdam etiam ultra mundum evehunt : easque discrimine facto in naturas dividuas et individuas separant. Atque Plato quidem et Aristoteles plures ex enumeratis opiniones receperunt : Plotinus vero, Jamblichus, Porphyrius, Proclus, eorumque discipuli omnes in universum approbarunt, et non secus ac divinas voces absque ullo discrimine et examine admiserunt.

ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ ΠΟΙΜΑΝΔΡΗΝ.

—

PSELLI

IN MERCURII TRISMEGISTI PIMANDRUM.

—

Ἔοικεν ὁ γόης οὗτος τῇ θείᾳ Γραφῇ οὐ παρέργως ὡμιληκέναι· ὅθεν ἐκ ταύτης ὁρμώμενος τῇ κοσμοποιίᾳ ἐπιχειρεῖ, μηδὲ αὐτὰς ὀκνῶν τὰς Μωσαϊκὰς λέξεις ψιλὰς ἐνίοτε ἀναγράφειν· ὡς καὶ τὸ προκείμενον τοῦτο ῥητὸν ὅλον· τὸ γὰρ, « Εἶπεν ὁ Θεὸς, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, » σαφῶς ἐκ τῆς Μωσαϊκῆς κοσμοποιίας ἐστίν. Οὐ μὴν ἐνέμεινε παντελῶς τῇ ἁπλότητι καὶ σαφηνείᾳ, καὶ τῷ εὐθεῖ καὶ εἰλικρινεῖ καὶ ὅλως θεοειδεῖ τῆς Γραφῆς, ἀλλ' εἰς τὸ εἰωθὸς ὑπεῤῥύη πάθος τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς, εἰς ἀλληγορίας καὶ πλάνας καὶ τερατείας ἐκ τῆς εὐθείας ὁδοῦ καὶ ἀπλανοῦς ἐκτραπεὶς, ἢ ὑπὸ τοῦ Ποιμάνδρου συνελασθείς. Οὐκ ἄδηλον δὲ ὅστις ἦν ὁ τῶν Ἑλλήνων Ποιμάνδρης, ὁ καὶ παρ' ἡμῖν κοσμοκράτωρ ὀνομαζόμενος ἢ τῶν ἐκείνου τις. Κλέπτης γὰρ, φησὶν, ὁ διάβολος καὶ ἐκφερομυθεῖ τὰ ἡμέτερα, οὐχ ἵνα οἱ ἐκείνου μεταμάθωσιν τὴν ἀσέβειαν, ἀλλ' ἵνα τοῖς τῆς ἀληθείας ῥήμασι καὶ νοήμασιν τὴν ἑαυτῶν

Videtur incantator ille non obiter in divina Scriptura versatus esse; unde ex illa profectus de mundi creatione tractat, non dubitans tenues Moysis voces nonnunquam transcribere; ut et hæc proposita verba. Illud enim : « Dixit Deus, Crescite et multiplicamini » evidenter ex Mosaica creationis historia oritur. Non quidem servat omnino simplicitatem et perspicuitatem et rapiditatem et sinceritatem et divinitatem Scripturæ, sed in solitum Græcorum sapientum morem abit, in allegorias et errores et portenta ex recta et secura via delapsus vel a Poimandre coactus. Non incertum autem est quis esset ille Græcorum Pœmandres, idem qui apud nos mundi Dominus nominatur aut unus ex ejus ministris. Fur enim, inquit, est diabolus et nostros sermones divulgat non ut ejus discipuli impietatem dediscant, sed ut veritatis vocibus et sententiis suam impietatem ornantes, persuasibi-

liorem eum faciant et acceptabilem. Non enim verum dicit Plato, cum affirmat Græcos pulchriores effecisse a Barbaris acceptas famas, eruditione et Delphicis oraculis usos. Verum e contra dicunt qui contendunt Græcos segniter veritatem inquirere, et eos præsertim in rebus theologicis errare. Porro qui hæc aiunt non ex nostris sunt, sed Græcorum celeberrimi, sic quis forte iis occurrit quæ Porphyrius ad ascendentem Ægyptium scripsit ab ipso cupiens veritatem tum quoque discere, cum jam a Græcis didicerat. Num igitur alia barbara gens mundi Creatorem et regem patria opinione et more coluerit, dicere non habeo; sed Hebræorum religionem per omnem terram celeberrimam fuisse, eorumque leges antiquiores fuisse et illo Mercurio et quolibet apud Græcos sapiente, multis demonstratum est.

A δυσσέβειαν ἐπιχρώσαντες καὶ μορφώσαντες, πιθανωτέραν ἐργάσωνται καὶ τοῖς πολλοῖς εὐπαράδεκτον. Οὐ γάρ ἀληθεύει Πλάτων τὰς ἐκ τῶν βαρβάρων φήμας παραλαμβάνοντας κάλλιον ἀπεργάσασθαι τοὺς Ἕλληνας λέγων παιδείᾳ χρωμένους καὶ μαντείαις ἐκ Δελφῶν. Ἀληθεύουσι δὲ μᾶλλον οἱ λέγοντες ἀταλαίπωρον εἶναι παρὰ τοῖς Ἕλλησι τῆς ἀληθείας τὴν ζήτησιν, μάλιστα δὲ ἐν τῇ περὶ τοῦ θείου δόξῃ πλανᾶσθαι αὐτούς. Εἰσὶ δὲ οἱ ταῦτα λέγοντες οὐχ ἡμέτεροι, ἀλλὰ τῶν Ἑλλήνων οἱ δοκιμώτεροι, εἴ τις ἐντετύχηκε καὶ οἷς ἔγραψεν ὁ Πορφύριος πρὸς ἀναβαίνοντα τὸν Αἰγύπτιον παρ' ἐκείνου λοιπὸν ἐπιζητῶν μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἐπειδὴ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπέγνων. Εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο βάρβαρον γένος τὸν Δημιουργὸν καὶ βασιλέα τοῦδε τοῦ παντὸς πατριώδει δόξῃ καὶ νόμοις ἐθρήσκευεν, εἰπεῖν οὐκ ἔχω· ὅτι δὲ
B ἡ τῶν Ἑβραίων θεοσέβεια περιβόητος ἦν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὅτι καὶ ἡ νομοθεσία αὐτῶν ἀρχαιοτέρα ἦν καὶ Ἑρμοῦ τούτου, καὶ εἴτις ἄλλος παρ' Ἕλλησι σοφὸς πολλοῖς ἀποδέδεικται.

MICHAELIS PSELLI

OPERUM PARS QUARTA

COMPLECTENS

HISTORICA*.

—

ΨΕΛΛΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΚΩΝ ΤΟΠΩΝ ΚΑΙ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

—

PSELLI

DE LOCIS ET NOMINIBUS ATTICIS.

—

Tu igitur non solum Atheniensium urbem diligis, sed et Attica nomina, utpote quæ quamdam musicam vocem emittant. Dixisti autem te nondum versatum esse in recondito de illis, tanquam in sacris adytis, opere scripto. Sed cum nonnullis eorum occurris, Sunio dico et Cephisiæ et illis « Spheti fui

C Σὺ δὲ ἄρα οὐκ αὐτῆς μόνον τῆς Ἀθηναίων ἐρᾷς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀθήνησιν ὀνομάτων, ὥς τινα κἀκείνων μουσικὴν πεμπόντων ἠχώ. Οὔπω δὲ ἔφησας ἐντετυχηκέναι, ὥσπερ ἐν ἱεροῖς ἀδύτοις, ἀποθέτῳ περὶ τούτων συγγράμματι· ἀλλὰ κατὰ μέρος ἐντυγχάνων αὐτοῖς, φημὶ δὴ τῷ Σουνίῳ καὶ τῇ Κηφησίᾳ,

* Psellus orationem funebrem Michaelis Cærularii pronuntiavit, in qua eum laudat eo ex capite quod Latinorum reprobavit sententiam de processione a Filio. « Exstat ea Pselli oratio in Regia Bibliotheca; hancque tandem cum aliis ejusdem auctoris lucubrationibus typis regiis edendam paro. » Ita Lequien in prima Dissertatione Damascenica, n. 31, p. XVI. EDIT. PATR.

καὶ τῷ « Σφηττοῖ γέγονα, καὶ Θρίῆζε καὶ Φαληροῖ, » καὶ αὖθις « Σφηττόθεν ἀπῄειν καὶ Φαληρόθεν, » ὥσπερ ἐνθουσιᾷς, καὶ λίαν ἔχεις ἐρωτικῶς δυοῖν θατέρου τυχεῖν, ἢ Σφηττοῖ γενέσθαι καὶ Κηφισιάσιν, ἢ περὶ τῶν χωρίων ἐναργέστερόν τι μαθεῖν.

Διὰ ταῦτά σοι ἐγὼ ἐκ πολλῶν βιβλίων συνηγηοχὼς γράφω ταυτί.

Πλευρά τις διῆκται τῆς Ἀττικῆς σὺν τῇ Μεγαρίδι ἀπὸ Σουνίου μέχρις Ἰσθμοῦ. Ἐνταῦθα κατὰ μέσην που τὴν τοιαύτην γραμμὴν τοῖς εἰς τὴν πόλιν καταπλέουσιν ὁ Πειραιεὺς ἀπαντᾷ, τὸ περιβόητον τῶν Ἀθηναίων ἐπίνειον. Μετὰ δὲ τὸν Πειραιᾶ, Φαληρεῖς δῆμος ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ ἐστί· μεθ' ὃν Ἀναγυράσιοι. Εἶτ' Ἀναφλύστιοι μέχρι τῆς ἄκρας τοῦ Σουνίου διήκοντες. Εἶτα τὸ Σούνιον, δῆμος ἀξιολογώτατος· μεθ' ὃ Μαραθὼν, ὅπου Μιλτιάδης τὰς μετὰ Δάτιδος τοῦ Πέρσου δυνάμεις ἄρδην διέφθειρε. Μετὰ δὲ Μαραθῶνα, Τρικόρυθος· εἶτα Ῥαμνοῦς, τὸ Νεμέσεως ἱερόν.

Τῶν δὲ ὀρῶν τὰ ὀνόματα μάλιστά ἐστι ταῦτα· ὁ Ὑμηττὸς ὁ Βριλησσὸς ὁ Λυκαβηττὸς, ἡ Πάρνηθος, ὁ Κορυδαλός.

Ποταμοὶ δὲ οἱ διωνομασμένοι, ὁ Κηφισσὸς, καὶ ὁ Ἰλισσὸς, ῥέων εἰς τὴν παραλίαν ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Ἄγρας καὶ τοῦ Λυκείου μερῶν, καὶ τῆς πηγῆς ἣν ὕμνηκεν ἐν Φαίδρῳ Πλάτων.

Κάμψαντι δὲ τὸ Σούνιον ἀκτή ἐστι πρὸς ἄρκτον ἀμφιθάλαττος, στενὴ τὸ πρῶτον, εἶτα εἰς τὴν μεσόγαιον πλατύνεται. Τὸ δὲ λοιπὸν τὸ πρὸς ἄρκτον ἐστὶ πλευρὸν ἀπὸ τῆς Ὠροπίας, ἐπὶ δύσιν παρατεῖνον μέχρι τῆς Μεγαρίδος.

Ὑπέρκεινται δὲ τῆς Ἀττικῆς αἱ Σκειρωνίδες πέτραι. Μετὰ δὲ ταύτας ἄκρα πρόκειται Μινῴα ὠνομασμένη, ποιοῦσα τὸν ἐν τῇ Νισαίᾳ λιμένα.

Ἡ δὲ Νισαία ἐπίνειόν ἐστι τῶν Μεγάρων, ὀκτὼ καὶ δέκα σταδίοις διέχον τῆς πόλεως. Ἡ δὲ Μεγαρὶς μερὶς καὶ αὕτη οὐ βραχεῖα τῆς πόλεως· ἡ γὰρ Ἀττικὴ τὸ παλαιὸν Ἰωνία καὶ Ἰὰς ἐκαλεῖτο.

Τὸ δὲ Θριάσιον πεδίον ἀγχοῦ κεῖται τῆς Ἐλευσῖνος.

Πρόκειται δὲ ἀπὸ τῆς Νισαίας πλέοντι ἐς τὴν Ἀττικὴν ἡ Σαλαμίς· ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Σαλαμῖνα κεῖσθαι συμβαίνει τὰ ὅρια τῆς τε Μαγαρικῆς καὶ τῆς Ἀτθίδος· ὄρη δὲ εἰσι δύο, ἃ καλοῦσι Κέρατα.

Εἶτα πόλις Ἐλευσιν, ἐν ᾗ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Ἐλευσινίας καὶ ὁ μυστικὸς σηκός. Εἶτα τὸ Θριάσιον πεδίον. Εἶτα ἡ Ψυτταλία, νησίον ἔρημον πετρῶδες, καὶ ἡ Μουνυχία, τόπος κοῖλος καὶ ὑπόνομος στομίῳ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων. Καὶ τὸ μὲν παλαιὸν ἐτετείχιστο καὶ συνῴκιστο, καὶ τῷ τείχει τούτῳ συνῆπτο καὶ τὰ μακρὰ τείχη τῶν Ἀθηνῶν· οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας ἔρυμα, τόν τε Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς βραχὺ καὶ τὰ μακρὰ τείχη κατέσπασαν, Λακεδαιμονίων μὲν καθελόντων πρότερον, Ῥωμαίων δὲ ὕστερον, ἡνίκα Σύλας ἐκπολιορκήσας εἷλε καὶ τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸ Ἄστυ.

Αὐτὸ δὲ τὸ Ἄστυ πέτρα ἐστὶν ἐν πεδίῳ περιοι-

A et Thriæ et Phaleri, « et rursum » Sphето abibam et Phalero, quasi divino furore corriperis, et valde exoptas ex his duobus unum assequi, vel Spheti versari et Cephisiæ, vel de his locis aliquid in extenso discere.

Ideo tibi ea scribo quæ ex multis libris collegi.

Ora quædam Atticam cum Megaride trajicit a Sunio usque ad Isthmum. Tunc in medio circiter hoc circuitu iis qui ad urbem navigant occurrit Piræeus, celeber Atheniensum portus. Post Piræeum autem, Phaleræus Vicus in vicina ora situs est : post quem Anagyrasii. Deinde Anaphlystii usque ad extremitatem Sunii pervenientes. Deinde Sunium, celebratissimus vicus. Deinde Ma-B rathon, ubi Miltades, regis Persarum exercitus a Datide ductos funditus delevit. Post Marathonem vero Trycorythus, deinde Rhamnus, Nemesi consecratus.

Montium vera nomina hæc sunt præcipue, Hymettus, Brilessus, Lycabettus, Parnethus, Corydalus.

Fluvii autem sic nominantur, Cephisus et Ilissus, in maritimam regionem fluens ex partibus quæ ultra Agram et Lyceum sunt, et ex fonte quem in Phædro celebravit Plato.

Flectenti vero ab Sunio ora est ad septentrionem utrimque mare habens, angusta primum, deinde in medias terras protensa. Cætera vero ad septentrionem ora ab Oropia ad occidentem protenditur usque ad Megarida.

C Atticæ superaminent Scironides petræ. Post eas vero præeminet promontorium Minoia nomine, quod Nisææ portum efficit.

Nisæa porro portus Megarensium est qui decem et octo stadia ab urbe distat. Megaris autem et ipsa pars reipublicæ non minima est : Attica enim antiquitus Jonia et Jas appellabatur.

Thriasus porro campus prope Eleusin jacet.

A Nisæa autem in Atticam naviganti præeminet Salamina. In ora autem Salaminica siti sunt fines Megaridis et Atticæ. Duo porro montes sunt quos vocant Cornua.

Deinde urbs Eleusis in qua Cereris templum et D mystica olea. Deinde Thriasus campus. Deinde Psyttalia, insula parva deserta et petrosa, et Munychia, locus cavus et suffossus ostio parvo ingressum præbens. Et antiquitus, quidem munita erat et incolas habebat, et hoc muro uniebantur longi Athenarum muri. Innumera autem bella murum everterunt et Munychiæ munimentum, Piræeumque in parvum spatium contraxerunt, longosque muros diruerunt. Lacedæmonii prius eos dejecerunt, et deinde Romani, quando Sylla obsidione captum Piræeum et Athenas occupavit.

Ipsa vero urbs est rupes in campo assurgens, un-

dique domibus circumdata. In ipsa autem rupe est Minervæ templum, urbis Præsidis antiquum templum, in quo inexstinguibilis lampas, et Parthenon, et eburnea Minerva, egregium Phidiæ opus. Et ut Hegesiam in ejus de urbe Libris imiter, timeo ne redundem et propositum meum hoc scriptum excedat. Unde partim et sparsim dicam : Illud Leocorion, hoc Theseum ; ibi Marathon ; illic Rhamnus, illic Decelia, celebre Peloponnesiorum propugnaculum. Hinc Lyceum; hinc Olympicum stadium. Ibi Academia et philosophorum horti, et Odeum, et Varia porticus; et illustres vici, Cephisia, Phaleræ, Sphettus, Cecropia, Cytherus, Aphidna, Eleusis. Hæc sunt veteris Academiæ vestigia, hæc novæ; omnia Musas spirant, omnia Gratias. Quæ enim in civitate sunt arcanorum ruinæ, illustriores sunt ipsis civitatibus.

A κουμένη κύκλῳ· ἐπὶ δὲ τῇ πέτρα τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ὅ τε ἀρχαῖος ναὸς ὁ τῆς Πολιάδος ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος, καὶ ὁ Παρθενὼν, καὶ ἡ ἐλεφάντινος Ἀθηνᾶ, τὸ ἐξαίσιον τοῦ Φειδίου ἔργον. Καὶ ἵνα δὴ τὸν Ἡγησίαν ἐν τοῖς περὶ τῆς πόλεως λόγοις μιμήσωμαι, ἀκνῶ πλεονάζειν, μὴ συμβῇ τῆς προθέσεως ἐκπεσεῖν τὴν γραφήν. Ὅθεν κατὰ μέρος καὶ διεσπασμένως ἐρῶ· ἐκεῖνο Λεωκόριον· τοῦτο Θησεῖον· τοῦτο Μαραθών· ἐκεῖνο Ῥαμνοῦς· τοῦτο Δεκέλεια, τὸ περιφανὲς τῶν Πελοποννησίων ὁρμητήριον· τοῦτο Λύκειον· ἐκεῖνο τὸ Ὀλυμπικὸν στάδιον· ἐνταῦθα ἡ Ἀκαδημία καὶ οἱ κῆποι τῶν φιλοσόφων, καὶ τὸ Ὠδεῖον, καὶ ἡ Ποικίλη στοά· καὶ οἱ περιφανεῖς δῆμοι, ἡ Κηφισία, τὰ Φάληρα, ἡ Σφηττὼ ἡ Κεκροπία, ἡ Κύθηρος, ἡ Ἄφιδνα, ἡ Ἐλευσίς· λείψανα ταῦτα τῆς παλαιᾶς Ἀκαδημίας, ἐκεῖνα τῆς νεωτέρας· πάντα μουσῶν πνεῖ, πάντα χαρίτων. τὰ γὰρ ἐν τῇ πόλει ἐρείπια τῶν ἀποῤῥήτων ἔτι περιφανέστερα πόλεων.

Ut autem magis ac magis civitate fruaris, ab ora quæ Eubœum spectat Atticæ cohærenti, statim occurrit Oropus et sacer portus quem Delphinium vocant, apud quem antiqua est Eretria. Deinde Delium, Apollini consecratum. Neque procul ingens portus quem Profundum Portum nominant. Deinde Aulis, petrosus locus. Et prope Euripus.

Et quidem ea est versus Eubœam ora maritima. In mediis autem terris ab occidente est Citheron, ad septentrionem Phocensium urbs. Ex Phocensibus autem montibus multi descendunt fluvii, quorum maximus est Chephissus. Schœnus autem urbs est Thebanorum. Eam autem præterfluit fluvius Schœnus nomine. Citheron autem mons excelsus est. Ismenus fluvius et Asopus planitiem quæ ante Thebas jacet præterfluunt. Dirce autem fons est. Et Citheron non procul a Thebis finitur.

Deinde urbs Thespiæ prope Heliconem et Crissæum sinum jacet. Prope Thespias autem est Ascra, Hesiodi patria, in Heliconis dextra. Helicon autem est in Phocide. Portus autem Thespiorum est Creusa. Post Thespias vero est Mycalissus, et prope Eleutheræ, urbs contermina Atheniensibus et Beotiis.

Hæc de Athenis sufficiunt Atheniensum fautori. Nos enim plus effecimus quam eramus rogati, cum mentionem habuerimus de regionibus et de civitatibus huic urbi vicinis.

B Ἵνα δὲ ἐπὶ πλέον κατατρυφώης τῆς πόλεως, ἀπὸ τῆς πρὸς Εὔβοιαν παραλίας τῆς συνεχοῦς τῇ Ἀττικῇ, εὐθὺς ὁ Ὠροπὸς πρόκειται, καὶ ὁ ἱερὸς λιμὴν ὃν καλοῦσι Δελφίνιον, καθ' ὃν ἡ παλαιὰ Ἐρέτρια. Εἶτα τὸ Δήλιον, τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. Καὶ παρὰ τοῦτον λιμὴν μέγας, ὃν καλοῦσι Βαθὺν Λιμένα. Εἶθ' ἡ Αὐλὶς, πετρῶδες χωρίον. Καὶ πλησίον ὁ Εὔριπος.

Καὶ ἡ μὲν παραλία τοιαύτη τις ἡ πρὸς Εὔβοιαν. Τὰ δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ, ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ὁ Κιθαιρὼν, πρὸς δὲ ἄρκτον ἡ Φωκέων πόλις. Ἐκ δὲ τῶν Φωκικῶν ὀρῶν πολλοὶ ποταμοὶ καταφέρονται, ὧν ὁ Κηφισσὸς μέγιστος. Ἡ δὲ Σχοῖνος χώρα ἐστὶ τῆς Θηβαϊκῆς· ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς δι' αὐτῆς Σχοινοῦς ὀνομαζόμενος. Ὁ δὲ Κιθαιρὼν ὄρος ὑψηλόν. Ὁ
C μέντοι Ἰσμηνὸς ποταμὸς καὶ ὁ Ἀσωπὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ τῶν Θηβῶν· ἡ δὲ Δίρκη, κρήνη ἐστί. Καὶ ὁ Κιθαιρὼν οὐ πόῤῥω που τῶν Θηβῶν τελευτᾷ.

Μεθ' ἃ καὶ ἡ πόλις αἱ Θεσπιαὶ πρὸς τῷ Ἑλικῶνι ἐπικειμένη τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ. Ἐν δὲ ταῖς Θεσπιαῖς ἐστι καὶ ἡ Ἄσκρη, ἡ τοῦ Ἡσιόδου πατρὶς, ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἑλικῶνος. Ὁ δὲ Ἑλικὼν συνεχὴς ἐστι τῇ Φωκίδι. Επίνειον δὲ τῶν Θεσπιῶν ἡ Κρέουσα. Μετὰ δὲ τὰς Θεσπιὰς ἡ Μυκαλησσὸς, καὶ πλησίον αἱ Ἐλεύθεραι, πόλις ἀμφίβολος Ἀθηναίοις καὶ Βοιωτοῖς.

Ἀρκεῖ ταῦτα περὶ Ἀθηνῶν τῷ τῶν Ἀθηναίων ἐραστῇ. Ἡμεῖς γὰρ πλέον τι τοῦ ἐπιτάγματος πεποιήκαμεν, καὶ τῶν προσεχῶν ταύτης ἐπιμνησθέντες χωρίων καὶ πόλεων.

ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

Εἰς τὸν χαλκοῦν ἵππον τὸν ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ, ἀπῃωρημένον τὸν πόδα ἔχοντα.

—

MICHAELIS PSELLI

In æreum equum in Hippodromo, qui pedem attollebat.

(Banduri, *Imperium Orient.* I, 178.)

—

Ἔμπνους ὁ χαλκοῦς ἵππος οὗτος ὃν βλέπεις,
Ἔμπνους ἀληθῶς καὶ φριμάζεται τάχα.
Τὸν πρόσθιον δὲ τοῦτον ἐξαίρων πόδα,
Βαλεῖ σε καὶ λὰξ, εἰ παρέλθῃς πλησίον·
Δραμεῖν καθορμᾷ· στῆθι, μὴ προσσεγγίσῃς,
Μᾶλλον δὲ φεῦγε, μὴ λάβῃς τὸ τοῦ λόγου.

A Spirat æreus iste equus, quem cernis
Spirat revera, ac fortassis infremit.
Quin et anteriorem pedem istum attollens
Te calce impetet, si propius accedas.
Ad cursum est incitatus; siste ergo, neque appropinques;
Aut potius fuge, ne tibi dicta eveniant.

ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

—

MICHAELIS PSELLI EPISTOLÆ.

—

Α'. Τῷ μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης, τῷ γεγονότι μαΐστωρι τῶν ῥητόρων.

Οὐδὲν ὁ ῥήτωρ, ὅτι μὴ γλῶσσα λαμπρὰ, κἂν λέγῃ, κἂν γράφῃ, κἂν παιδεύῃ ῥητορικὴν, κἂν φιλοσοφίᾳ τὸν νοῦν ἀσχολῇ· τὴν δὲ γλῶτταν ταύτην ἔχῃ τε ὁμοῦ καὶ ἀφίησιν. Καὶ διὰ ταῦτα οὔτε Ἀθηναῖος ἢ Σπαρτιάτης ἐστὶν, ἀλλὰ πολίτης τῆς οἰκουμένης, καὶ ἀτεχνῶς ἀστραπὴ ἢ βροντὴ πανταχόσε περιηχοῦσά τε καὶ ἐκλάμπουσα. Οὐ γὰρ μόνον ἐπιδημῶν ἡμῖν τῆς τέχνης μεταχειρίζεις τὴν σάλπιγγα, ἀλλὰ καὶ ἀποδημῶν τοξεύεις ἐφ' ἡμᾶς τοὺς λόγους ὥσπερ τινὰς ὀϊστούς· καὶ τοξεύων οὐ πλήττεις, ἀλλὰ βάλλων ἡδύνεις· καὶ τὸ φάρμακον τοῦ βέλους διὰ πάσης φοιτᾷ τῆς ψυχῆς. Οὕτως σου ἡ λέξις· οὕτως ὁ νοῦς· οὕτως ἡ ἁρμονία· οὕτω τὸ κάλλος τῆς φράσεως· τοιοῦτος ὁ ἐμὸς ῥήτωρ καὶ πάνδημος καὶ ὄντως δημαίτατος· τοιαύτη ἡ ἐμὴ Σειρὴν καὶ τὸ μελιχρὸν στόμα· ἡ πειθώ· ἡ ἀνάγκη·

B **I. *Metropolitæ Thessalonicæ, qui factus est rhetorum magister* (1).**

Quid aliud orator nisi sive loquatur, sive scribat, sive rhetoricem doceat, sive philosophiæ mentem applicet, semper per linguam operatur? Hanc porro ob causam non Atheniensis est, non Spartiates, sed orbis universi civis est; longe enim lateque tonat ac fulgurat. Non enim solum eloquentiæ nos quasi tuba demulces, nobiscum conversans; sed e longinquo etiam sermones tuos telorum instar in nos jacis, ita tamen ut ne vulneres auditores, imo demulceas, totam animam vocum illecebris imbuendo Hæc est natura dictionis, mentis, harmoniæ; hoc modo styli rhythmus procedit; hac ratione orator, qualem præsumo, omnium est gentium. En mea
C Siren, osque mellifluum, suadela, necessitas; en animorum illecebræ, mentium esca; cogitatorum musa, vocum suavitas; voluptarum medulla, Calliope

(1) Hanc epistolam cum duabus sequentibus edidit Frid. Tafel. V. C. in Appendice ad Dissertationem *de Thessalonica ejusque agro*. Metropolitam illum ad quem scribit Psellus eumdem esse putat cum illo magno Eustathio qui anno 1192 defunctus est; quod cum ætate Pselli nostri non quadrat. Epistolas 4-12 edidit Boissonadius Norimbergæ 1838. Edit.

lapidis angularis causa; et ingrediente me in
templum surgens uter ambulavit gradus se-
ptem: procidit autem in os, et veneratus est
me. Et admirans ego, quod et in utre pote-
C statem haberet dæmon, et ambularet, jussi eum
stare: et surrexit uter, et stetit pedibus distentus;
et interrogavi eum dicens: Indica mihi tu quis sis.
Et ait ab intus spiritus: Ego sum dæmon dictus
Ephippas, stans in Arabia. Et dixi ei: Hoc est
nomen tuum? Et ait: Etiam; quo mihi voluntas
est advolo, et ascendo, et neco. Et dixi ei: A
quo angelo impotens efficeris? Et ait: Rex, Deus
habet potestatem in me, ut audiam eum, qui
nasciturus est ex Virgine, et a Judæis crucifi-
gendus in ligno, quem venerantur angeli, archan-
geli; ille meas vires frangit, et orbat me magna
potestate mihi concessa a patre meo diabolo.
Dixi ei: Quid potes facere? Qui ait: Potens
sum et montes portare, regum domos evellere:
D arbores foliis nudos marcescere facio. Et dixi ei:
Potesne tollere lapidem hunc, et ponere in caput
anguli ad decorem templi? Non solum hunc
tollere, rex, inquit, valeo, sed et cum dæmone
qui est super mare Rubrum afferam columnam
ætherocæruleam et ponam eam ubi vis in
Jerusalem. Hæc dicens, coegi eum, et quasi
inflatus uter factus est, et supposui lapidi, et
præcinxit se, et levavit in altum utrem; et con-
scendit uter scalas ferens lapidem, et statuit
eum in summitate aditus templi. Ego autem Salo-

mon, videns lapidem sublatum et locatum, dixi : Vere impleta est Scriptura dicens : « Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli ; » quia hoc non est meum dare, sed Dei, ut possit dæmon lapidem tollere talem, et statuere in loco quem volebam. Et adduxit Ephippas dæmonem qui erat in mari Rubro, cum columna, et accipientes ambo columnam, levaverunt a terra. Ego autem recte cogitans quia duo hi spiritus valerent terram omnem concutere, in puncto temporis, signavi hinc et hinc annulo, et dixi: Satis est ; et manserunt spiritus portantes usque in hodiernam diem, ad ostensionem inditæ mihi sapientiæ ; et erat suspensa columna super altitudinem, per aera, a spiritibus portata, et sic deorsum spiritus videbantur quasi aerem portantes ; et attendenti cuilibet, columna inclinata vecta a spiritibus videtur et est usque in hodiernam diem.

A καὶ σὺν τῷ δαίμονι τῷ ἐπὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἀναγάγω τὸν κίονα τὸν (τὴν) ἀεριστὴν, καὶ στήσω αὐτὸν ὅπου βούλει ἐν Ἱερουσαλήμ. Ταῦτα εἰπὼν ἠνάγκασα αὐτὸν, καὶ ὡσεὶ ἐκφυσηθεὶς ὁ ἀσκὸς ἐγένετο, καὶ ὑποδέδεκα τῷ λίθῳ, καὶ διέζωσεν ἑαυτὸν, καὶ ἐπῆρεν ἐπάνω τόν ἀσκόν. Καὶ ἀνῆλθεν ὁ ἀσκὸς τὰς κλίμακας βαστάζων τὸν λίθον, καὶ ἔθετο αὐτὸν εἰς τὴν ἄκραν τῆς εἰσόδου τοῦ ναοῦ. Ἐγὼ δὲ Σολομῶν, ἰδὼν τὸν λίθον ἐπηρμένον καὶ τεθεμελιωμένον, εἶπον· Ἀληθῶς ἐπληρώθη ἡ Γραφὴ ἡ λέγουσα λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· ὅτι τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ· τὸ κατισχῦσαι τὸν δαίμονα ἐπᾶραι τὸν λίθον τηλικοῦτον, καὶ ἀποθέσθαι αὐτὸν εἰς τόπον ὃν ἐβουλόμην. Καὶ ἤγαγεν Ἐφιππᾶς τὸν δαίμονα B τὸν ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ μετὰ τοῦ κίονος· καὶ λαβόντες ἀμφότεροι τὸν κίονα ὑψώθησαν ἀπὸ τῆς γῆς. Ἐγὼ δὲ, κατασοφισάμενος ὅτι τὰ δύο πνεύματα ταῦτα ἠδύναντο τὴν οἰκουμένην ὅλην σαλεῦσαι ἐν στιγμῇ χρόνου· περιεσφράγισα ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῷ δακτυλίῳ, καὶ εἶπον· Φυλάσσου, καί ἔμειναν τὰ πνεύματα βαστάζοντα μέχρι τῆς σήμερον εἰς ἀπόδειξιν τῆς δεδομένης μοι σοφίας. Καὶ ἦν κρεμάμενος ὁ κίων ὑπὲρ μέγεθος διὰ τοῦ ἀέρος, ὑπὸ τῶν πνευμάτων βασταζόμενος· καὶ οὕτως κάτωθεν τὰ πνεύματα ἐφαίνοντο ὥσπερ ἀὴρ βαστάζοντα· καὶ ἐν τῷ ἀτενίζειν τις, ὁ κίων ὑπόλοξος βασταζόμενος ὑπὸ τῶν πνευμάτων, καὶ ἔστιν ἕως τῆς σήμερον.

Et ego Salomon interrogavi spiritum alterum qui cum columna venerat ex abysso maris Rubri : et dixi ei : Tu quis es ? et quod nomen tuum, et quæ tua operatio ? quia multa audio de te. Dæmon autem ait : Ego, rex Salomon, vocor Abezethibod; ortus sum ex archangelo (qui olim sedi in primo cœlo), cujus nomen Amclouth ; ego igitur sum spiritus molestus, alatus, unicam alam habens, imperans omni vento sub cœlo ; aderam quando Moyses intravit ad Pharaonem regem Ægypti, indurans cor ejus ; ego sum quem invocabant Janis et Jambris qui restiterunt Moysi in Ægypto ; ego sum, qui adversatus sum Moysi in extremis per signa. Dixi ergo ei : Quomodo igitur inventus es in mari Rubro ? Et ait : In exitu filiorum Israel, ego induravi cor Pharaonis, et excitavi cor ejus, et ministrorum ejus, et feci ut persequerentur filios Israel; et simul venerunt Pharao et Ægyptii omnes ; tunc aderam ibi, et simul venimus ; et ingressi sumus omnes in mari Rubro. Et factum est, postquam transierunt filii Israel, reversa est aqua, et operuit omnem exercitum Ægyptiorum, et universam potestatem eorum. Inventus sum ego hic et operuit me unda, et mansi in mari, præcipitatus sub columna hac. Cum autem venit Ephippas missus a te in sacculo utris inclusus, eduxit me post se. Ego igitur Salomon hæc audiens, glorificavi Deum, et adjuravi dæmones ut mandata mea non præterirent, sed manerent portantes columnam ; et juraverunt ambo dicentes : Vivit Dominus Deus tuus, non deponemus hanc columnam usque ad consummationem sæculi ; si autem cadat olim lapis iste, tunc erit consummatio sæculi. Et ego Salomon glorificavi Deum, et ornavi templum Domini cum omni decentia, et sedebam felix in regno meo, et erat pax in diebus meis. Et accepi uxores ex

Καὶ ἐγὼ Σολομῶν ἐπηρώτησα τὸ πνεῦμα τὸ ἕτερον, τὸ ἀνελθὸν μετὰ τοῦ κίονος ἀπὸ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης τῆς Ἐρυθρᾶς. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Σὺ τίς εἶ; καὶ τί καλεῖσαι; καὶ τί σου ἡ ἐργασία; ὅτι πολλὰ ἀκούω περὶ σοῦ. Ὁ δὲ δαίμων ἔφη· Ἐγὼ, βασιλεῦ Σολομῶν, καλοῦμαι Ἀβεζεθιβόδ· ἀπόγονός εἰμι ἀρχαγγέλου, ποτὲ μὲν καθεζομένου μου ἐν τῷ πρώτῳ οὐρανῷ· οὗ τὸ ὄνομα Ἀμελούθ· Ἐγὼ οὖν εἰμι πνεῦμα χαλεπὸν, καὶ πτερωτὸν καὶ μονόπτερον, ἐπίβουλον πάσης πνοῆς ὑπὸ τῶν οὐρανῶν· ἐγὼ παρήμην ἡνίκα C Μωσῆς εἰσήρχετο εἰς Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου σκληρύνων αὐτοῦ τὴν καρδίαν· ἐγώ εἰμι ὃν ἐπεκαλοῦντο Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβῆς οἰκουχώμενοι τῷ Μωϋσῆ ἐν Αἰγύπτῳ· Ἐγὼ εἰμὶ ὁ ἀντιπαλαίων τῷ Μωϋσῆ ἐν τοῖς πέρασι τοῖς σημείοις. Εἶπον οὖν αὐτῷ· Πῶς οὖν εὑρέθης ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ; Ὁ δὲ ἔφη· Ἐν τῇ ἐξόδῳ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐγὼ ἐσκλήρυνα τὴν καρδίαν Φαραώ· καὶ ἀνεπτέρωσα αὐτοῦ τὴν καρδίαν, καὶ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ· καὶ ἐποίησα αὐτοὺς ἵνα καταδιώξωσιν ὀπίσω τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ συνηκολούθησε Φαραὼ καὶ πάντες οἱ Αἰγύπτιοι. Τότε ἐγὼ παρήμην ἐκεῖ· καὶ συνηκολουθήσαμεν. Καὶ ἀνήλθομεν ἅπαντες ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Καὶ ἐγένετο, ἡνίκα διεπέρασαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ἐπαναστραφὲν τὸ ὕδωρ ἐκάλυψε πᾶσαν τὴν παρεμβολὴν D τῶν Αἰγυπτίων, καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτῶν· εὑρέθην οὖν ἐγὼ ἐκεῖ καὶ ἐκάλυψέ με τὸ ὕδωρ· καὶ ἔμεινα ἐν τῇ θαλάσσῃ τηρούμενος ὑποκάτω τοῦ κίονος τούτου. Ὡς δὲ ἦλθεν Ἐφιππᾶς, πεμφθεὶς παρὰ σοῦ ἐν ἀγγείῳ ἀσκοῦ ἐγκλεισθεὶς, καὶ ἀνεβίβασέ με πρὸς σέ. Κἀγὼ οὖν Σολομῶν ἀκούσας ταῦτα ἐδόξασα τὸν Θεὸν, καὶ ὥρκισα τοὺς δαίμονας, ὥστε μὴ παρακοῦσαί μου, ἀλλὰ μεῖναι βαστάζοντας τὴν κίονα· καὶ ὤμοσαν ἀμφότεροι λέγοντες· Ζῇ Κύριος ὁ Θεός σου, οὐ μὴ ἀποθώμεθα (*sic*) τὸν στῦλον τοῦτον ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· ᾗ δ' ἂν

ἡμέρᾳ πέσῃ ὁ λίθος οὗτος, τότε ἔσται ἡ συντέλεια τοῦ αἰῶνος. Κἀγὼ Σολομῶν ἐδόξασα τὸν Θεὸν, καὶ ἐκόσμησα τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου πάσῃ εὐπρεπείᾳ· καὶ ἤμην εὐθυμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ μου· καὶ εἰρήνη ἐν ταῖς ἡμέραις μου. Καὶ ἔλαβον γυναῖκας ἐμαυτοῦ ἀπὸ πάσης χώρας, ὧν οὐκ ἦν ἀριθμὸς, καὶ ἐπορεύθην πρὸς τὸν Ἰεβουσσαῖον, καὶ ἰδὼν ἐκεῖ θυγατέρα ἀνθρώπου Ἰεβουσσαίαν, ἠγάπησα αὐτὴν σφόδρα, καὶ ἠβουλόμην δέξασθαι αὐτὴν μετὰ ταῖς γυναιξί μου (*sic*) εἰς γυναῖκα. Καὶ εἶπον πρὸς τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν· Δότε μοι τὴν Σουμανῖτιν (15) ταύτην εἰς γυναῖκα. Καὶ εἶπον πρός με οἱ ἱερεῖς τοῦ Μολόχ. Ἐὰν ἀγαπᾷς τὴν παρθένον, εἴσελθε καὶ προσκύνησον τοὺς θεοὺς ἡμῶν, τῷ μεγάλῳ θεῷ Ῥαφὰν, καὶ τῷ καλουμένῳ θεῷ Μολόχ. Ἐγὼ οὖν φοβηθεὶς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἠκολούθησα προσκυνῆσαι· καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐγώ· Οὐ προσκυνῶ θεῷ ἀλλοτρίῳ (ad marg. τίς αὕτη) (16) ἡ ὑπόθεσις, ὅτι τοσοῦτόν με ἀναγκάζετε ποιῆσαι. Οἱ δὲ εἶπον (17) ωθεὶς (*sic*) (Forte: Ὁ Θεὸς) τῶν πατέρων ἡμῶν. Ἐμοῦ δὲ πυθομένου ὅτι οὐδαμῶς προσκυνήσω θεοῖς ἀλλοτρίοις, καὶ παρήγγειλαν τὴν παρθένον τοῦ μὴ κοιμηθῆναί μοι ἐὰν μὴ παθῶ θῦσαι τοῖς θεοῖς. Κἀγὼ οὖν ὁ δόλιος κινουμένου μου ἔρως παρ' αὐτῇ ἔφερέ μοι πέντε ἀκρίδας λέγων· Λάβε ταύτας τὰς ἀκρίδας (18), καὶ σύντριψον αὐτὰς ἐπ' ὀνόματος τοῦ θεοῦ Μολὸχ, καὶ νῦν κοιμηθήσομαι μετὰ σοῦ· ὅπερ καὶ ἐτέλεσα· καὶ εὐθὺς ἀπέστη τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἀπ' ἐμοῦ· καὶ ἐγενόμην ἀσθενὴς ὡσεὶ λῆρος τοῖς ῥήμασί μου· ἐξ οὗ καὶ ἠνεγκάσθη (*sic*) παρ' αὐτῆς κτίσαι ναὸν τῶν εἰδώλων· τῷ Βαὰλ, καὶ τῷ Ῥαφὰ, καὶ τὸ Μολὸχ, καὶ τοῖς λοιποῖς εἰδώλοις· κἀγὼ οὖν ὁ δύστηνος ἐποίησα τὴν συμβουλὴν αὐτῆς, καὶ τελείως ἀπέστη ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ ἀπ' ἐμοῦ· καὶ ἐσκοτίσθη τὸ πνεῦμά μου· καὶ ἐγενόμην γέλως τοῖς εἰδώλοις καὶ δαίμοσι· διὰ τοῦτο ἀπέγραψα ταύτην ἐμοῦ τὴν διαθήκην, ἵνα οἱ λαχόντες εὔχησθε καὶ προσέχητε τοῖς ἐσχάτοις, καὶ μὴ τοῖς πρώτοις, ἵνα τελείως εὕρωσι χάριν εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

omni regione, quarum non erat numerus; et abii ad Jebusæum, et videns ibi filiam hominis Jebusæi, amavi eam valde, et volebam accipere eam inter conjuges meas in uxorem. Et dixi ad sacerdotes eorum: Date mihi Soumanitem (Sunamitem) hanc in uxorem. Et dixerunt ad me sacerdotes Moloch: Si diligis virginem, intra, et venerare deos nostros, magnum deum Raphan, et vocatum deum Moloch. Ego vero timens gloriam Dei, non acquievi ut venerarer; et dixi eis: Non servio deo alieno. Quid est hoc inane simulacrum quod sic me ad adorandum cogitis? Qui dixerunt: Deus patrum nostrorum. Mihi autem affirmanti quia nullo modo adorarem deos alienos renuntiarunt virginem nunquam mecum dormituram, nisi libens diis immolarem. Et cum eam deperirem, attulit mihi callidus amor quinque locustas dicens ipsius nomine: Sume has locustas, et contere eas in nomine dei Moloch, et tunc dormiam tecum; quod et feci. Et statim exivit a me spiritus Dei. Et factus sum infirmus, et quasi stultus in verbis meis; exinde coactus sum ab ea ad ædificandum templum idolis, Baali et Rapha et Moloch, et cæteris; et ego miser feci voluntatem ejus, et tandem recessit gloria Dei a me; et obscuratus est spiritus meus; et factus sum proverbium idolis et dæmonibus: ideo scripsi hoc testamentum meum, ut quibus obtigerit, oretis et attendatis ultimis et non prioribus, et tandem gratiam inveniatis in sæcula. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

(15) Nomen puellæ.

(16) In textu spatium vacum ante ἡ ὑπόθεσις.

(17) Hic iterum vacuum spatium.

(18) Cultus locustarum, apud discipulos Joannis Baptistæ.

ADDENDA AD CEDRENUM.

TOM. I OPERUM CEDRENI.

In codice Coisliniano 136 Historia Joannis Scylitzæ præmittitur Præfatio ea longe prolixior quæ præit Georgii Cedreni Historiæ, et non pauca de Scriptoribus historiæ Byzantinæ nova ac notatu digna continet. Eam visum est hic describere.

—

Σύνοψις ἱστοριῶν συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου κουροπαλάτου καὶ μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας, τοῦ Σκυλίτζη.

Τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἄριστα μετὰ τοὺς παλαιοὺς ἐπραγματεύσατο πρῶτον μὲν ὁ μοναχὸς Γεώργιος καὶ Σύγγελλος χρηματίσας Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου· μετ' ἐκεῖνον δὲ ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης καὶ τοῦ Ἀγροῦ ἡγούμενος, ἐπιστατικώτερον τὰς ἱστορικὰς ἐπιδραμόντες βίβλους καὶ συνοψίσαντες λόγῳ μὲν ἀφελεῖ καὶ ἀπεριέργῳ, μονον-

Synopsis Historiarum scripta a Joanne Scylitze Curopalata, et magno drungario vigiliæ.

Historiæ compendium optime post veteres concinnavit primo quidem Georgius monachus, qui syncellus fuit Tarasii sanctissimi patriarchæ; post illum autem Theophanes confessor hegumenus Agri, qui ambo peritus historicos libros percurrerunt et in compendium redegerunt, sermone quidem simplici nec affectato, sed ipsi pene rerum

A naturæ adhærenti. Verum Georgius a mundo condito orsus, in tyrannos desiit, Maximianum nempe et Maximinum (*l.* Maxentium) ejus filium : Theophanes vero ab illius fine exordium ducens, et reliquam chronographiam epitomes more referens, usque ad obitum Nicephori imperatoris qui ex Genicis seu Logotheta Genicorum fuerat, progressus finem narrandi fecit. Post hunc nullus alius huic se studio dedidit. Quidam tamen tentavere, ut Siculus ille doctor, ac nostro tempore philosophorum princeps et hypertinus Psellus. Præter hos item alii. Sed ii perfunctorie operi manum admoverunt, et ab accurata narratione lapsi, maximam rerum majoris momenti partem prætermisere, posterisque inutiles fuere, nudam texentes imperatorum enumerationem, ut docerent quis quem imperatorem exceperit, et nihil præterea. Verum qui sic historias non recto scopo conscripsere, plus nocuere lectoribus, quam profuere. Nam Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlagon, Josephus Genesius et Manuel, Byzantii, Nicephorus diaconus, Phryx, Leo Asinus, Theodorus qui fuit Sidæ præses, ejusque consobrinus et cognominis qui Sebastenæ præfuit Ecclesiæ, insuperque Demetrius Cyzicenus ac Joannes Lydus monachus, suum singuli sibi proponentes argumentum; alius imperatoris laudem, alius patriarchæ vituperium, alius amici encomium, atque historiæ nomine suum singuli secuti scopum, a laudatorum virorum mente et instituto longe aberrarunt. Ea enim quæ suo C tempore gesta sunt conscribentes, pauloque altius resumentes, alius affectu ductus, alius odio, alius ad gratiam, alius prout sibi statutum fuerat, historiam edentes, inter se in narratione dissenserunt, ac caligine perturbationeque auditores repleverunt. Nos autem memoratorum virorum lectis operibus, historiæ amatoribus eorum synopsim non parum utilem fore sperantes, maximeque iis qui facilitatem labori anteponunt; utpote quæ variis gesta temporibus brevissime repræsentet, et a commentariorum mole liberet : supra dictorum historias diligenter excutientes, ejectis iis quæ ex affectu et ad gratiam dicta sunt, missis iis quæ dissensionem et repugnantiam olebant, expunctis etiam iis quæ fabulam sapere visum est, narrationibus collectis quæ verisimilia et probabilia putabantur, additis D etiam iis quæ nondum scripta ab antiquis viris edidicimus, iisque in unum corpus compendio redactis, tenerum cibum mola sermonis præparatum posteris reliquimus; ut qui memoratorum historicorum libros percurrerunt, commentaria habeant, secum vel in via ferentes hunc libellum. Solet quippe lectio recordationem inducere, recordatio vero memoriam alere et augere ; quemadmodum contra negligentia et incuria gestorum, reminiscentiam auferre, unde prorsus oblivio sequitur, quæ gestorum memoriam obscurat atque confundit. Qui vero nondum historias legerunt, hoc compendio ductoris loco utantur, et requisitis iis quæ

A οὐχὶ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐφαπτομένῳ τῶν πεπραγμένων. Ἀλλ' ὁ μὲν Γεώργιος, ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμου, ἐς τοὺς τυράννους κατέληξε, Μαξιμιανόν φημι καὶ τὸν τούτου υἱὸν Μαξιμῖνον (*l.* Μαξέντιον· ὁ δὲ Θεοφάνης, τὸ ἐκείνου τέλος οἰκείαν ἀρχὴν ποιησάμενος, καὶ τὴν ἐπίλοιπον συντεμὼν χρονογραφίαν καὶ εἰς τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν καταντήσας, ἔστη τοῦ δρόμου. Μετὰ δὲ τοῦτον οὐδεὶς ἄλλος ἐπέδωκεν ἑαυτὸν τῷ τοιούτῳ σπουδάσματι. Ἐπεχείρησαν μὲν γάρ τινες, οἷον ὁ Σικελιώτης διδάσκαλος καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ὕπατος τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπέρτιμος ὁ Ψελλὸς, καὶ πρὸς τούτοις ἕτεροι· ἀλλὰ πάρεργον ἁψάμενοι τοῦ ἔργου, τῆς τε ἀκριβείας ἐκπεπτώκασι τὰ πλεῖστα τῶν καιριωτέρων παρέντες, καὶ ἀνόνητοι τοῖς μετ' αὐτοὺς γεγόνασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν βασιλέων, καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα τῶν σκήπτρων γέγονεν ἐγκρατὴς, καὶ πλεῖον οὐδέν. Ἀλλὰ καὶ ταύτας οὐκ ἐστοχασμένως συγγραψάμενοι, ἔβλαψαν τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐκ ὠφέλησαν. Ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγὼν, Ἰωσὴφ Γενέσιος καὶ Μανουὴλ οἱ Βυζάντιοι, Νικηφόρος ὁ διάκονος ὁ Φρὺξ, ὁ Ἀσινὸς Λέων, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος καὶ ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ καθηγησάμενος Ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημήτριος ὁ τῆς Κυζίκου καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης ὁ Λυδὸς οἰκείαν ἕκαστος ὑπόθεσιν προστησάμενος· ὁ μὲν ἔπαινον βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου· ἕτερος δὲ φίλου ἐγκώμιον, καὶ ἐν ἱστορίας σχήματι τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος ἀποπληροῦντες σκοπὸν, πόῤῥω C τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν πεπτώκασι διανοίας. Ἀποτάδηη (*sic*) γὰρ τὰ κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους συνενεχθέντα καὶ μικρὸν ἄνωθεν ἱστορικῶς συγγραψάμενοι, καὶ ὁ μὲν συμπαθῶς, ὁ δ' ἀντιπαθῶς, ὁ δὲ καὶ κατὰ χάριν, ἄλλος δὲ καὶ ὡς προσετέτακτο τὴν ἑαυτοῦ συνθεὶς ἱστορίαν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ τῶν αὐτῶν ἀφηγήσει διαφερόμενοι, ἰλίγγου καὶ ταραχῆς τοὺς ἀκροατὰς ἐμπεπλήκασιν. Ἡμεῖς δὲ τῷ πόνῳ τῶν εἰρημένως ἀνδρῶν ἐκεῖ ἐντυχόντες καὶ λυσιτελήσειν οὐ μικρὰ τὴν σύνοψιν τοῖς φιλοϊστοροῦσιν ἐλπίσαντες, καὶ μάλιστα τοῖς τὸ ῥᾷστον τοῦ ἐπιπονωτέρου προτιθεμένοις, συντομωτάτην ἐνδοῦσαν κατάληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς καὶ τοῦ βάρους τῶν ὑπομνημάτων ἐλευθεροῦσαν, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφείσας D ἐπ' ἀκριβὲς ἱστορίας ἀναμαξάμενοι, καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιαπομπήσαντες, καὶ τὰς διαφορὰς καὶ διαφωνίας παρέντες, ἀποξέσαντες δὲ καὶ ὅσα ἐγγὺς ἐρχόμενα εὕρομεν τοῦ μυθώδους· τὰ δὲ εἰκότα καὶ ὁπόσα τοῦ πιθανοῦ μὴ ἀπέκειτο συλλεξάμενοι, προσθέντες δὲ καὶ ὁπόσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν, καὶ τῷ ἓν ἐπιδρομάδην συνθέμενοι τοῖς μεταγενεστέροις καταλελοίπαμεν τροφὴν ἁπαλὴν καὶ τούτῳ δὲ τῷ τοῦ λόγου ἀληλεσμένην, ἵν' οἱ μὲν τὰς τῶν ῥηθέντων ἱστορικῶν βίβλους ἐπελθόντες ὑπομνήματα ἔχοιεν συνέκδημον φέροντες καὶ ἐπιόντες τοῦτο τὸ βιβλίον· οἶδε γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἡ δὲ ἀνάμνη-

σεις τρέφειν καὶ μεγαλύνειν τὴν μνήμην, ὥσπερ τοὐναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ ῥᾳστώνη ἐπιφέρειν ἀμνηστίαν, ἥτινι πάντως ἕπεται λήθη ἀμαυροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων· οἱ δὲ μήπω ἐντυχόντες τὰς ἱστορίας ὁδηγὸν ἔχοιεν τήνδε τὴν ἐπιτομήν, καὶ ἀναζητοῦντες τὰ πλατικῶς (*sic*) γεγραμμένα, εὐτελεστέραν τῶν πεπραγμένων λάβοιεν εἴδησιν.

A fusius scripta sunt, faciliorem rerum notitiam assequantur.

FABROTI GLOSSARIUM

SIVE

INTERPRETATIO OBSCURORUM VERBORUM CEDRENI.

'Αββᾶς, ἀββάδιον abbas vel abba, pater. Novella 123. Hieremias patriarcha in 2 responso ad theologos Wirtemberg. c. De monastica vita: Οὓς ἀββάδας ἀρχιμανδρίτας ἡ τάξις ὠνόμασεν. Major. S. Benedictus in Concordia regularum c. 34: *Qui et major monasterii.* Hinc ἀβοατία paternitas. Concilium Meldense can. 10: *Tulis abbatia, quæ paternitas Latino nomine dicitur, funditus removeatur.* Hinc per contemptum ἀββάδιον. Stylianus ad Stephanum PP (exstat in synodo 7 Cp.): 'Αββάδιον ἀγεννὲς καὶ ἄσημον γοητικόν τε καὶ μαγικὸν ᾠκειώσατο. Interpres: *Abbatulum quemdam obscurum et ignobilem, præstigiatorem insuper et magum sibi adjunxerat.*

'Αβῆναι habenæ. Theophanes: Δι' ἀβηνῶν μαστιγῶσαι, habenis flagellare. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccl. nondum edita: *Habena vel ferula cædere* -n l. 1, § impuberi D. de Senat. Sil. Glossæ Cyrilli: Λῶρος *havena*, pro habena. Item: 'Ιμάς· *habena*·

'Αδνούμιον dilectus, census et descriptio militum. Constantinus in Tact.: 'Αρμόζει δὲ καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς ῥόγας καὶ τοῦ ἀδνουμίου ἀδνουμιάζεσθαι καὶ ἀπογράφεσθαι. Leo Tact. constit. 9, § 4: Εἰ δέ ποτε χρεία καλέσει τοῦτο γίνεσθαι χάριν ἀδνουμίου, V. Suidam, Phavorinum et Glossas Basilicon.

'Αερικόν tributum pro spiritu aerio. Cujacius Leo Tactic. c. 20, § 71: 'Αρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τελεῖν τούς τε δημοσίους φόρους καὶ τὰ ἐπικείμενα αὐτοῖς ἀερικά, καὶ μηδὲν πλέον καταβαρεῖσθαι. Quem locum interpres non intellexit. Videtur autem convenire interpretationi Procopii in ἀνεκδ., ut sit tributi genus quod supra solitum canonem exigitur.

'Αθάνατοι immortales, ut apud Persas. Procop. Περσ. p. 22: Μόνον δὲ τὸν τῶν ἀθανάτων λεγόμενον λόχον ἡσυχῇ μένειν ἕως αὐτὸς σημήνῃ ἐκέλευσεν. V. Socratem Hist. Eccl. 7, 20; Themist. orat. Athenæum.

'Ακοίμητοι monachi insomnes. Series episcoporum Byzantii, Juris GR. p. 298: Καὶ μοναχὸν ἐκ τῶν ἀκοιμήτων. Concil. Florent. p. 723 ed. R: 'Εν τῇ τῶν ἀκοιμήτων μονῇ. Theophanes: Μοναχὸς ἐκ τῆς μονῆς τῶν ἀκοιμήτων. Nicephorus Callistus, 15, 23: Μοναχοὺς ἐκ τῆς τῶν ἀκοιμήτων μονῆς ἐκεῖσε ἐγκατέστησας. Epistola 141 Theodoreti inscribitur Μαρκέλλῳ ἀρχιμανδρίτῃ τῶν ἀκοιμήτων, et monasterium eorum Acœmetense. Victor in Chronico: *Primasius quoque Acæmetensi monasterio relegatur.* Joannes PP in epist. ad Justinianum: *Qui de Cumitensi monasterio fuit.* Recte Cujacius emendavit *de Acumitensi* Idem Victor: *Per monachos monasteriorum Achimitensium* Lege *Acumitensium* aut *Acæmetensium.*

'Ακόλουθος. V. βάραγγοι.

'Ανταρσία. Theophanes in Phoca: Ἤκουε γὰρ μελετωμένην ἐν τῇ 'Αφρικῇ κατὰ Φωκᾶ ἀνταρσίαν, *meditatam adversus Phocam rebellionem* 'Αντάρτης qui tyrannidem affectat. Idem Theophanes in Mauricio: 'Ο δὲ τύραννος 'Αλέξανδρον τὸν συναντάρτην αὐτοῦ ἐξέπεμψε. Συναντάρτης est conscius et particeps rebellionis, correbellis Anastasio Bibliothecario Theodorus Metochites: 'Εφ' οἷς ἐνεκάλουν ἀντάρτην αὐτόν.

'Αλλάγιον ἀλλαγή commutatio pecuniarum. Etiam hodie Græcis ἀλλάγω est permuto.

'Αλληλέγγυον. V. Zonaram in Basilio, et Novellam Basilii Περὶ ἀλληλεγγύου ὁμοτελῶν, et Meursium.

Ἄλογον equus, jumentum. Leo Tact. c. 10 § 5: Διοικεῖσθαι τὰ ἄλογα αὐτῶν. Theophanes in Heraclio: Πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτοῦ διεφθάρησαν. Nicetas Choniat. in Manuele Comm. 2: Τὰ κούρσῃ ἐν τοῖς ἀλόγοις φορτώσαντες, et de rebus gestis post excidium urbis: Ἕτεροι δὲ τὰς ὑβρισθείσας ὑπ' αὐτῶν γυναῖκας εἰς τὰ ἄλογα ἀναβιβάζοντες. Basilica ad l. 17 D de petit. hæredit, hodie quoque Græcis ἄλογον est equus. Sic Latini animal pro equo dixerunt. Julius Firmicus Mathes. 3, c. 7: *Regiis animalibus præpositos.* Legis Salicæ tit. 19: *Scuriam cum animalibus vel fœnile incenderit,* Theodorus Studita epist. ad Platonem: *In animalibus sedentes in urbem ingressi sumus.* 'Αλόγοις.

Ἄμβων ambo, pulpitum, suggestus. Annales Fuldenses: *In Basilica S. Petri ambonem ascendit, posito super caput suum Evangelio.* Anastas. Bibliothecarius in Hist. eccles.: *Super ambonem Chalcedonense anathematizavere concilium.* Concil. Laodicen. can. 15: Εἰς τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων. Synodus Cp. 7, act. 1: Πρὸ τοῦ ἱερωτάτου ἄμβωνος τοῦ ναοῦ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης 'Εκκλησίας τῆς ἐπωνύμου Σοφίας. Basilius de Vita S. Theclæ, Theophanes, in Justiniano. Nicephorus Callistus 14, 10: Κεῖσθαι ταύτην ὑπὸ τὸν ἄμβωνα, ὃ βῆμα τῶν ἀναγνωστῶν ἐστιν.

'Αμηράδης, ἀμηρᾶς, ἀμηρεύειν· Zonaras: Ταρσοῦ ἀμηρᾶς, Amiras, amiræus. Amiræum agere ἀμηρεύειν. Theophanes in Heraclio: Τὸν ἀμηρεύοντα αὐτῶν.

'Αννώνα annona. Glossæ Nomicæ: 'Αννώνα σημαίνει παροχὴν, ἀγορὰν καὶ τὴν ἐτήσιον διανομήν. Meursius legendum putabat ῥόγαν pro ἀγοράν. Sed nihil mutandum: ἀγορά enim et species annonarias significat, ut observat Casaubonus ad Polibii l. 1. Significat ἀννώνα et salaria, consuetudines, stipendia, opsonia, rogas, quæ militibus aut magistratibus aut aliis erogantur. Novella 130, c. 1. Theophilus ad § ult. de milit. test. Macarius homilia 26. Vegetius 2, 7. B. Ambros. 5 epist. 27. Auctor incertus vel Joannes Cpolitanus in Matth. homil. 51 et 53. Gregorius l. 1 epist. Ind. 3, c. 20

Anastas. Biblioth. in Historia Eccles. : *Macedonius vero Acholium quemdam, qui exemerat adversus se machæram, ex submissione inimicorum suorum per singulos menses annonas præcepit accipere*. V. Basilica ad l. 2 C pro soc. et Gr. interp. ad l. 19 D de testib.

'Απληκεύειν castra locare, metari. Leo Tact. c. 5. § 37 : Κἀκεῖσε ἀσφαλῶς ἀπλικεύειν. Theophanes in Justiniano : 'Απλικευόντων αὐτῶν πρὸ μικροῦ τῆς πόλεως. Hinc ἄπληκτα pro castris. Leo d. c. q, § 34. Onosander Strategici c. 9 : Περὶ τοῦ συνεχῶς ὑπαλλάσσειν τὰ ἄπληκτα.

'Απόκρεως quadragesima carnisprivium. V. Filesacum de Quadragesima p, 447 et Scorsum ad Hom. 15, Theoph. Ceramei. Nicephorus Gregoras l. 8 : 'Απόκρεω γὰρ ἦν καιρός.

'Αποκρισιάριος. Isidorus Pelusiotes epist. 144, l. 4 : Διὰ τοῦ βασιλικοῦ ἀποκρισιαρίου μαθόντες. Sexta synod. Cp. act. 1 : 'Αποκρισιαρίου Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου. Menologium Julii ; 'Αποκρισιάριος τῆς 'Αλεξανδρέων ἐκκλησίας. Apocrisiarius vel apocrisarius. Facundus Hermianensis l. 4 : *A Stephano ecclesiæ Romanæ diacono et apocrisario*. Ferrandus diaconus ad Anatolium : *Eutychetis apoerisiarius* ἀποκρισάριος τοῦ Εὐτυχοῦς· Concilii Chalced. act. 1. Hinc apocrisariatus. Humbertus contra Græcorum calumnias : *Apscrisariatus sui tempore* 'Αποκρισιάριον vetus interpres synodi 6 Cp interpretatur responsalem. Facundus d. l. 4 i *Romanæ ecclesiæ responsalem* Aimoinus 3, c. 66 : *Per responsales Fredegundis*. Anastasius Bibl. in Hist. Eccles. : *Responsales vero Felicis Romani conveniens*. Et mox : *Felix autem compertis quæ ab apocrisiariis suis gesta sunt*. Alii responsa facientem. Gregorius l. 7, epist. 5 : *Diaconus noster qui apud eum responsa faciebat*. Theophanes : 'Ο τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ποιῶν. Responsum est ἀπόκρισις in Novell. Justiniani. Chronicum Alex. : Καὶ εἰπεῖν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀπόκρισιν. S. Benedictus abbas Anianæ in Concordia regularam c. 58 : *Fratres qui pro quovis responso diriguntur*. Apocrisiarius igitur est legatus ecclesiæ vel principum vel etiam privati.

'Αρμάμεντον armamentum. Theophanes : Καὶ ἀπέθηκεν ἐκεῖ τὸ ἀρμάμεντον. Anastasius Bibl. in Hist. Eccl. sic vertit : *Et illic posuit armamentum*, Armamentarium ὁπλοθήκη. Gloss. Cyr. : ὁπλοθήκη armamentarium. Josephus 'Αρχ. 9, 7 : 'Ανοίξας δὲ 'Ιώαδος τὴν ἐν τῷ ἱερῷ ὁπλοθήκην. Ruffinus Aquil. ita vertit : *Interea Jaiudas aperiens armamentarium*· Adde Novell. 81, c. 1, Theophanes in Mauricio. *Interdum* ἀρμαμεντον accipitur pro ipsis armis. Leo Tact, c. 6, § 28 : 'Ετέρας ἀμάξας φερούσας τὸ ἀρμάμεντον ἑκάστου ἀριθμοῦ τῶν στρατιωτῶν. Constant. Tact. : Ἔχε δὲ καὶ ἑτέρας ἀμάξας βασταζούσας τὸ ἀρμάμεντον.

Ἅρματα arma. Leo Tact. c. 19, § 13 : Ἅρματα ἐχέτωσαν. Constant. in Tact. : Φοροῦντα τὰ ἅρματα, Codin. de Offic. : Εἴτε περὶ ἀλόγων εἴτε ἁρμάτων, *Sive de equis sive de armis*. Item : Στερούμενοι ἀλόγων ἢ ἁρμάτων, *Qui equis aut armis nonnullis eareant*. Utitur Achmes 'Ονειρ. c. 24, 54, 69 et 156. Thomas Magister : Ὅπλα οὐ μόνον τὰ κοινῶς ἅρματα. Glossæ Nomicæ : Ἅρμα σημαίνει καὶ ὅπλον. Græci igitur recentiores τὸ ἅρμα καὶ τὰ ἅρματα dixerunt. Harmenop. 1, 26. § 12 : 'Ο κλέψας ἀλλότριον ἅρμα. *Qui aliena arma subripuit*. Alexius Rhartnrus : Τὸ ἅρμα τὸ ἰσχυρόν. Item : Ἔναι μέγιστον ἅρμα κατὰ τῶν ἐναντίων. Manuel Moschop. : Ἅρμα ἑνικῶς τὸ τέθριππον, ἅρματα δὲ πληθυντικῶς τὰ ὅπλα. Errat grammaticus qui negat τὸ ἅρμα ἑνικῶς arma significare. Eustath. ad Il. 2 : Ἡ τοῦ ἅρματος λέξις καὶ ἐπὶ ὅπλου λέγεται, καὶ 'Ρωμαϊκὸν τοῦτο. Nicephorus Blemmidas Epitom. leg. c. 8 : Τὸ ἅρμα ἐπὶ τῶν ὅπλων τῷ τῶν 'Ρωμαίων ἔθει. Quemadmodum autem citerioris ævi scriptores τὸ ἅρμα et τὰ ἅρματα dixerunt, ita etiam postrema Latinitas arma usurpavit. Dositheus Magister in Glossis : *Inermis sine arma*. Leges Longobardor. tit. 42 : *Cum sagitta vel qualibet arma plagam fecerit*. Hinc ἀρμάτοι in libris Basilic. et Cedrenum *armati*. Georgius Alexandrinus in Chrysostomi Vita ; Οὔτε γὰρ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει τοῦτο πράττομεν, οὔτε ἐν δυναστείᾳ ἱππέων καὶ ἁρμάτων βασιλικῶν καὶ πλήθει στρατοῦ Et ἁρματοῦν *armare*. Concilium Florentinum p. 567 ed. R : Ἵνα δώσῃ κάτεργα εἴκοσι πάσης ἐξόδου ἁρματωμένα. Alexius Rhart. doctr. in S. et magn· Parasc. et ἐξαρμάτος. Corona pretiosa : 'Εξαρμάτος, ἀθωράκιστος, *exarmatus inermis*.

'Ασηκρητεῖον secretarium. Synodus 8 œcumen. act. 4 : Οὕτως ὡμολόγησαν καὶ χθὲς εἰς τὰ ἀσηκρήτης. Videtur legendum ἀσηκρητεία : interpres enim vertit *in secretariis*. Varia autem erant secretaria, de quibus in σέκρετον.

'Ασηκρήτης. Glossæ Nomicæ : 'Ασηκρήτης ὁ τῶν ἀποῤῥήτων γραμματεύς, *a secretis, a secreta, secretorum notarius*. Procopius Περσ. β' : 'Ετύγχανε γὰρ 'Ιουστινιανὸς βασιλεὺς 'Ιωάννην τε τὸν 'Ρουφίνου καὶ 'Ιουλιανὸν τὸν τῶν ἀποῤῥήτων γραμματέα πρέσβεις παρὰ Χοσρόην στείλας· ἀσηκρήτης καλοῦσι τὸ ἀξίωμα 'Ρωμαῖοι· σήκρητα γὰρ καλεῖν τὰ ἀπόῤῥητα νενομίκασιν. Idem 'Ανεκδ. p. 63, in fine : Τοῖς δὲ ἀσηκρήτης καλουμένοις οὐκ ἀπεκέκριτο τὸ ἀξίωμα εἰς τὸ τὰ βασιλέως ἀπόῤῥητα γράφειν, ἐφ' ὥνπερ τὸ ἀνέκαθεν ἐτέτακτο. Nicephorus patr. in Breviario Historico : 'Αναγορεύουσιν εἰς βασιλέα 'Αρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, ὃν τῇ 'Ιταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρήτης. Sexta synod. CP. act. 2 : Παῦλος μεγαλοπρεπέστατος ἀσηκρήτης σεκρετάριος βασιλικὸς εἶπε. Et act. 4 : Διογένους τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀσηκρήτις σεκρεταρίου βασιλικοῦ. Synod. Nic. 2, act. 2 : Βασιλικὸς ἀσηκρήτης. Nicephorus Cpolitanus archiep. epist. ad Leonem PP : *Cum igitur ætatem virileum attigissem et juvenilem prateriissem in regalibus versatus atriis, militiam quamdam exercebam, et ipsam non absque opera ac remissa, sed quæ per manus et calamos exhibetur. Etenim imperialibus intereram scriptoribus. Asecretis eos vocare soliti, Latinæ linguæ scimus esse dictionem*. Landulphus Sagax l. 17 : *Dirigit igitur Phocas Theodorum a secretis*. Primus ordinis πρωτοασηκρήτης, *primus a secretis* Anastasio Biblioth. v. in πρωτοασηκρήτης.

Ἄσημον argentum etiam signatum. Georgius Alexandrinus in Vita B. Chrysostomi : Τὸ μὲν χρυσίον δέδωκε πτωχοῖς καὶ τοῖς δεομένοις, τὸ δὲ ἄσημον διένειμεν εἰς τὰς ἐκκλησίας. Hodie ἄσπρα Græci dicunt pro argento et ἀσημένιον pro argenteo. Cyrillus patriarcha CP. adversus Judæos : Ὅπου εἶχε τὴν κεφαλὴν χρυσῆν, τὰ χέρια καὶ τὸ στῆθος ἀσημένιον.

'Ασκητήριον asceterium. Julianus Antecessor Novel. 6, 6. Papias : *Assisterium, monasterium Græce*, pro asceterium vel asciterium, ut habent Juliani codices mss. Menolog. Gr. in Martio : Μετὰ τὴν ἐμὴν ἀποβίωσιν σεμνῶν γυναικῶν οὗτος ὁ οἶκος γενήσεται ἀσκητήριον. Nicephorus Callist. 9, 14 : Ὅς ἀλλαχοῦ, παρ' 'Αθηναίοις δηλαδή, τὸ ἀσκητήριον εἶχε. Hinc ἀσκητής apud S. Basil. Theophylactus ad c. 11 Lucæ : Οἱ μὲν γὰρ Φαρισαῖοι ὡς ἀσκηταὶ ἐδόκουν καὶ ἀποκεκομμένοι τῶν ἄλλων. Hinc συνασκητής. Curopalates p. 817 et ἀσκήτρια ascetria, Julianus Novella 53, 'Από τῆς ἀσκήσεως sive exercitatione : ascetæ enim seu monachi et ascetriæ seu monastriæ in omni pietatis genere se exercent.

'Ασσάριον assarium, as. v. Gloss. *assem* ἀσσάριον, ὀβολόν, et *assarium* ἀσσάριον, νουμμίον. Cleopatra Περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων : Καλεῖται δὲ ἡ οὐγκία τετρασσάριον 'Ιταλικόν. Papias : *Assarium nummus, assis, vel figura denarii*.

Αὐγοῦστα Augusta, Augusti conjux. Achmes 'Ονειροκριτ. c. 125. Simoc. 8, 13. Basilica l. 1,

tit. 6, c. 1 : Ὁ βασιλεὺς τοῖς νόμοις οὐχ ὑπόκειται, ἡ δὲ Αὐγοῦστα ὑπόκειται. Theodor. epist. 138 : Τῇ εὐσεβεστάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ Αὐγούστῃ.

Αὐγουσταιών Augustæum. Descriptio urbis Cpolit. : *Augustæum, Capitolium, Monetam.* Pachimerius l. 9 : Αὐγουσταιῶνος αὐλαίαν πληροῦντες. Palatium Cpolitanum.

Αὐγουστάλιος Augustalis. Paulus l. 35, § 3. Ex quib. caus. maj. præfectus quoque Ægypti. Basilica : Ὁ Αὐγουστάλιος Ἀλεξανδρείας. Justinianus Novell. 23 : Ἀκροατὴν ἕξει Αὐγουστάλιον. Julianus *præfectum Augustalem.* Synesius epist. 29, 105 fin. Isidor. Pelus. 3, 50. Nicephor. Callist. 10, 11. Phot. Biblioth. p. 259 ed. Græcolat. Theophylact. Simoc. histor. Mauric. 8, 13. Joann. Mosch. Lim. c. 207 : Ἀπὸ τῆς τάξεως τοῦ Αὐγουσταλίου. Theophanes homil. 46 : Δοὺξ Αἰγύπτου χειροτονεῖται καὶ Αὐγουστάλιος.

Αὐθέντης dominus. Utitur Joannes Cantacuzenus p. 756. Panias : *Authentes dominus, auctor.* Hinc αὐθεντία. Thomas M. : Αὐθεντία δὲ παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων ῥητόρων εὕρηται ἐπὶ τοῦ τῆς δεσποτείας ὀνόματος. Joannes Moschus Limon. c. 79 : Δέδωκε δὲ τὸ κλειδίον τοῦ ἀρμαρίου τῷ αὐθέντῃ. Alexius Rhartur : Καὶ ἡ αὐθεντία σας. Et αὐθεντεῖν et αὐθεντικῶς. Hesychius : Αὐθεντεῖν ἐξουσιάζειν. Codinus in Παρεκβ. : Αὐθεντικῶς εἰσερχομένους ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ τοὺς Λατίνους. Cyrill. patriarcha CP : Κύριε, ἤγουν αὐθέντη. Et apud Laonic. Chalcond. μέγας αὐθέντης, *le grand seigneur.* De Sophia Augusta Anastasius in Histor. Eccles. : *Accersitis Sophia Augusta pecuniarum venditoribus et notariis jussit deferri cautiones debitorum et breves. Quibus lectis accepit breves, et præbuit eos debitoribus, et reddidit dominis suis.* Cedrenus αὐθένταις.

Βάϊα dona ab imperatore aut patriarcha quotannis dari solita ante diem Palmarum, unde eis nomen : est enim βαΐς seu βάϊον ramus Palmarum. Joannis c. 12. Porphyrius de abstin. ab anim. v. Epiphanii homiliam εἰς τὰ βάϊα. Doroth. doct. 15 : Μετὰ βαΐων, *cum palmis.* Hinc hebdomas βαϊοφόρος. Georgius Logotheta in Chronico : Ἔσπευσε καταλαβεῖν τὸ νυμφαῖον πρὸ τῆς βαϊοφόρου. Quæ et ἡ τῶν βαΐων. Metaphrastes Sept. in Cyriaco : Ἕως ἡ τῶν βαΐων ἀφίκοιτο. Hæc autem erogatio non semel fiebat. Theophanes in Apsimaro : Καὶ ἐπάτησε τὸν τράχηλον αὐτῶν ἄχρις ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου. Quæ totidem fere verbis Cedrenus. Vide tamen notas posteriores ad p. 446 b.

Βαΐουλος bajulus. Sophoclis scholiastes in Ajace lorario : Παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαΐουλος. Balsamo juris GR. p. 472 : Τοὺς παιδοτρίβας βαϊούλους κατονομάζομεν. Theophanes : Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον τὸν πραιπόσιτον καὶ πατρίκιον καὶ βάγιλον αὐτοῦ ἐποίησε παπᾶν. Sic ms. R : lege βαΐουλον. Auctor anonymus in Annal. Franc. : *Rex Carolus cum filiis et exercitu pacifice Franciam repetiit, filiumque suum Ludovicum regem regnaturum in Aquitaniam misit, præponens illi bajulum Arnoldum, aliosque ministros ordinabiliter decenterque constitueus tutelæ puerili congruos.* Historia Miscella l. 23 : *Quæ comprehensos omnes imperatoris homines cecidit atque totondit una cum Joanne protospathario et bajulo ipsius.* Fredegarius scholasticus in Chronico : *Otto quidam filius Beronis domestici, qui bajulus Sigiberti ab adolescentia fuerat.* Aimoinus de Gest. Fr. 4, 38 : *Bajulus r. Sigeberti.* Bajulus est pædagogus, præceptor, monitor, rector, *gouverneur.* Hinc bajulatio. Aimoinus Hist. 5, 39 : *Bajulationi committens.*

Βάνδον bandum, vexillum, signum militare. Hadrianus PP Epist. ad Carolum M. R. : *Qui Neapolitaui ipsos Græcos eum bandis et signis suscipientes.* Anastas. Bibl. in Ecclesiastica Historia : *Hunc Hisam in honorem filii sui atque imperatorum terrorem cum imperatorio ac decenti honore militiisque ac blandis* (l. bandis) *ac sceptris in Hierusalem mittit.* Procopius de bello Vandal. 2. p. 123 : Τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τὸ σημεῖον, ὃ δὴ βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, Ἰωάννῃ ἐπιτρέψας Ἀρμενίῳ. Leo Tact. c. 12, § 62 ; Τὰ δὲ βάνδα, ἤγουν τὰ σημεῖα. Constant. in Tact. : Ὀφείλει ἕκαστον τάγμα ἴδιον βάνδον ἔχειν. Scholiastes in στηλιτ. α' S. Greg. Naz. : Σύνθημά ἐστι τὸ σημεῖον καὶ σύμβολον τοῦ στρατοῦ ὃ καλοῦσι βάνδον. *Bandora,* cohors militum, scara. Acta vitæ Alexandri PP 3 : *Concurrerunt signiferi cum bandis.* Radevicus 2, 66 : *Signis et bandis præcedentibus ad palatium perduxerunt.* Historia Wambæ regis Toletani : *Illum cum bandorum signis accessisse.* Benno Cardinalis de Vita Hiltebrandi l. 1 : *Et cuncti milites banda gestantes.* Anastasius in Adriano : *Eum cum bandora susceperunt.* Hinc βανδοφόροι. Procop. d. l. 2, p. 134 : Ὁ δὲ ἕτερος τὸ σημεῖον τοῦ στρατηγοῦ ἐν ταῖς παρατάξεσιν εἰωθὼς φέρειν, ὃν δὴ βανδοφόρον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Leo Tact. c. 4, § 14 : Καὶ βανδοφόρος μέν ἐστιν ὁ τὸ σημεῖον τοῦ βάνδου βαστάζων. Signiferi, vexillarii, iidem draconarii dicti. Ordo Romanus : *Deinde milites draconarii, id est qui signa portant.* Theodoret. epist. 59 : Κομίζει δὲ ταύτην Πατρωῖνος δρακονάριος. Adde epist. 133. Significat βάνδον et turmam, scaram vel cuneum militum. Glossæ Nomicæ : Κουστοδία στρατιωτικὸν στῖφος, ὃ βάνδον Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Auctor vitæ Caroli M. in Annalibus Francicis : *Dominus vero Carolus una cum Francis castra metatus est ad easdem, misitque scaram suam.* Et p. 19 : *Perveniensque in locum Ingilherim misit quatuor scaras.* Denique βάνδον victoriam significat, si Stephanum de Urbibus sequamur in Ἀλαβάνδα. Παρὰ Ῥωμαίοις, inquit, βάνδον τὴν νίκην φασίν.

Βάραγγοι protectores Cujacio, securigeri. De his Codinus de offic. vet. inscr. χιλιάρχῳ χορ, θ' βαράγγων. Joannes Cantacuzenus 1, 41 : Οἵ τε τοὺς πελέκεις ἔχοντες βάραγγοι προσαγορευόμενοι. Græci ad l. 3, § 5 D. ad leg. Cornel de sicar. : Βαράγγου συγκλητικοῦ τὸν ἕτερον βάραγγον συγκλητικὸν φονεύσαντος. Astrampsychus ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτηρίῳ, δηλοῖς εἰς βαράγγους καὶ μεγιστᾶνας καὶ ἀξιωματικούς. Hi Celtæ erant, ut scribit Scylitzes apud Cedren. p. 792 d. in ora, vel Angli, ut Codinus. Præfectus eorum ἀκόλουθος, ut jam observatum.

Βαρδούκιον hastile, jaculum, pilum, telum, quod jaci potest. Constantinus in Tacticis : Τζικούρια, βαρδούκια, ματζούκια.

Βασιλεὺς rex, imperator, de præsentis temporis rege. Zosimus 5 : Ὡς ἂν μηδεὶς ἕτερος πλὴν αὐτοῦ βασιλεῖ παραδυναστεύῃ. Et βασιλὶς pro Augusta. Idem lib. eodem : Σοβῶν κατὰ τῆς βασιλίδος τὸ πλῆθος. Sic Byzantini imperatorem vocare soliti. Annales Francorum : *More suo, id est Græca lingua, laudes ei dixerunt, imperatorem eum et basileum appellantes.* Et iisdem pene verbis auctor Vitæ Caroli M. et Eginardus de gestis Caroli M. et Annales Fuldenses. Cæteros ῥῆγας per contemptum appellabant, ut ῥῆγα Φραγγίας. V. Luitprandum in Legatione.

Βεργίον virga. Anastasius Biblioth. in Historia Eccles. : *Contra Vulgares fundis et virgis armatos et blasphemantes minavit.* Leo Tact. c. 7, § 3 : Μετὰ σκουταρίων καὶ βεργίων. Et § 18 : Ἀντὶ σπαθίων βεργία ἢ νάρθηκας ἢ καλάμους ἀντὶ κονταρίων ἀναδιδούς. Constant. in Tact. : Βασταζέτωσαν δὲ καὶ σκουτάρια καὶ βεργία. Menolog. in Martio : Ἔπλεξεν οὖν ὁ γέρων μέχρις ἐννάτης ὥρας ούεργίας (sic) ms.) δεκαπέντε μόχθῳ πολλῷ.

Βεστιαρίτης. V. Πρωτοβεστιάριος.

Βίγλα vigilia. Eustath. Il. 2 : Σκοπὴν δὲ λέγει τὴν κοινῶς λεγομένην βίγλαν. Theophanes : Κλείσας οὖν τὰς τῶν τειχέων πύλας καὶ βίγλας θέμενος. Leo Tact. 11, § 9 : Ἔχειν δὲ καὶ βίγλας ἔξωθεν.

Et c. 17, § 54 : Ἵνα βίγλα ἀκριβὴς καὶ ἀσφάλεια τοῖς λοιποῖς γένηται. Hinc βιγλάτωρ excubitor. Idem Leo c. 14, § 16 : Μετ' ὀλίγων βιγλατόρων. Et βιγλεύειν excubias agere. Leo c. eodem, § 13 : Ὀφείλων βιγλεύειν. Et d. c. 17, § 102 : Διὰ τοὺς βιγλεύοντας πάντως. Vel βιγλίζειν vigilare. Constant. in Tact. p. 38 : Πρὸς τὸ βιγλίζειν αὐτούς, et p. seq. Ἵνα προλαμβάνωσιν οἱ καβαλλάριοι, καὶ βιγλίζωσιν.

Βιξιλλατίωνες vexillationes, alæ equitum. Glossæ. Cyrilli : Βεξιλλατίων *vexillatio*. De vexillationibus Veget. et Cuj. ad l. ult. C. de his qui non impletis stipend. sac. sol. sunt.

Βίσεξτος bisextus. Anastasius Antiochenus : Ὅτε ἡ τετραετία τοῦ λεγομένου βισέξτου εἰς τελείαν ἡμέραν ἀπαρτίζει τὴν κίνησιν. Glossarium ms. illustriss. F. cancellarii Petri Seguierii : Βίσεξτον ἐπινέμησις τετραετίας.

Βλαττίον blatta. Salomon episcopus :

Dulcius hoc cunctis argenti aurique talentis,
Bombyce aut gemma, blattis eborique fuisset.

Constantinus de administr. imper. : Οἷον βλαττία. Pannus sericus. Fortunatus 2, 3 :

Serica cui niveis agnata est blattea telis.

Βουκελλάριος bucellarius. Glossæ Nomicæ : Βουκελλάριος ὁ ἀποστελλόμενος καὶ φέρων τινά. Item : Βουκελλάριος ὁ παραμένων στρατιώτης. Græci lib. 60 Basilic. : Βουκελλάριοι λέγονται οἱ παραμένοντες στρατιῶται. Ἐκ δὲ τοῦ βούκα ὀνόματος, ὅ ἐστιν ὁ ἄρτος, ἐκλήθησαν βουκελλάριοι οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθίοντες ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ παραμένειν αὐτῷ. *Bucellarii dicuntur stationarii milites. Ex nomine autem bucca, quod est panis, vocantur bucellarii, panem alicujus edentes in hoc ut morentur apud eum.* Bucellarii igitur sunt custodes corporis, protectores, stipatores, satellites, armigeri, assecla, domestici procerum vel principis. Sic etiam dicti clientes. Papias : *Cliens bucellarius.* Iidemque parasiti dicti. Aldhelmus de laudib. virginit. : *Hæc tanta prodigia cernens Claudius tribunus obstupuit, et corde compunctus cum septuaginta militibus et omni familia et vernacula clientela una cum parasitis et sodalibus credidit in Dei Filium.* Et ibidem : *A propriis parasitis et domesticis clientibus.* De them. Bucell. vide Const. de th. orient. th. 6, et eumdem de Admin. imp. c. 51, et Curop. p. 839.

Βουκινάτωρ buccinator. Theophanes : Δύο ἀδελφοί τινες φιλόχριστοι ἐν Τριπόλει καταμένοντες, υἱοὶ βουκινάτορος. Scholia in Epitom. SS. Cann. tit. 2, sect. 2 : Ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Θεοδοσίου βουκινάτωρ βασιλικὸς βαπτισθείς, id est, *Sub patriarcha Theodosio buccinator quidam imperatorius baptizatus.* A buccina seu tuba, quæ βούκινον Græcis posterioribus. Suidas : Φωνασκεῖν εὐφωνίαν ἀσκεῖν, καὶ φωνασκικὸν βούκινον. Glossæ Cyrilli : Σάλπιγξ tuba, litua, buccinum ; quanquam inter buccinam et tubam nonnihil interest.

Βούνευρον. Theophanes in Phoca : Ὃν ὁ τύραννος βουνεύροις μαστίζων ἀνεῖλεν. Et alibi : Ἀνὰ β' βουνεύρων ἐκέλευσε τύπτεσθαι. Menologium in Martio : Τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἐπὶ πολλὰς τὰς ὥρας τοῖς βουνεύροις ἀνηλεῶς συγκοπτομένου. Simeo Metaphr. in Sergio et Baccho : Καὶ τὸν μὲν Σέργιον ἀσφαλεστάτῃ φρουρᾷ παρεδίδου, τούτῳ δῆθεν ἀμειβόμενος αὐτὸν τῆς εὐεργεσίας· τὸν Βάκχον δὲ διὰ τεσσάρων ἰσχυρῶς ἐκταθέντα βουνεύροις ὠμοῖς ἐκέλευε καταξαίνεσθαι. Constant Manasses : Ὠμοῖς βουνεύροις τὰς αὐτοῦ καταμελαίνει σάρκας· Item : Ὠμοῖς βουνεύροις τὸν λαμπρὸν καταικίζει τὴν σάρκα. Martyrologium Usuardi mense Oct. d. 7 : *Quorum Bacchus tam diu est nervis crudis* (βουνεύροις) *cæsus quoadusque totus corpore discissus in confessione emitteret spiritum.*

Βραχιόνιον armillæ. Achmes c. 127 Ὀνειρ. : Ἐὰν ἴδῃ ὅτι βραχιώνια ἔλαβε χρυσᾶ.

Γαλέα vel γαλαία triremis, *galère*. Leo Tact. c. 19, § 10. Γαλιάτζα Conc. Flor. p. 567 ed. R. *Galéasse.*

Γενικόν ærarium publicum. Huic præfectus τοῦ γενικοῦ λογοθέτης dicebatur. Nicephor. Gregoras l. 7. Codin. de offic. eumdem γενικόν appellatum tradunt viri eruditissimi ex hoc loco Suidæ : Ἰωάννην ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου διάκονον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ λογιστὴν τῶν φόρων, ὃν γενικὸν καλοῦσι. De quo dubito ; nam de eodem Joanne sic scribit Nicephorus in Breviario historico : Τούτοις ἡγεμόνα ἐφίστησιν Ἰωάννην διάκονον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστήν, ὃν λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια. Atque ita forte legendum apud eumdem p. 115 : Τῶν δημοσίων λογιστήν, ὃν τὸ δημῶδες λογοθέτην καλοῦσι, nisi δημόσια pro tributis accipias. Theop. in Constantino : Τόν τε Θεόδοτον τὸν μοναχὸν καὶ γενικὸν λογοθέτην. Hinc ἀπὸ γενικῶν, qui eo munere functus. Joannes Scylitzes in principio historiæ : Νικηφόρου βασιλέως τοῦ ἀπὸ γενικῶν. Chronologia vetus : Νικηφόρος ὁ ἀπὸ γενικῶν. Eadem verba in 8 synodo p. 448 ed. Rom.

Δεήσεις, ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. Libelli, libellorum magister. Georgius Alexandrinus in Vita S. Chrysostomi : Δοὺς τὰς δεήσεις τῷ βασιλεῖ. Græcus auctor ms., quem citat eruditissimus Allatius dissert. 2 de lib. Eccl. : Ἰωάννου μαγίστρου καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων. De referendario et regendario dicam in Gloss. Nomic.

Δεκανοί decani. V. tit. C de decanis B. Chrysost. in Epist. Pauli ad Hebr. c. 7, hom. 13, p. 505 ed. Anglic. : Καὶ τῶν λεγομένων δεκανῶν τόπον ἐπέχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσί. Flotilda in visionibus : *Audiebatque vocem dicentem, quod hi essent archidiaconi et præpositi judicesque et majores atque decani.* B. Ambrosius l. 5, epist. 35 : *Quod ad Portianam basilicam de palatio decanos mittebant.*

Δηλάτωρ, δηλατορεύειν, delator. Ulpianus in Timocrateam τὸν προσαγωγέα interpretatur δηλάτωρα. Theodoretus epist. 43 : Καὶ δηλάτορος ἔργον δεξάμενος. Utitur etiam epist. 45. Georgius Alexandrinus in Vita S. Chrysostomi : Ἔτυχε δὲ κατά τινα φθόνον διαβολικὸν δηλατορευθῆναι ταύτην τὴν ἄωρον χήραν εἰς τὰς ἀκοὰς Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως.

Διαιτάριος atriensis. Glossarium Philoxeni : atriensis διαιτάριος, διαιτάρχης. Theophanes : Εὐτυχιανὸς δέ τις πρῶτος τῶν διαιταρίων. Vet. Inscript. p. 576, 7 : *Diætarchus domus Augustæ.* Et in Heraclio : Ἐκρατήθησαν δὲ καὶ ἐν τῶν διαιταρίων τοῦ παλατίου πολλοί. Menologium d. 30 Julii : Ὑπὸ τῶν διαιταρίων τοῦ μεγάλου παλατίου ἀποκομίζεται. Martyrolog. Notkeri : *Qui cum esset zætarius palatii*, pro diætarius, ut zabolus pro diabolus apud Phœbadium contra Arianos et Gild. Sap.

Δικέρατον tributum veterum murorum reficiendorum causa a Leone iconomacho institutum. Vide tamen Constant. Manass. p. 93 in Nicephoro. Theophanes infra in διοικητής. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles. : *Ast imperator allocutus est populum dicens : « Vos non valetis ædificare muros, sed nos præcipimus administratoribus, et ipsi exigent in regulam per singulos annos nummum argenteum unum, quo imperium accepto ædificavit muros ; et ita facta est consuetudo dandi binas siliquas administratoribus.*

Δικτάτωρ dictator. Polyb. p. 237 d, 238 c. Diodor. Sicul. p. 127, in fin. t. 2 et p. 919. Et 2. Pæan. Eutrop. met. p. 67.

Διοικητής publicanus, tributorum exactor. Theophanes : Ἐντεῦθεν οὖν ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια διδεῖν τὰ δικέρατα τοῖς διοικηταῖς. Administratorem vertit Anastasius loco supra citato. Hadrianus PP Epistola ad Carolum M. : *Missi*, inquit, *Græcorum duo spatharii imperatoris cum diæcete, qui Latine dispositor dicitur.*

Δίπτυχα. In his erant inscripta nomina episcoporum. Constantinus Pogonatus epist. ad Domnum PP (habetur tom. III concil. Gr. p. 7 e ed. R.): Ἐκβαλεῖν Βιταλιανὸν τὸν μακαριώτατον ἐκ τῶν διπτύχων. Synodus Mopsuestena, cujus acta habentur in 5 synodi act. 5: *Theodori antiqui nomen ejectum est diptychis.* Facundus Hermianensis l. 4: *Cognovi nomen Joannis in sacris diptychis scriptum.* Idem catalogum episcoporum vocat l. 8: *Ut ex catalogo episcoporum nomen ejus Atticus episcopus juberet auferri.* Ἱερατικὸν κατάλογον 8. Cyrillus ad Atticum apud Nicephor. Call. 14. 26. Βίβλον ἐπισκόπων B. Chrysost. epist. 125, et diptycha dicta, quia tabulæ duplices erant, in quarum altera vivorum nomina prescripta, in altera vero eorum qui obierant. Γραμματεῖον autem δίθυρον intelligit Georgius Alexandrinus in Vita Chrysostomi: Καὶ λαοὼν ὁ Ἰωάννης δίπτυχον ἔγραψεν Ἐπιφανίῳ, sive duplices tabellas, in quibus epistolam scripsit Chrysostomus.

Δομέστικος τῆς ἐκκλησίας domesticus ecclesiæ. V. Liturgiam ordinum parte 7, in consecratione episcopi et Meursium in hac dictione. Δομέστικος σχολῶν, στρατάρχης, præfectus, domesticus scholarum. Constantinus Manasses:

Οὗτος τὸν Βάρδαν τὸν Φωκᾶν στρατάρχην καθιστάνει,
Ὃν τῶν σχολῶν δομέστικον εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι.

Historia Miscella 22: *Antionium patricium et scholarum domesticum.* De domesticis agemus in Glossario Nomico.

Δούξ dux, ἡγεμών, στρατιωτῶν ἄρχων, στρατιωτικῶν καταλόγων ἄρχων, στρατοπεδάρχης. Glossæ juris: Δοὺς ἡγεμών. Constantinus de themat. 1: Ὑπὸ δοῦκα καὶ ἡγεμόνα. Procopius Περσ. α': Οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, ὃν δοῦκα καλοῦσι. Et de ædific. Justin.: Στρατιωτικῶν δὲ καταλόγων ἄρχοντα τῇδε καταστησάμενος, ὃν δοῦκα καλοῦσι. Eusebius Historia Eccles. 9, 5: Στρατοπεδάρχης ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι. Joannes Cantacuz. l. 4: Ἐχομένης δὲ τῆς Χίου, ὥσπερ ἱστόρηται ἡμῖν, ὑπὸ τῶν ἐκ Γενούας ἀδίκως ἐν σπονδαῖς, πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῆς, δοῦκα ἐγχωρίως προσαγορευόμενον, ὁ βασιλεὺς ἔπεμψε. Niceph. Call. 7, 26. Harmenop. 1. 16, § ult.: Πᾶσα προπέτεια κατὰ δουκὸς ἢ ἄρχοντος τοῦ στρατιώτου κεφαλικὴν ἐπάγει τιμωρίαν. Arrius Menander in l. 6 de re milit. dixerat *Adversus ducem vel præsidem.* V. ad Gloss. Basil.

Δρουγγάριος præfectus drungi, tribunus, turmæ unius præfectus. Glossæ juris: Δρουγγάριος ὁ χιλίαρχος. Item: Δρουγγάριον οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸν μιᾶς μοίρας ἤτοι τούρμας ἄρχοντα. Vetus inscriptio: Γρηγορᾶ βασιλικοῦ στράτορος καὶ δρουγγαρίου γεγονότος. P. 1161, 2. Erant autem plures, inter quos quidam μεγάλοι, ut præfectus rei navalis, δρουγγάριος τῶν πλωΐμων, Cedreno ὁ τοῦ στόλου δρουγγάριος, præfectus classis. Anna Comn. Alexiad. 3. Nicetas Paphlago in Vita Ignatii patr. CP: Ὁ τοῦ βασιλικοῦ στόλου δρουγγάριος. Τοῦ ναυτικοῦ δρουγγάριος Constantin. Manass. et δρουγγάριος τῆς βίγλης drungarius vigiliæ. Constantinus Manass.: Βίγλας γὰρ ἦν δρουγγάριος, εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι. Historia Miscella l. 24: *Multi protospatharii et spatharii et excubitus domesticus et ordinum princeps, seu drungarius imperialis vigiliæ.* Rectius legitur apud Anastast. Biblioth. in Hist. Eccl.: *Quin et ordinum princeps et exc. domest. seu drungarius vigiliæ.* De drungario Cibyrrhæotarum Cedrenus in Leontio, Nicephorus in Breviario historico, Theophanes. Vide ad Gloss. Basilicorum.

